id est, Robigalia. Nec Varro repugnat Festo, vt putant nonnulli, quòd is lib. v. de lingua Lat. scribat: Rustica Vinalia dicuntur ante diem xij. Kal. Sept. cùm Festus dicat: Rustica vinalia appellantur mense Augusto, quartodecimo Kal Sept. (ad quem diem, hoc est, XIV. Kal. Sept. in antiquo Kalendario ad scriptum est, VIN. id est, Vinalia) quia Varronis libri de lingua Latina ante annum à Cęsare emendatum ad Solis cursum, scripti sunt, quo tempore Vinalia xij. Kal. Sept. fiebant, quæ postea Augusto mensi, vt tunc dicebant Sextili, duobus additis diebus, agi cœpta sunt, XIV. Kal. Sept. vt tradit Macrobius. Itaque emendandus erit Plinius lib. xviij. cap. XIX. cùm scribit: Vinalia altera, quæ aguntur xiij. Kal. Septem. legendumq. ante diem XIV. nam ex his quoque locis apparet ante diem XIV. Kal. Sept. & decimoquarto Kal. Sept. eundem diem significari. Eôdem pertinent, quæ de Nonis scribit Varro lib v. Nonas scilicet appellatas, quòd ante diem nonum Eidus semper sint, cùm tamen inter Nonas & Eidus septem tantùm dies intersint. Quin & illud non erit ab hac tractatione alienum notare, ante diem tertium Kal. ita dici, vt vnus tantùm dies ab ipsis Kal. intermittatur; & post diem tertium, siue postridie, vt vnus tantùm dies medius intersit. Quod vel ex hoc Varronis loco lib. v. intelligi potest: Saturnalia, inquit, dicta ab Saturno, vt post diem tertium Opalia Opis. Et ex Kalendario item Farnesiano, in quo vnus tantùm dies inter Saturnalia & Opalia medius ponitur. Atque hæc confirmantur Ciceronis etiam loco ex lib. II. Philipp. in quo ita habetur: Neq. te illo die, neque postero vidi; neque vllam societatem optimis ciuibus cum importunissimo hoste, fœdere vllo confirmari posse credidi. Post diem tertium veni ad ędem Telluris, & quidem inuitus, &c. Cùm enim Cæsar Eidib. Martijs occisus fuisset, postridie eius diei, hoc est, XVI. Kal. April. vt tradit Appianus lib. II. de B. C. in ædo

in æde Telluris frequenti Senatu Cicero orationem habuit illam celebrem. Confirmantur præterea Hirtij quoque exemplo ex lib. IV. de bello Alex. in quo est: Cœpit ex eo prœlio pentiremem, posteroque die ibi fuit, dum suas, captiuasque naues ibi reficeret: post diem tertium contendit in insulam Issam, &c. Præterea Quinquatrus quinto ab Eidibus die ponuntur in antiquo Kalendario, & post diem quintum Eidus dicebant Quinquatrus, cùm tres tantùm dies medij essent inter Eidus & Quinquatrus. Varro lib. v. Quòd erat, inquit, post diem quintum Eidus, Quinquatrus dicebatur. Sed operæ pretium erit Kalendarij veteris ex Mense Martio dies ipsos hîc repræsentare, vt in marmore habentur:

G. SAT. FERIAE
H C
AOPAL. NP
B C
COIVAL. NP
D C
ELAR. NP

EID. NP.
C. F.
D. LIB. N.
E C.
F. QVIN. N.

Prohiberi possent] VV. CC. & vnus impressus habent, prohibere posset.

Garoceli] V. C. Gaioceli; vt forrasse Graioceli scribendum sit; nam Alpes Graiæ ibi sunt, & Ocelum infra.

Et qua proximum erat iter] Totus hic locus ita legitur in duobus vetustissimis codicibus: Et quà proximum iter in vlteriorem Galliam per Alpes erat.

Eodem tempore, quo Aedui, Ambarri quoque] VV.

vv.cc. habent : Eodem tempore Aedui, Ambarriq́ue, &c. sed cùm suprà Aeduos tantùm, & Allobrogas nominet, fieri potest, vt verba, quo Aedui, adiecta sint, legiq́ue debeat : Eodem tempore Ambarri, &c. Aedui autem est in vv. cc. non Hedui ; & Strabo, itemq́ue Ptolemæus, Αἰδοῦοι ἔθνος.

Incredibili lenitate] Ita est in vv.cc. non, vt quidam legunt, leuitate. Plinius lib.iij. cap. iv. Rhodanus fluuius ex Alpibus sese rapiens per Lemannum lacum, segnemq́ue deferens Araxim, nec minùs se ipso torrentem Isaram, & Durentiam. Mela lib.iij. cap.v. Araxes labitur placidus ac lenis, neq. in vtram partem ear, quamuis intuearis, manifestus.

Quartam verò partem] v.c. habet: Quartam ferè partem.

In quattuor pagos diuisa est] Prouinciæ vt olim in partes diuidebantur seu præfecturas, quas Ægyptij νομοὺς, Thraces σατραπείας; Iudæi πεδαρχίας & τοπαρχίας dicebant, sic Heluetij & Sueui in pagos diuisi erant, eo verbo suæ regionis partes appellantes, non ἀπὸ τῆς πηγῆς, vt ait Festus, quippe qui latius paterent, quàm qui vnò eodemq́ue fonte vti possent, cùm vrbes duodecim & vicos quadringentos habitarent. Apud Lucanos Volceium opidum, cuius meminit Plinius, per pagos habitabatur, vt ex antiqua inscriptione intelligitur, in qua plures illius opidi pagi nominantur, PAGO FORENSI. PAGO NARANO, &c.

Ægerrimè confecerant, vt flumen transirent] Verba, vt flumen transirēt, videntur adiecta. Et paulo pòst v.c. habet: Bello prosequi perseueraret, non, persequi, & ita Cæsar loquitur infra, cùm ait : Neque longius prosequi potuerunt. Sed infra rursus dixit : Sese bello ciuitatem persecuturum. & alibi: Persequamur eorum mentem, qui indignissimè interierunt.

Quòd improuisò vnum pagum adortus esset] Videtur legendum : Quòd improuisò vnum pagū adortus

ortus viciſſet;nã infra dixit:Diſperſos ſubitò adortum viciſſe.Et paulo pòſt v.c. habet,interitione exercitus.

Aut memoriam proderet]Faernus,vt aliàs diximus, legebat:memoriæ proderetur. Sed ea lectio ex coniectura petita eſt,nullius veteris libri confirmata teſtimonio.Itaque antiquam ſcripturam retinendam putamus, præſertim quæ vetuſtiſſimis libris, & vſu loquendi,confirmetur.Nam & ipſa aliquando loca, in quibus inſigne aliquid geſtum erat,memoriam rei geſtæ prodebant,vt ex hiſtorijs intelligi poteſt.

Quas legati Heluetij commemoraſſent] Videntur voces,legati Heluetij,inducendæ; nam præcedit; His ita reſpondit,&c.ſcilicet,legatis Heluetijs.

Merito populi Romani accidiſſet]Placeret,accidiſſent;vt ad,eas res,referatur.

Qui ſummo magiſtratui præerat]Magiſtratu,pro, magiſtratui, Cæſarem poſuiſſe docet Agellius lib.1v. cap. xv1.vt infra,equitatu, pro equitatui, & exercitu, pro exercitui.

Quòd ſi veteris contumeliæ obliuiſci vellet] v. c. habet:Qui ſi veteris,&c.& paulo pòſt: Quodq. tandiu ſe impunè tuliſſe,&c. Item:Idem facit Cæſar,&c. Propterea vti minus poterat, &c. Et: Vbi ſe diutius duci intellexit, & diem inſtare, &c. ſine voce Cæſar. Hæc & ſi leuia ſint, non ſunt tamen contemnenda.

Qui priuatim plus poſſent,quàm ipſi magiſtratus] v. c. habet priuati;]Vnde videtur ita legendus hic locus: Qui priuati plus poſſint, quàm ipſe magiſtratus. Nam vnum apud Aeduos fuiſſe annuum magiſtratum,habetur ſuprà.

Quod præſtare debeãt]Faernus,dicãt,pro,debeãt.

Imperia præferre] vv.cc.habent, perferre.

Quòd neceſſariã rẽ coactus Cęſari enũtiarit]Faernus legebat:Quòd neceſſariò rẽ Cęſari enũtiarit,&c.

Reperiebat etiam in quærendo Cæſar, quod prœlium equeſtre aduerſum paucis ante diebus eſſet factum,

ctum, initium, &c. Sic habet V.C. & post: eorum, non, eorumque.

Per C. Valerium Procilium] V.C. habet, Procillum. & sic infra.

Et ostendit] Hæc verba non habentur in V. C.

Cùm exercitui frumentum metiri oporteret] Exercitu, pro, exercitui scribendum esse docuimus suprà ex Agellio. Singulis autem mensibus metiri solitum frumentum scribit Polybius lib. VI. ὀψώνιον δὲ, inquit, οἱ πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς. οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦς, οἱ δὲ ἱππεῖς δραχμήν. σιτομετροῦνται δὲ οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἑπτικοὺ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως. οἱ δὲ ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. ἢν δὲ συμμάχων, οἱ μὲ πεζοὶ τὸ ἴσον. οἱ δὲ ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἴσα, καὶ τρίτον μέρος. κριθῶν δὲ πέντε. Suetonius in Cæsare cap. XXVI. Frumẽtum, cùm copia esset, etiam sine modo mensuraque præbuit.

Reperit esse vera] Liber Faerni non habet verbum, esse. & paulo pòst in VV. CC. est: Cupidum rerum nouarum, &c. Item: Quòd eorum aduentu potentia eius diminuta, & Diuitiacus frater in antiquum locum gratię, atque honoris sit restitutus, &c. &: Regni per Heluetios obtinendi.

T. Labienum legatum propere] Non est reijcienda huius loci antiqua scriptura, quę habetur in vetustissimis libris Vaticano, & meo, in quibus est Proprætore. non, propere. Nam electio confirmatur testimonio antiquitatis, quæ habetur in veteribus inscriptionibus; & argenteis etiam denarijs, vno M. Bruti, Cæsaris percussoris, in quo BRVTVS ipse PROCOS. describitur, eius verò legatus C. FLAVIVS, in eodem denario LEG. PROPR. dicitur. altero, Q. Cæcilij Metelli Pij, qui cum PROCOS. in Africa rẽ gesserit, eius legatus P. CRASSVS. IVNI. in eodem denario LEG. PROPR. dicitur. etiam P. Carisius, qui in æreo Augusti numismate P. CARISIVS LEGA-

TVS

TVS AVGVSTI dicitur, in argenteo denario, in quo Emerita opidum à Carisio iussu Augusti in Lusitania conditum, impressum est, P. CARISVS LEG. PROPR. scribitur. Et M. POBLICIVS, qui Cn. Pompeij Magni in Hispania legatus fuit, in argenteo item denario, LEG. PROPR. dicitur. Vt videri possit his nominibus extraordinaria imperia ornari solita fuisse apud Romanos, cùm absente Magistratu, cui prouincia decreta erat, eius magistratus legati, aliquò mitterétur, cùm imperio ad rem gerendã. Quo exemplo T. Labienus legatus Cęsaris, qui Galliã prouinciam Proconsulari potestate obtinebat, Legatus Proprætore à Cæsare dictus est. Cùm autem librarij ἐν τῷ διαφέρειν εἰς τὰ σαφέστερα labi soliti sint, non est mirandum, si ex obscuriore voce Proprætore, lapsi sunt in, propere, dictionem vsitatiorem. Simile mendum habetur lib. 1. de B. C. in quo est: Faustus Sulla propere in Mauretaniam mittatur, &c. cùm in vv. cc. sit, Proprætore, vt ad eum locum notauimus PROCOS. autem & PROPR. cùm in prouincias proficiscebantur, Legatos secum ducebant, quorum consilio atque opera rempublicam administrarent. de quibus ita scribit Varro: Legati qui publicè lecti, quorum opera, consilioque vtuntur peregrè magistratus. Atque hos Cicero in Vatinium, vocat pacis ac belli curatores & interpretes, bellici consilij auctores, ministros prouinciales.

Et ijsdem ducibus] Faernus ex v. c. legebat, Et ijs ducibus.

Prima luce] Polybius dixit, ἅμα τῷ φωτὶ, quod Liuius vertit, prima luce. Cicero, cum prima luce, vsurpauit. sed ad Græcam dicendi formam propius accedit Plautus, qui dixit: Cum lucu simul. Videnda quæ infra notauimus de primo luci.

Id se Gallicis armis] v. c. habet, Id se à Gallicis armis. vel vt est in alijs, id se ex Gallicis armis.

Decurionis equitum Gallorum] Vegetius lib. xj.

cap. XIV. ſcribit turmam equitum ex equitibus xxxij. conſtare, quique illi præſit, Decurionem dici. Sed M. Varro lib. IV. ait: Turma eſt, quòd terdeni equites ex tribus tribubus Tatienſium, Ramnium, & Lucerum fiebant. itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. & ita Feſtus.

Diſcedere à ſe exiſtimaret] v. c. non habet, à ſe: & poſt habet: ſiue quòd re frumentaria, &c.

Poſtquam id animaduertit] In v. c. eſt, animum aduertit, cùm hîc, tum infrà pluribus locis. & ita eſt in antiquiſſima tabula ænea quæ eſt apud me Senatusconſulti, ſiue reſponſi Tiburtibus à Prætore dati: EA. SENATVS. ANIMVM. ADVORTIT. &c. Paulo pòſt v. c. habet, veteranarum; vt ad legionum referatur: quomodo loqui Cæſar ſolet. Item: Collocaret, & impleret.

Phalange facta] Phalangem facere dicebant, cùm pedites ſcuta ſcutis ita conſerebant, vt vnum alius ſuperueniret, eamque pro muro hoſtibus obijciebant.

Cæſar primùm ſuo, deinde omnium è conſpectu remotis equis] Voces è conſpectu, ſuſpicor abundare; nam apud Suetonium non legitur in Cæſare cap. LX. Ancipiti prælio equos dimittebat, & in primis ſuum, quo maior permanendi neceſſitas imponeretur, auxilio fugæ erepto. Salluſtius in Catilin. Dein remotis omnium equis, quo militibus exequato periculo animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitum inſtruit.

Milites è loco ſuperiore pilis miſſis] Ita eſt in vv. cc. ſed opinor ſcribendum eſſe, emiſſis, non, miſſis. ita enim lib. II. dixit: Pilis emiſſis, curſu ac laſſitudine, &c. Vegetius lib. II. cap. XV. Item bina miſſilia, vnum maius, ferro triangulo, vnciarum nouem, haſtili pedum quinque, & ſemis, quod pilum vocabant, nunc ſpiculum. Aliud minus, ferro triangulo, vnciarum quinque, haſtili trium pedum & ſemis, quod tunc verriculum, nunc verutum dicitur.

Quòd pluribus eorum ſcutis vno ictu pilorũ transfixis] Duobus enim aut ſimul pluribus ſcutis pilorum ictu transfixis, & inter ſe colligatis, fiebat, vt milites illi, quorum erant ſcuta, aut ſimul omnes pugnare, aut ſcutis dimiſſis nudare corpora cogerentur, ſi ſigillatim decertare vellent. pila namque quòd ferrum eorum ſe inflexerat, euellere non poterant.

Ex itinere noſtros latere aperto aggreſſi circumuenire: id conſpicati Heluetij] In duobus vetuſtiſſimis libris eſt, circumuenere, & id conſpicati Heluetij, &c. Quod autem ſequitur: Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt, &c. videndum an illud, bipertito, gloſſema ſit. nam ex vv. cc. alij habent, tripartito, alij partita. Infra ſine hac voce dixit: Tribunos militum monuit, vt paulatim ſe legiones coniungerent, & conuerſa ſigna in hoſtes inferrent.

Diutius cum noſtrorum impetum] Videndũm an legi debeat: Demum cum noſtrorum impetum; nam præcedit: ita ancipiti prælio diu, acriterque pugnatum eſt. & ſequitur; Cùm ab hora ſeptima ad veſperum pugnatum ſit. Ad veſperam autem habet liber vetus; & Chariſius ſcribit, Cæſarem in epiſtola ad Frontonem, Veſpera pro, Veſperi, dixiſſe.

Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnãtum eſt.] Videtur Plutarchus legiſſe apud Cæſarem, ad mediam noctem; ita enim ſcribit: ὥστε τὴν μάχην μόλις εἰς μέσας νύκτας τελευτῆσαι.

Ac tragulas ſubijciebant] Videndum an, abijciebant, ſcribendum ſit. ita enim locutus eſt lib. v. de bello Gallico, & de bello Africo. Mararas autem eſt in v. c. ex quo emendandus Liuius lib. vii. Strabo lib. ix. & alij.

Circiter millia hominum cxxx] v. c. habet, Circiter hominum millia cxxx. &c.

Nullam partẽ noctis itinere intermiſſo] Sic lib. iii. Neque diem, neque noctem intermittit. v. c. habet

nulla parte noctis, vt libro III de B. C. vbi est: Parua parte noctis itinere intermisso.

Se eodem loco illos] Vox, illos, non est in V. C.

Prima nocte] Ita locutus est lib. II. de B. C. vbi est: Equitatum omnẽ prima nocte ad castra hostium mittit, &c. vt nihil necesse sit mutare in, prima noctis vigilia.

Quorum per fines ierant] Videtur legẽdum, irent.

Si sibi purgati esse vellent] In Senatusconsulto siue responso, quod à Prætore Romano Tiburtibus datum est in ænea tabella, cuius meminimus suprà, simili modo dictum est: QVONQVE. DE. EIEIS. REBVS. SENATVEI. PVRGATI. ESTIS. CREDIMVS. VOSQVE. ANIMVM. VOSTRVM. INDOVCERE. OPORTET. ET. ITEM. VOS. POPVLO. ROMANO. PVRGATOS. FORE.

Nihil erat, quo famem tolerarent] Liuius lib. XXVI. Nec famem tolerare seruitia ac plebs poterant. Cæsar tamen lib. VII. extremam famem sustentare dixit, & item: Vitam tolerare, vt Virgilius illo versu:

*Cui tolerare vitam colo*, &c. Et Sallustius:

*Quæ in agris manuum mercede inopiam tolerauerat.*

Quòd egregia virtute erant cogniti] Verbum, cogniti, abest ab antiquissimo libro. In quo paulo pòst, pro eosque postea, scriptum est, quos postea, vel vt in alio, quosque postea. Quę sanè lectio melior est. Quod autem sequitur: Imparem iuris libertatisque conditione, &c. id additum est, quia Senatus Aeduos fratres consanguineosque appellauit. Deducti autem sunt Gergouiam, vt habetur infra lib. VII.

Litteris Græcis confectæ, & ad Cæsarem perlatæ] In duobus VV. CC. scriptum est, relatæ. Libro autem VI. ita de hac re locutus est, cùm dixit: Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cùm in reliquis ferè rebus, publicis priuatisque rationibus, Græcis litteris vtantur. Strabo lib. IV. καὶ φιλέλλωας, inquit, κα-

πιτεύα-

πεύας τοὺς γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἐλλιπεῖς χάριν.

Summa omnium fuerunt ad millia CCCLXVIII.] Plutarchus in Cæsare: τετάχοντα μὲ αἱ πᾶσαι μυριάδες ὄντες, εἴκοσι δὲ αἱ μαχόμεναι, μίας δέουσαι. & videtur legendum, fuerat, non fuerant, nam supra dixit: Sūma erat. Appianus, ad CC. milia, Orosius, CLVII. millia edit.

Intelligere sese, tametsi] v.c habet: Intelligere sese iam, etsi, &c. & paulo pòst habet, è communi consessu, pro eo, quod in vulgatis est, consensu.

Qui ante fuerant] Faernus, vt opinor, ex coniectura legebat, iuerant, non, fuerant. Sed videntur hæc adiectitia esse. Vt illud, occultò, quod ex margine sine dubio irrepsit.

Sese omnes flentes Cæsaris ad pedes proiecerunt] v c. habet: Cæsari ad pedes. Quæ lectio magis placet, & scriptorum exemplis confirmatur.

Se se neq. obsides repetituros] Faern⁹ ex vetere libro legebat: se neq. obsides repetituros, &c. & paulo pòst, occupauisset, pro, occupasset. Itē: Si quid ille se velit.

Harudum millia hominum] Videtur abūdare vox, hominum, licet sit in veteribus libris. Harudes autem à Ptolemæo lib II χαροδες nominantur, interq. Germaniæ populos numerantur.

Gallicum cum Germanorum agro] Videtur legendum: Neque enim conferendum esse cum Gallico Germanorum agrum; nam sequitur: Neque hanc consuetudinem victus, scilicet, Gallici. Et hoc sensu vsurpauit Cicero vocem, victus, vt lib. XII. ad Atticum ep. XXV. cùm ait. Præterea nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem victus. Alibi tamen posuit pro ipso congressu, & familiaritate; Vt pro Milone, cùm ait: Consuetudines victus non possunt esse cum multis.

Animaduertit Cæsar vnos ex omnibus Sequanos] vv. cc. miro consensu habent: Animaduertit Cæsar vnus ex omnibus, Sequanos, &c.

Hoc esse miseriorē, grauioremq. fortunam Sequanorum ]ita Faernus legebat ex veteribus libris.

Propterea quod reliquis tantum fugæ facultas daretur ]Faernus legebat, tamen, pro, tantum. & paulo pòst, temperaturos, pro, obtemperaturos. Quæ lectio vera est. Sic enim suprà habetur, vbi scriptū est. Neq; homines inimico animo data facultate tēperaturos ab iniuria & maleficio. Cicero pro Flacco: Vt qui ante dictum testimonium sibi temperarit. & in Verrē lib. iv. sibi temperare non potuerit.

Cimbri Teutoniq́ue ]Cęsar lib. vi. habet Teutonas. Sed cum in veteribus libris sibi sit Teutonos, & lib. vij. Cimbrorum Teutonorumq́ue dixerit, placet vt Teutoni retineamus, non Teutones; nam sic est in vetustissimo marmoreo fragmento, quod est apud me ex Quirinali translatum ex ædibus Pomponianis, cuius exemplum infra ponetur.

Locum medium vtriusque colloquio deligeret ]Videtur legēdum: locum medium vtrisq colloquio, &c.

Sine magno commeatu, atque emolumento ] Vox, molimento, quam viri docti reposuerunt, ita est ab omnibus recepta, vt dubitandum de ea non sit. Sisenna eam vsurpauit, cùm dixit lib. iv. hist. apud Nonium: Contra magno cum molimento, ac perpetuo sono procedunt, hoc est, molimine. Videndum tamen an pro commeatu apud Cæsarem, legendum sit, comitatu. Nam hoc verbo ipse Cæsar sæpius vtitur, vt lib. i. B. C. cùm inquit: Neq. maximi comitatus, qui ex Italia Galliaq́ue veniebant, &c. Item: Magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, &c. & comitatus, & qui frumēti causa processerant, tutò ad se recepit. Atq; hoc loco in vv. cc. comitatus, est, non, commeatus.

Neque de communi re dicendum sibi ] Cùm infra lib. v. sit: Habere se quæ de communi re dicere vellent, &c, nihil mutandum, libris præsertim veteribus non repugnantibus, à quibus abest illud, discendum, quod

quod à quibusdam repositum est pro dicendum.

Si id ita fecisset] Faernus reijciebat ex v.c. particulam, ita.

Néve his, sociisque eorum bellum inferret] Faernus legebat: Neue ijs, socijsve eorum bellum inferret. Paulo pòst legendum: M. Messala. M. Pisone Cos. &c. vt initio huius libri. Nam L. Piso Cæsaris socer cum A. Gabinio Cos fuit.

Magnam Cęsarẽ iniuriã facere] in v.c. ita hęc verba collocantur: Magnam Cęsarẽ facere iniuriam. Et paulo pòst habet: si in eo manerent, quod conuenissent, &c. cùm in vulgatis sit, conuenissent. Mela lib. 1 cap. vii. Postquam in eo, quod conuenerat, non manebatur.

Longè ijs fraternum nomen P. R. abfuturum] Faernus, vt aliàs diximus, legebat futurum. Vtraque lectio confirmatur exemplis Scriptorum. Virgilius lib. xii. Longè illi dea mater erit. Ouidius lib. iv. Metamorph. Longè tibi Iuppiter absit.

Quæ ad bellum vsui erant] Videtur legendum, vsu, ex Agellio, vt suprà diximus; & paulo pòst, difficultas, habent duo vetustissimi libri, pro, facultas.

Treuiri autem, pagos centum Sueuorum] In duobus vetustissimis libris est, Treueri, constanter. Pagos autem pro præfecturis accipi debere, diximus suprà. Cæsar lib. iv. Centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Cornelius Tacitus de moribus Germanorum. Centum pagis habitatur, magnoque corpore efficitur, vt se Sueuorũ caput credãt.

Vesontionem] Ptolemęus habet, Visontionẽ. & aliquot item libri. Et post v.c. habet: Flumẽ Adduas dubis; quod Dioni & Straboni, Dubis. Itẽ: Quâ à flumine intermittitur. Sic etiam lib. vii. Ad eam opidi partem, quæ intermissa à flumine & palude, aditum habebat.

Ne vultum quidem atq; aciem oculorum dicebant ferre potuisse] Verbum, dicebant, Faernus tollebat.

Hic primùm ortus &c.] Totus hic locus ita legitur in v.c. Hic primùm ortus est à Trib. Mil. Præfectis, reliquisque, qui ex vrbe amicitiæ causa Cæsarem secuti magnum periculum miserabantur, quòd non magnum in re militari vsum habebant, &c. vt fortasse legendum sit: Magnum periculum esse rebantur, quòd non, &c. Paullo pòst, pro, caussa illata, videtur legendum, causa allata; nam ita locutus est Cicero ad Att. lib. 11 ep. xv. Quoniam iustam causam affers, quòd te hoc tempore videre nō possim. & alibi: Hanc, vt sibi ignoscerem, causam afferebat.

Aut suum fatum querebantur] v.c. habet, statum, pro, fatum.

Sed angustias itineris, magnitudinemque siluarum] Ita v.c. & Faernus. Et paulo pòst: Hæc cùm animaduertisset Cæsar, &c. Sed v.c. non habet nomen, Cæsar.

Æquitate conditionis] Faernus ex v. c. legebat, condjtionum.

Non minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator meritus esse videbatur] Verbum esse, à v.c. abest. Videtur autem hic locus ita legendus: Factum eius hostis periculum parum nostrorum memoria Cimbris & Teutonis pulsis; cùm non minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator meritus videbatur. Plutarchus hūc locum aliter legisse videtur apud Cæsarem, nam sic ait: ὅτι τοὺς βαρβάρους πρόσθαι μᾶλλον χρείττοσι μάλλων κίμβρων μάχεσθαι πολεμίους, μᾶλλον αὐτὸς ὢν Μαρίου χείρων στρατηγὸς. De Cimbris & Teutonis à C. Mario fusis, fugatisque sic habetur in ipsa C. Matij apud me inscriptione, de qua suprà memipimus: TEVTONORVM EXERCITVM CIMBROS FVGAVIT.

Nuper in Italia seruili tumultu] Additum videtur illud, nuper, quia circa annum vrbis DCLXXX. M. Crassus Prætor, vt ait Liuius in Epitoma LXXXXVII. primùm cum parte fugitiuorum, quæ ex Gallis, Germa-

nisque

nisque constabat, feliciter pugnauit, cęsis hostium xxxv.millibus,& duce eorum Granico. Dein Spartacum debellauit.

Quos tamen aliquis vsus] vv.cc. habent, aliquid, pro,aliquis.Et paulo pòst : Denique hos esse Germanos,&c.sine voce,eosdem.Item: Non solùm in suis, sed etiam in illorum finibus, &c. sine dictione, sedibus; quæ videtur abundare.

Hoc si quærerent]v.c.habet: Hos si quærerent. Et paulo pòst,tenuisset,pro,contulisset.

Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem,angustiasque itineris conferret ] Videndum an legi debeat: Qui sui timoris simulationem in rem frumentariã, angustiasque itineris conferret. Liber vnus manuscriptus habet,sui,& Cæsar ipse lib.11. de B.C. simulationem timoris dixit. In v. c. est itinerum,pro, itineris.& Faernus legebat,viderentur, pro, auderent.

Suam innocentiam perpetuam vitæ felicitatẽ,&c,] Ita habet v.c. vt videatur legendũm: suam innocentiam perpetua vita;felicitatem,&c.

Sibique eam Prætoriam cohortem futurã] Festus: Prætoria cohors est dicta, quòd à Prætore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, & cætero munere militiæ vacarent, & sesquiplex stipendium acciperent.

Repræsentaturum ] Non placet,quod quidam reponunt,tentaturum. Frequens enim id verbum cùm apud alios,tum in primis apud Ciceronem multis locis, vt lib.xvi.ad Tironem : Dies promissionis adest, quem etiam repræsentabo,si adueneris.

Huic Cæsar legioni indulserat præcipuè] Ita est in v.c.In quo paulo pòst ita legitur hic locus: Deinde reliquæ legiones Tribunis Mil. & primorum ordinum Centurionibus egerunt, vti per eos Cæsari satisfacerent,&c.

Quòd ex alijs Gallis ei maximam fidem habebat] Vox, Gallis, abeſt à vv.cc. & paulo pòſt habetur: Cæſar quòd neque colloquium interpoſita cauſa tolli volebat.

Pollicitum eſſe in cohortis ſe Prætoriæ loco, &c.] Totus hic locus ita legitur in v.c. Pollicitum ſe in cohortis Prætoriæ loco decimam legionem habiturum; ad equum (ſiue vt eſt in alio manuſcripto) ad equitum reſcribere, &c. Porrò honeſtius fuiſſe, lautiusq, equo merere, quàm ordines ducere, docet Cicero lib. 1. Philipp. cùm inquit: Non quæro iſtos, quicumque ordines duxerint iudices: at ſi ferretis, quicunq; equo meruiſſet, quod eſt lautius, nemini probaretis.

Munera ampliſſima miſſa] De vetuſto hoc, vt inquit Tacitus, munera mittẽdi more, ſic Liuius de Maſſiniſſa lib. xxx Munera, inquit, quæ legati ferrent regi, decreuerunt, &c. & lib. xxvii. de Syphace; Legati dona tulere, togamq; & tunicam purpuream, ſellam eburneam, pateram auream, &c. Taciti verba de Ptolemæo hæc ſunt ex lib. xiv. Qui ſcipionẽ eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera darẽt, regemq; & ſocium atque amicum appellarent. Paulo pòſt Faernus legebat, auctos velit eſſe, non, auctiores.

Tumulus terreus] Liber Vaticanus habet, terrenus. & paulo pòſt, pro, hic locus æquo ferè ſpatio, v.c. habet: æquum ferè ſpatium.

Quam rem & paucis contigiſſe, & pro magnis hominum officijs conſueuiſſe tribui docebat.] ita in v.c. legitur hic locus, deletis dictionibus, à Romanis, & voce, maximis, in, magnis, mutata. Et paulo pòſt: Illum, quando neque aditum, &c. pro, cùm neque aditum. Sic autem locutus eſt lib. v. Tunc, inquit, qui aliquem aditum cauſamq; amicitiæ cum Cicerone haberet. & lib. ii. B. C. Per quem quiſque aditum commendationis haberet. Item v.c. habet, dicebat, pro, docebat verbo, quod eſt ſecundo loco poſitum.

Tranſiſſe

Transisse Rhenum sese non sua sponte] v.c. habet: Transisse se non sua sponte, &c. vt vox, Rhenum, adiecta esse videatur.

Si iterum experiri velint] Totus hic locus ita legitur in vv.cc. Si iterum experiri vellent, se iterum paratum decernare. Si pacem mallent (vel vt est in alio libro) si pace vti mallent, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerint.

Idque se ea spe] v.c. habet, hac spe. Et paulo pòst: Id se suos muniendi, &c. non, sui, vt est in vulgatis. Item: Non Galliæ impugnandæ causa, &c.

Quòd ex S.C. Æduos] v.c. habet: Quòd fratres ex S.C. & amicos Æduos appellatos diceret (vel vt est in alio) Quòd fratres à Senatu & amicos, &c.

Sed defenderit] Videtur deesse verbum, illatum: vt integra lectio sit: sed illatum defenderit. Sic alibi locutus est Cæsar lib. II. cùm, inquit, aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderent. & lib. VI. Aut ipsi iniurias inferrent, aut illatas propulsarent. & eodem lib. cùm bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert.

Simulata Cæsarem amicitia] Liber vnus manuscriptus habet, Simulatam Cæsaris amicitiam, &c. sine verbo, debere, vt Faernus. Et paulo pòst v.c habet: Qui nisi decedat. Item: Quòd si decessisset, & liberam possessionem Galliæ sibi tradidisset (vel, vt est in alio codice) Quòd si recessisset, &c.

Aruernos & Rutenos à Q. Fabio Maximo] Huc pertinet fragmentum triumphi, quod est in Bibliotheca Farnesiana: Q. FABIVS. Q. ÆMILIANI. F Q. N. AN. DC... MAXIMVS. PROCOS. DE. ALLOBROGIB. ET. REGE. AVERNORVM. BETVLTO. X. K.... & Eutropius lib. IV. refert Q. Fabium Maximum cum Betulto Aruernorum rege bellum gessisse, & partim in prœlio, partim in ipso flumine CL. millia Gallorum interfecisse, ex quo nomen Allobrogici reportauerit. Strabo lib. IV.

Et

Et ad noſtros adequitare ] v. c. non habet particulam,ad. Et poſt Faernus non habet verbum, commiſſum,quod videtur adiectum.

Poſteaquam in vulgus militum relatum eſt ] Elatum, pro,relatum, habetur in vv. cc, & ipſe Cæſar ita locutus eſt infra lib. VI. cùm dixit: Quod neque in vulgus diſciplinam efferri voluit. & Tacitus lib. XII. elataque, inquit, vox eius in vulgus.

Colloquium vt diremiſſet] In vv. cc. non eſt particula, vt. Et paulo pòſt: Ariouiſtus ad Cæſarem legatos miſit. Item: Vti aut iterum colloquio diem conſtitueret. Nam in vulgatis non eſt dictio, aut. Et paulo infrà habent vv. cc. colloquendi cauſa Cæſari viſa non eſt.

Quòd pridie eius diei Germani retineri non poterant,quin in noſtros tela conijcerent ] In vv. cc. eſt: Quòd pridie eius diei Germani retineri non potuerant (ſiue vt eſt in alio codice) potuerint,quin tela in noſtros conijcerent.

Legatum ex ſuis] ] Hinc intelligi poteſt, Conſules, Proconſulib. Prætores, & Proprætorib. legatos ſecum ducere ſolitos fuiſſe,cùm in prouincias, aut ad bellum gerendum proficiſcerentur. Varro de ling. Lat. Legati, inquit, qui lecti publicè, quorum opera, conſilioque vteretur peregrè magiſtratus.

M. Valerium Procillum C. Valerij Caburi filium ] Ita eſt in libris Vaticano,& meo: Quæ verò ſequuntur verba, perturbata ſunt in vulgatis editionibus. In manuſcriptis autem duobus exemplaribus minus, vt opinor,corruptè leguntur ita: Cuius pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, quorum amicitia iam Arioui ſtus longa conſuetudine vtebatur,& propter fidem,& propter linguæ Gallicæ ſciẽtiam, & quòd,&c. Nos ita legendum putamus: Cuius pater à C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat, & propter fidem, & propter linguę Gallicę ſcientiam, qua multum Ariouiſtus longa iam conſuetudine vtebatur,&c. Nam, multum

aliqua

aliquare vti, Cicero ſæpius vſurpat. Longa autem, pro, longinqua vv.cc. habent conſtanter. Sed videndum an M. hic Valerius, rectè in manuſcriptis Cai prænomine afficiatur, & an idem ſit, qui ſuprà C. Valerius Troacillus dictus eſt. Nam ille princeps Gallię prouinciæ, hic ſumma virtute & nobilitate adoleſcens; illius ſiletur pater, huius C. Valerius Caburius nominatur. Præterea infrà lib. VII. huius frater dicitur C. Valerius Donotaurus. Cùm tamen ſit diſtinguendus prænomine, ſi hic rectè Caius prænominatur. Vt fortaſſe verior ſit ſcriptura librorum vulgatorum, in quibus Marci prænomine afficitur; præſertim cùm in aliquibus manuſcriptis nullum prænomen additum ſit. Illud tantùm obſtat, quòd ſuprà de illo dixerit, Cui ſummam rerum omnium fidem habebat, &c. vt inde eumdem eſſe cum eo, qui hîc nominatur, ſuſpicari aliquis poſſit. Qui verò paulo pòſt M. Titius in vulgatis libris dicitur, is in vv.cc. M. Mettius nominatur tum hîc, tum infrà, vt dubitari non poſſit, quin de M. METTIO intelligendum ſit, qui in Cæſaris denarijs deſcriptus eſt. Infrà, vbi eſt, conantes dicere, v.c. habet, cauſam conantes dicere, quod verbum fortaſſe ob præcedentem dictionem cauſa, omiſſum à librarijs eſt.

Circiter paſſus ſexcentos ab his caſtris] Faernus delebat dictiones, ab his. Et paulo pòſt ex duobus vetuſtiſſimis libris legebat: Primam & ſecundam aciem in armis ſeſe tenere, tertiam caſtra munire iuſſit. is locus ab hoſte circiter paſſus ſexcentos, vti dictum eſt, aberat; eò circiter hominum XVI. millia, &c. ſine voce, numero.

Et vnà M. Titium] vv.cc. habent: M. Mettium. & ita etiam paulo pòſt. M. autẽ hic METTIVS, vt ſuprà diximus, in Cæſaris denarijs argenteis deſcriptus eſt.

Paululumque à maioribus caſtris progreſſus] Vox, caſtris, non eſt in duobus vv. cc. & fortaſſe gloſſa eſt. In ijs autẽ vv.cc. paulo pòſt eſt: Vt caſtra oppugnaret.

Quòd

Quòd apud Germanos consuetudo esset, vt matres familiâs eorum, sortibus vaticinationibusq. declararent, &c. Si ante Lunam nouam, &c. alarios omnes, &c.] Ita legitur hic locus in vv. cc. De hac autem re ita Plutarchus in Cęsare: Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῆς ἱερᾶς γυναικὸς, αἱ ποταμοῦ δίνας περιλέπτεσθαι καὶ ῥοιζμάτων ἐλιγμοῖς, καὶ φόροις πεκμαιρόμεναι, προεδέσπιζον οὐκ ἐᾶν μάχην πρὶν ὁπλάμαξαι νέαν πανσέληνον.

Postridie eius diei Cęsar prędidio vtrisq. castris, &c. relicto, alarios omnes, &c.] Ita v. c.

Tum verò necessariò Germani suas copias castris eduxerunt, generatimque instituerunt Harudes, Marcomannos, Triboccos] Ita est in vv. cc. Ptolemæus item habet, τριβόκκοι. At Strabo, τρίβοκχοι. Qui verò Seduśij à Cæsare dicuntur, nominantur Seduni à Plinio. Vt apud Ptolemæum videatur legendum: Μαρκομαννοὶ, ὑφ' οὓς σηδουνοὶ, pro, σουδηνοὶ.

Quæ ad prœlium proficiscentes] Ita Faernus legebat, deleta voce, milites. Et paulo pòst in v. c. est: Animum aduerterat, pro animaduerterat.

Reperti sunt complures, qui in phalanga insilirent, scuta manibus reuellerent] Ita legitur hic locus in vv. cc. De hac re ita scribit Orosius lib. vi. Pugna maximè grauis ex Phalange Germanorum fuit, quam coacto in vnum agmine, scutisque supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tuti vndique præstruxerant. Sed postquam Romanorum aliqui militum agilitate audaciaque insignes, suprà obductam saliere testudinem, scutisque velut squamis sigillatim reuulsis, desuper nudos detectorum humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo, terribilem dissoluere compagem.

Millia passuum ex eo loco circiter quinque peruenerunt] Rectè coniecerunt docti viri legendum esse, quinquaginta. Coniectura verò cõfirmatur loco Plutarchi, qui habet in emẽdatioribus libris, σταδίους πεντακοσίους;

στάδιους ; quæ ſtadia, millia paſſuum ſunt quinquaginta. Præterea Oroſius lib. VI. ex Suetonio, vt initio operis ſui fatetur, ita hunc locum expreſſit: exinde in fugam verſi pet quinquaginta millia paſſuum inſatiabiliter cæſi ſunt.

Tertiam aciem laborantibus noſtris ſubſidio miſit] v.c. partem, habet, pro, aciem. Et paulo pòſt, transnatare, pro, tranare. ité, reppererunt, pro, petierunt. &, eduxerat, pro, adduxerat. Item: Duæ filiæ, harum altera, &c.

Ad conuentus agendos ] Qui Proconſulibus, aut Proprætoribus in prouincias cum exercitu mittebantur, æſtiuos menſes rei militari, hibernos iuriſdictioni dare ſolebant. Cicero ad Atticum: Erat, inquit, mihi in animo rectâ proficiſci ad exercitum, æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hibernos iuriſdictioni, &c. Quia verò in ſingulis prouincijs erant deſignatæ ciuitates, in quibus conuentus peragerentur, Proconſule vel Proprætore edictum proponebat per ſingula oppida, quæ illis conuentibus adſignata erant; aut etiam per totam prouinciam, quo decreto prouinciales ad conuentum euocabat, certa eius rei die conſtituta. Cæſar lib. II. de B.C. Cæſar, inquit, edictum præmiſit, ad quam diem magiſtratus, principesque omnium ciuitatum ſibi eſſe præſtò Cordubæ vellet.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM SECVNDVM
## DE BELLO GALLICO.

ITA vti ſuprà demonſtrauimus] In vv.cc. dictio, ſuprà, non habetur. & paulo pòſt ita legitur hic locus: Partim, qui Germanos diutius in Gallia verſari nollent, &c. partim, qui mobilitate & lenitate animi nouis imperijs ſtudebant, &c. Item: Qui minus facilè eam rem imperio noſtro conſequi poterant. &: Inita æſtate. &: In interiorem Galliam, &c. non, vlteriorem.

Exercitus in vnum conduci] v.c. habet, exercitum. & paulo pòſt: Quin ad eos duodecimo die proficiſceretur, &c. Item: Re frumentaria prouiſa, &c. non, comparata.

Primos ciuitatis ſuæ] Vox, ſuæ, abeſt à v.c.

Qui ripas Rheni incolunt] vv.cc. habent: Qui cis Rhenum incolunt, & ita dixit lib. IV. cis Rhenum diſpoſitis præſidijs.

Ne Sueſſiones quidem] Ita edunt vv.cc. & Hirtius lib. VIII. Plinius item lib. IV. cap. XVII. & Strabo. Ptolemæus autem corrupiè οὐέσονες, pro, Σκέσονες, ſiue vt verius ſcribamus, Σκεσσίονες.

Ingredi prohibuiſſent] Faernus legebat prohibuerint. De hac re ita Strabo lib. IV. *τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φάσιν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διῃρημένους, ὥστε μόνους ἀντέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον, Κίμβρων, καὶ Τευτόνων. Αὐτῶν δὲ τῶν Βελγῶν βελλοάκους ἀρίστους φασὶ μετὰ δὲ τούτους, Σκεσσίονας. τῆς δὲ πολυανθρωπίας σημεῖον, οἷς γδ. λ. μυριάδας ἐξετάζεσθαι φασὶ τὴν Βελγῶν πρότερον τὴν δυναμένων φέρειν ὅπλα.* Teutones autem ſcribẽdum eſſe diximus ſuprà ex vv. cc. & antiqui itẽ lapidis apud me fragmẽto, in quo eſt:

. . . . . .
. . VGVR. TR. MIL. EXTRA
. . VGVR-

. . VGVRTHA. REGE. NVMID
. . TRIVMPHANS. IN
. . ANTE. CVRRVM. SVVM
. . NSVL. APSENS. CREATVS
. . NORVM. EXERCITVM
. . CIMBROS. FVGAVIT, EX. IEIS
. . HAVIT REMP. TVRBATAM
. . . . . .

Ad id bellum pollicitus esset, cognouerant] vv. cc. habent: Pollicitus sit, cognouerit. Et paulo pòst: Bellouagos, &c. & ita Orosius. Item: eos, pro, hos. &: Fines latissimos, feraciss imosque agros possidere, &c. cùm in alijs desit vox, fines.

Nunc esse regem Galbam ] Dio lib. xxxix. Ἄλβαν προσηγόρευον. Galba verò Romanæ familiæ cognomen est. Mihi quidem suspectum est nomen Suessiones, licet ita & Orosius habeat; eos enim suprà dixit fratres consanguineosque Rhemorum, eodem iure, ijsdemque legibus vti, vnum magistratum cum ipsis habere, &c. Earum regionum, pro, harum regionum, habet liber Faerni, & meus.

Morinos xv. millia] v. c. habet, xxv. & ita Orosius lib. vi. qui hæc à Cæsare ad verbum ferè descripsit. Velocasses, item legit idem Orosius, pro, Verocasses, vt est in duobus vv. cc. & Viromanduos, & Caletos; licet à Ptolemæo corruptè, οἱ ῥομάνδυες, pro, οὐιρομάνδυες, & γαλῆται dicantur. Atuatucos autem est in veteribus libris, pro, Catuacos; & ita edit Orosius, Strabo lib. iv. & Ptolemæus præterea, Cæroses, Cænomanos.

Ad se venire vidit] Verbum, vidit, non est in v. c. & certè sine vllo orationis dispendio abesse potest, quia sequitur paulo pòst, cognouit.

Et post eum quæ essent] In vv. cc. est, erant: videtur autem legendum, post ea, vt ad castra referatur.

Fossaque duodeuiginti pedum munire iubet] v. c. habet: Fossa duodecim pedum muniri iubet. Et

paulo pòst: At vbi circumiecta multitudine, &c.

Testudine facta portis succedunt ] De hac testudine, quæ in oppidorum oppugnatione fiebat consertis clypeis militum capita operientibus; videndus Dio lib. XLIX. & Plutarchus in Antonio, qui eam ita describit: Αὐτοὶ δὲ καθέντες εἰς γόνυ προὐβάλοντο τοῖς θυρεοῖς, οἱ δ' ὄπισθεν ὑπερέχον ἀυτῶν τὰ ὅπλα, κἀκείνων ὁμοίως ἕτεροι. τὸ δὲ σχῆμα θεατρικὸν ἐρέφει γινόμενον, ὥστε διατρικλῶ παρέχειν καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατον ὄντι πρὸς οἰδοῦς ἀπολιθαίνοντας. διὸ τῶν τελωνῶν ἐξαπιναίως σαλπισάντων ἐπέσησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν ἀριστερὰ πρὸς τῶν γῶν ἤρεισαν. Liuius lib. x. Testudine facta in vrbem perrumpunt, lib. XXXI. At testudine succedi ad portam. lib. XXXIV. Sublatis deinde super capita scutis, continuatisq. ita intet se, &c. testudine facta subibant: lib. XLIV. Quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis summissioribus, tertijs magis & quartis, postremis etiam genunixis, fastigiatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant, &c. huic testudini simillima parti muri admota, cùm armati superstantes subissent, &c. Tacitus lib. XIX. Tum elatis super capita scutis, densa testudine succedunt, &c. & super iteratam testudinem scandentes. lib. XX. Per testudinem suorum scandebant, &c.

Portis succedunt] Liber vnus manuscriptus, & Romanus impressus habent, portas succendunt; quod nō placet. Paulo pòst, Nisi subsidium submittatur, est in duobus vv. cc. pro, sibi mittatur. & ita dixit lib. IV. Cùm ait: Subsidia ijs submittebat. Videndum autem an pro, præfuerat, quod est paulo pòst, melior lectio sit, præerat: Item. ad castra Cæsaris omnibus copijs, sine, cum.

Et funditores Baleares] Baliares est in vv. cc. & à Græcis Βαλεαρίδες. Inde Baliaricus Metellus in lapide Capitolino.

Vt fumo] vv. cc. habent, Vt ex fumo. & paulo pòst,

pòst, tenere poterat, pro, occupare poterat.

Tantum aduersus in latitudinem] Aduersus, nomen est, vt: Aduersus est in fronte Castrorum contra hostem lib. 11, de bell. Ciuil.

Ex vtraque parte lateris deiectus habebat] Infra est: Collis deiectus. & Hirtius lib. de B. A. Vnum latus erat adiectum flumini Nilo. Paulo suprà v.c. habet: Et quid nostri auderent, sollicitationibus exquirebat.

Et in fronte leuiter fastigatus] vv.cc. habent: Et in frontem leniter castigatus. vt fortasse fastigiatus legendum sit; nam infrà, leniter accliuis aditus, dixit. Paulo pòst vv. cc. habent: Vt si quò opus esset, subsidio duci posset.

Hostes item suas] Hic locus ita legitur in vv.cc. Hostes item & suas copias ex castris eductas instruxerãt. Et paulo pòst: Hac si nostri transissent, pro, Hanc.

Ad eos defendendos vndique conuenirent] v.c. habet, vtique; pro, vndique. Item: Diuitiacum, atque Aeduos; sine voce, quoque.

Magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, cùm ab extremo agmine ad quos vẽtum erat; consisterent] Ita legitur hic locus in vv. cc. & paulo pòst, in vno est, ponerent; in altero, sumerent, pro, posuerat. Item, terrore, pro, timore.

Sub occasumque Solis] v.c. habet, Sub occasu Solis. & paulo pòst: & magno itinere confecto.

Vineas agere] Vineas intelligit paruas testudines, quibus milites tecti, opera in oppidorum oppugnationibus faciebant. de his Apollodorus, in Πολιορκητικοῖς ita scribit: Σκέπαδαι δὲ αὐτοὺς δεῖ χελώναις ἐλαφραῖς, αἱ καλοῦνται ἄμπελοι, διά τε τὰς τοξείας, καὶ τὰς σφενδονήσεις.

Sed quòd erat, &c.] vv.cc. habent: Et quòd erat ciuitas magna inter Belgas auctoritate. Item: Quòd his rebus langueſcere animos eorum, virtutemq. remitti existimarent. vel: remittiq virtutem, &c. lib. 1v. dixit; Quòd ea re ad laborẽ remolleſcere homines, atq. effe-

minari arbitrãtur. Paulo pòst Faernus legebat triduum, non triduo.

Aduaticorum copias] vv.cc. habent, Atuatucorum, vt ſuprà diximus. & paulo pòst: Ad pugnam inutiles eſſe videbantur.

Crebrisque in latitudinem ramis enatis] pro, enatis, vv.cc. habent, curuatis. Quam lectionem Strabo confirmat lib. 1v. cùm inquit: Συμπλέκοντες τὰς ἄκρας δάμνων λύγους, βατώδεις ὄντας, ἀνέφρακτον τὰς εἰσόδους. ἔστι δ' ὅπου καὶ σκόλοπες ἐμπεπηγότες. Et paulo pòst vv.cc. habent, decliuitate, pro, accliuitate. Item: Nam quoad hoſtis appropinquabat. Sed Faernus legebat, hoſti. Cæſar enim in motu erat, non hoſtes, qui trans flumen Sabin exſpectabant.

Paſſus circiter ducentos, infimus apertus] Legendum ſine nota interpunctionis, ducentos infimus, &c.

Fluminis erat altitudo circiter pedum trium] Vox, trium, mihi ſuſpecta eſt. Videtur autem legendum, vel, latitudo circiter pedum ccc. quia infrà dixit: Auſos eſſe tranſire latiſſimum flumen. vel, altitudo circiter pedum triginta. nam infrà dixit: Altiſſimum flumen. Paulo pòst in vv.cc. eſt, Quoad hoſtis. Item: collocarat, pro, collocabat.

Porrecta, ac loca aperta] Porrecta, plana dicũtur, Horatius: Non eſt aptus equis Ithacæ locus, vt neq. planis Porrectus ſpatijs, nec multę prodigus herbę. Minutius Felix in Octauio: Quid loquar aptè diſpoſita recta montium, collium flexa, potrecta camporum?

Interim legiones, quæ anteuenerãt] Ita habent vv.cc. & paulo pòst, pro, cõſtituerant, videtur legendum, conſtruxerãt, deleta voce, ita; nã paulo ſuprà, pro, turribusq. conſtitutis, in vv.cc. eſt, turribusq; cõſtructis. Infrà verò, vbi eſt: Tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur, &c. fortaſſe ſcribendum, conſtitueretur.

Prouolarunt] Prouolauerunt vv.cc. vt decucurrerũt paulo pòst. Atque hæc ſcriptura conſtans eſt in vv.cc.

confir-

confirmata teſtimonio veterum Grammaticorum, & Chariſij. Faernus autem paulo pòſt ex v.c. proturbatis, legebat, non, perturbatis.

Et incurſus hoſtium impediebat] Liber Faerni pro, incurſus, habet, ſucceſſus. Et paulo ſuprà vv. cc. habent: Et iam in manibús noſtris. &c.

Ipſi ſibi magis præſcribere] Ita eſt in vv. cc. & paulo pòſt: nihil iam Cæſaris imperium ſpectabant, non, expectabant. Item: Quòd non longius hoſtes aberant. Et pòſt, libri omnes, pro, decucurrit, habent, decurrit.

Ad inſignia accommodanda] Polybius lib. VI. tradit Pilanos galeas ſuas lupinis exuuijs ornaſſe, haſtatos verò principes, & triarios pennigeris coronis, pennisque puniceis, aut nigris, cubitali longitudine. Vnde Plautus in Bacchidib. Pro galea ſtrophium, pro inſigni ſit corona plectilis.

Ne in quærendis ſuis] v. c. habet, Ne inquirendo ſuos, &c. vt videatur legendum, ne inquirendis ſuis.

Cùm diuerſis locis legiones aliæ alia in parte hoſtibus reſiſterent] Cùm in vv. cc. ſit, Eum diuerſis legionibus, &c, fortaſſe ſcribendum, cùm diuerſæ legiones aliæ alia in parte; nam paulo pòſt ſic dixit: Item alia in parte diuerſæ duæ legiones vndecima, & octaua.

Ad galeas induendas] vv. cc. habent, inducendas. Nec eſt reijcienda ea lectio; nam infrà dixit: Pellibus induxerant, &c. licet ibi vv. cc. habeant, induerant. Paulo pòſt legendum ex vv. cc. Et Calones, qui decumana porta, à ſummo iugo collis noſtros victores flumen tranſiſſe conſpicati erant, prædandi cauſa egreſſi, &c. Item: In ſiniſtra parte acie, &c. non, aciei. Sic Salluſtius lib. I. hiſtor. apud Priſcianum. Et Cæſar ipſo lib. V. locuti ſunt.

In fugã coniecerũt] vv. cc. habẽt, dederũt pro, coniecerũt. Ac totum locũ ita Faernus legebat: Rurſus reſiſtẽtes hoſtes, reintegrato prœlio in fugã coniecerũt. Item paulo pòſt v. c. habet: Atteritis ferè à frõte, & à ſiniſtra

nistra parte nudatis castris, cùm in dextro, &c. quod placet; nam paulo suprà dixit, Fortunæ varios euentus esse sequutos, enumeratisque prosperis: At, inquit, alia ex parte castra ferè capta sunt. Et infrà v.c habet, clamor fremitusque oriebatur, non, exaudiebatur.

Pars summum castrorum locum petere] Ita cc. vv.

Ac rursus aliam in partem fugam petebant] Videtur legendum, aliam partem fuga petebant. Paulo pòst legitur in vv.cc. sibi ipsos ad pugnã esse impedimento vidit. Et: Signifero interfecto, signo amisso, &c.

Iudicari deberent] Placeret magis, debuerint; vt suprà lib. 1. Oppida expugnari non debuerint.

Ex sexcentis, ad tres Senatores; ex hominum millibus sexaginta, vix ad quingentos, &c.] Legendum ex Plutarcho, ex CD. ad III. Senatores; nam sic habet Plutarchus in Cæsare; Πεντακόσιοι γὰρ ἀπὸ μυριάδων ἐξ σωθῆναι λέγονται, βεβλῶσθαι δὲ πεῖς ἀπὸ πεντακοσίων. Locus Liuij in epitoma libri CIV. Ex eodẽ Plutarchi loco corrigitur.

In his primipilo P. Sextio Baculo] vv.cc. In his primopilo P. Sextio Pactio. & in antiqua inscriptione est, PRIMOP. Quid autem sit primopilus, dicetur infrà.

Aduatici, de quibus suprà scripsimus] vv. cc. Atuatici, de quibus suprà diximus. ita enim Orosius lib. VI. & Dio. itẽ Ἀτουατικοὶ, lib. XXXIX. in hac ipsa re narranda.

Qui cùm iter in prouinciam nostram atque Italiam facerent] vv.cc. habent: Qui cùm iter per prouinciam nostram atque Italiam facerent, &c. Sex milia hominum reliquerunt, &c. deleta voce, vnà. Item v.c, habet: Homines præsertim tantulæ staturæ.

Custodiam ex suis, ac præsidium] Ita Faernus, non, custodiæ, &, præsidio. & post: Turrim in muro sese collocare confiderent. Item: Vt postea perspectum est, &c. non, compertum est.

Quam ipsi ab alijs audissent] vv. duo cc. Audirent, & paulo pòst, despoliaret, pro, dispoliaret, antiqua scribendi ratione. Item: Quibus ad hæc Cæsar respondit.

spondit. In alijs autem libris deest vox, quibus.

Præsidia deducturos] In duobus vv. cc. est, non inducturos. Sed lib. III. de Bell. ciu. dixit: Deductis oræ maritimæ præsidijs. Item: Præsidijs omnibus deductis.

Pellibus induxerant] Libri manuscripti habẽt partim incluserant, partim induerant. Sed vtraque lectio, glossa est. Supra enim in optimis libris est, ad galeas inducendas, pro eo quòd in alijs, induendas.

Pugnatumque ab hostibus ita acriter est] Ita legitur in vv. cc. cùm in alijs desit verbum, est.

Sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit] Cicero lib. 1. de Inuentione. Hoc commodè reprehenditur. Si dici potest ex hostibus equus esse captus, cuius prædæ sectio venierit, &c. Hinc Sector dictus, qui sectionem emebat. Asconius in Verr. III. Sectores autem dicti, inquit, sunt, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum simul auctionabantur, proque his pecunias pensitabant, postea pro compendio suo singula quæque populo vendituri, &c. Auctio autem huiusmodi proposita hasta fiebat. Festus: Hastæ, inquit, subijciebantur ea, quæ publicè venundabantur, quia signum prælij est hasta. Cicero lib. II. Philipp. Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pompeij Magni, voci acerbissimæ subiecta præconis. Qui ad illud scelus sectionis auderet accedere inuentus est nemo, præter Antonium. & lib. III. Offic. Sic par est agere cum ciuibus, non hastam in Foro ponere, & bona ciuium voci subijcere præconis.

Vnellos, Osismos, Curiosolitas, Sesuuios] Venelos, Osismios, est in vv. cc. & ita legit Orosius, & Plinius lib. IV. cap. XVIII. Curiosolitas autem, idem Plinius. De Sesuuijs nusquam mẽtio, quòd sciam. & fortasse Lexuuij, legendum, qui à Ptolemæo cum Venelis & Osismijs numerantur. Λεξούβιοι, inquit, εἶτα Οὐένελοι, μεθ' οὓς Ὀσισμιοι.

In deditionem potestatemque P. R. esse redactas]

vv.cc.habent,in dicionem,poteſtatemque P.R. redactas eſſe. Quę lectio vera eſt;nam ita apud Ciceronem reperitur pluribus locis. In fragmento quoque legis Seruiliæ quod eſt apud me,habetur: QVOIQVE. IN. ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. P. R. &c.

Andes]Plinius lib.IV.cap. XVIII. Andes vocat. At Oroſius lib.VI. Andegauos. Tacitus lib:III. Andecauos & Thuronios. Lucanus lib.I.

*Gens habitat caua pendentes rupe Gebenna.*
*Pictones immunis ſubigit ſua rura,nec vltra*
*Inſtabiles Turonos circum ſita caſtra coercent,*
*In nebulis Meditana tuis marcere peroſus;*
*Andus,iam placidi Ligeris recreatur ab vnda.*

Quæ ciuitates]vv.cc. Quæque ciuitates.

Dies XV. ſupplicatio decreta eſt, quod ante id tempus acciderat nulli]vv.duo cc.habent,accidit,pro,acciderat. De ſupplicatione autem Cæſari decreta, Cicero in oratione de Prouinc.conſul. Dio lib. XXXIX. & Plutarchus in Cæſare. Ταῦτα, inquit, ἡ σύγκλητος πυθομένη, πέντε καὶ δέκα ἡμέρας ἐψηφίσατο θύειν τοῖς θεοῖς, καὶ σχολάζειν ἑορτάζοντας, ὅσας ἐπ' οὐδεμιᾷ νίκῃ πρότερον. Supplicatio autem erat quaſi triumphi prærogatiua quædam,decernebaturq; Senatus decreto omnibus Dijs, quorum puluinaria Romæ eſſent, vt non vrbana tantùm multitudo,ſed agreſtium quoque de re benè geſta gratias ageret. Atque in ea decernenda,& magnitudinis victoriæ, & Imperatoris dignitatis ratio habebatur,vt ſcribit Liuius. M. Valerio, M. Horatio Cos. A.V. c.cccIV. Sabinis deuictis, in vnum diem ſupplicatio decreta eſt. Rurſus Furio Camillo Veijs captis in quatriduum,quod ante nulli. Liuius lib.V. Ingens gaudium Romæ fuit, & priuſquam Senatus decerneret,plena omnia templa Romanarum matrum gratias dijs agentium erāt. Senatus in quatriduum, quot dierum nullo ante bello,ſupplicationes decernit,&c. Cn. Quinctio ob victoriam ad Cynocephalas,dierū quinquo

que ſupplicatio decreta. Cn. Pompeio confecto Mithridatico bello, dierum XII. Cæſari primum XV. dierum, deinde XX. vt habetur infrà lib. IV. & VII. Hirtio, & Panſæ, & Cæſari iuniori, Mutina Colonia liberata, dierum quinquaginta ſupplicatio decreta eſt, vt ſcribit Cicero lib. IV. Philipp. Ciceroni togato ſupplicatio decreta eſt, quod ante eum nemini. Cicero ipſe in Catil. orat. IV. & in Piſon. Dio lib. XLV. Quintilianus lib. II. cap. XVII. Ciceronis verba ſunt hæc: At etiam ſupplicatio Dijs immortalibus pro ſingulari eorum merito, meo nomine decreta eſt Quirites his verbis. Quòd vrbem incendijs, cæde ciues, Italiam bello liberaſſem.

# NOTÆ
## AD LIBRVM TERTIVM
## DE BELLO GALLICO.

IN Antuates, Veragros, Sedunos] Videtur in vetuſtiſſimo exemplari ſcriptũ fuiſſe Innantuates, vnde Librarius omiſſo altero, n, fecit in Antuates. ſed ſcribendum Nantuates; nam ipſe Cæſar lib. IV. habet, per fines Nantuatium. Præterea Plinius lib. III. cap. XX. Nantuates, inquit, Seduni, Veragri. & Strabo lib. IV. οὐέραγροι καὶ Ναντουάται. Vt de hac lectione, tot ſuffragantibus teſtimonijs, dubitandum non ſit.

Vt in ijs legionem] vv. cc. addunt, locis, poſt vocem, ijs, quæ fortaſſe adiecta eſt ab eo, qui locum explicare vellet. Paulo pòſt vbi eſt: Et ipſe cum reliquis eius legionis cohortibus, &c. à duobus vv. cc. abeſt copula, &, & quidem cum aliqua lectionis venuſtate.

Qui appellatur Octodorus] vv. cc. Octodurus; quæ lectio confirmatur loco Oroſij ex lib. VI. ex hoc Cæſaris, vt apparet, deſcripto, & teſtimonio Plinij ex lib. III. c. XX. qui huius vici oppidanos appellat Octoduranos.

Gallis ad hiemandum concessit, alteram vacuam ab his relictam cohortibus attribuit] vv.cc. habent, ab illis relictam. Sed parum refert vtro modo retineatur, dummodo verba luxata, ad hiemandum, suo loco reponantur, & ita legatur: Gallis concessit, alteram vacuam ab his relictam, cohortibus ad hiemandum attribuit. Sic enim Cæsar sæpe locutus est. Paulo pòst in vv.cc. est: Et frumentum eò comportari iussisset.

Neque eam plenissimam ] Plenissimam legionem dicit, quæ habet omnes suos milites, Tribunos, Centurionesque, quomodo plenissimæ cohortes dicuntur à Cicerone lib. III. ep. VI. ad Atticum, cùm inquit: Illud me mouet in tanta militum paucitate abesse tres cohortes, quæ sint plenissimæ. His contrariè dicuntur, infrequentes, & attenuatæ lib. III. de Bell. ciuil.

Et compluribus sigillatim] v.c. manuscriptus habet, singulatim. Et paulo pòst in duobus v.v.cc. ita collocantur hæc verba: Ne primum quidem impetum posse sustineri, &c. sine voce, suum.

Cùm neque opus hibernorum] vv.cc. habent: Cùm neque tempus hibernorum.

Interim rei euentum experiri] Videndum an, operiri, legi debeat; nam lib. III. de Bell. ciuil. dixit: Et tamen euentum expectans. & lib. VII. Euentum pugnæ expectabat.

Vix vt his rebus, quas constituissent, colloquendis] omnes ferè scripti libri habent, collocandis, pro colloquendis. & ita locutus est Hirtius de bello Alexandrino, in quo est: Sic rebus omnibus confectis, atque collocatis. Paulo pòst scribendum, gæsaq;, non gessaque. Sic enim habent vv.cc. & Pollux item, Γαισὰ.

Vt quæque pars castrorum nudata] vv.cc. habent: & quæcunque pars castrorum nudata, &c. Et paulo pòst: Prælio discedebant, &c. sine particula, cum. Item: Ad extremum deducta casum, pro, perducta. & ità lib. II. locutus est, cùm ait: Si in eum casum deducerentur.

cerentur. Hirtius de bello Alexandr. Vt ad extremum casum omnes deducti viderentur.

Eos qui in spem potiendorum castrorum venerant] Putamus legi debere: Eos qui spe potiendorum castrorum, &c.

Atque vnam esse spem salutis docent] Verbum, esse, abest à vv. cc. in quibus paulo pòst ita legitur hic locus: Atque alio se in hiberna consilio venisse meminerat, alijs se occurrisse rebus videbat, &c. quam lectionem Faernus retinuit. In alijs est, viderat.

Præfectos] Intelligit Præfectos castrorum, Præfectos euocatorum, Præfectos fabrûm, Præfectos equitum, Præfectos sociûm, atque alios eiusmodi Præfectos, qui plures erant in exercitu Romano.

Proximus Oceano in Andibus, hiemabat] vv. cc. habent: Proximus mare Oceanûm, qui in Andibus hiemabat. Octauius Pantagathus legebat: Proximus mari Oceano in Andibus, &c. & ita planè habet vnus liber manuscriptus. Forte legendum: Proximus mare Oceanum in Andibus hiemabat. Alius liber habet: Propius mare, &c. Paulo pòst Faernus legebat: Frumenti petendi causa dimiserat, &c. voce, commeatus, deleta, & mutato verbo dimiserat, in, dimisit.

In Vnellos] vv. cc. habent: Venelos, Sesuuios: vt fortasse Lexuuios legendum sit, de quibus suprà dictum est. Alij libri habent Eusubios, pro, Sesuuios. Item: M. Trebonius Gallus, &c. cui lectioni suffragatur vetus inscriptio Romæ. Q. TREBONIVS. Q. L. CLA. GALLVS. EX PATRIBVS LIBERTINIS. In vulgatis est, M. Trebius. Paulo pòst vv. cc. & Faernus habent: Reliquos antecedunt, pro, ceteros. Item: Eo mari, pro, eodem mari.

In magno impetu maris atque aperto] Notanda est forma loquendi. Nec enim placet amici mei coniectura, qui existimabat legendum, in magni impetus mari, atque aperto. Cæsar ipse paulo pòst. Simili modo locutus

locutus est, cùm ait. Longè aliam esse nauigationem in cōcluso mari, atque in vastissimo ac apertissimo Oceano, &c. siue vt est in alijs libris, atq. apertissimo Oceano, &c. Apertum autem mare dixit Oceanum, conclusum nostrum.

Ab his fit initium retinendi Silij, atque Velanij] In vv. cc. additum est: Et si quos intercipere potuerūt.

Eundemque omnis fortunæ exitum esse laturos] vv. cc. habent: relaturos. Placeret tamen omnes, pro, omnis. Paulo pòst in v. c. est, acceperint, pro, acceperant. Item; recipere, pro, recuperare. Sed cùm in alio libro sit, reciperare, inde factum videtur recipero. Sic enim habet v. c. Si velit suos reciperare, obsides remittat, &c. sine voce, sibi. Paulo pòst Faernus legebat: Quòd ipse aberat longius.

Quod influit in Oceanum] particula, in, abest à vv. cc. in quibus paulo pòst scriptum est: Reliquæque item ciuitates, &c. cùm in alijs desit vox, item. Et: Quod nomen ad omnes nationes sanctum, &c. pro, apud omnes, &c.

Propter insciti am locorum] In vv. cc. tum hîc, tum infra duobus locis pro, insciti a, scriptum est, inscientia. & paulo pòst ita hæc verba collocantur: Propter inopiam frumenti.

Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexouios, Namnetes, Ambianos, Morinos, Diablintes, adsciscunt] Ita legitur hic locus in vv. cc. & ita habet Orosius lib. vi. nisi quòd pro Ambianos, edit, Ambibaritos. Quæ scriptura confirmatur infrà duobus locis lib. iv. & vii. Ναυμῆται dicuntur etiam à Ptolemæo, & Plinio in codicibus emendatis. Qui autem Orosio Diablintes, ijdem Διαβλίνται Ptolemæo; quamuis in vulgatis libris sit, Διαβλήται. Plinius habet Diamblindas, ex antiqua consuetudine scribendi.

Bellum gesturum esse constabat] Verbum, esse, abest à vv. cc. in quibus paulo pòst verba quę sequuntur,

ita

ita collocantur: sed tamen multa Cæsarem, &c. Pro eo autem quod est in vulgatis omnibus, libertati studere, habent vv. cc. libertatis studio incitati; quod fortasse glossema est. Item: Qui proximi Rheno sunt, sine voce, flumini, quæ forte adiecta est ab aliquo γλωσσικῶς.

In extremis lingulis] Linguis est in vv. cc. & ita Pacuuius dixit in Anchise. Id promontorium, cuius lingua in altum proijcit. Promunturium autem scriptum est in exemplaribus ex antiqua scribendi ratione. Lingua, Festus inquit, promontorij genus, &c.

Atque his fermè mœnibus adæquatis, suis fortunis desperare cœperant] Totus hic locus ita legitur in vv. cc. Atque ijsdem oppidi mœnibus adæquatis, desperare suis fortunis cœperant.

Ijsdem opportunitatibus loci defendebant] vv. cc. habent: ijsdem loci opportunitatibus. Et fortasse, vox, loci, abundat. Paulo pòst habent: Tempestatiumque accommodatę. Naues totæ, &c. Item: Latitudinem, pro, altitudinem. Item: siue propter inopiam lini, atq; eius vsus inscientiam. & paulo pòst: ab æstu relictæ. Et: Casus erant extimescendi.

Circiter ccxx. naues eorum paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ è portu profectæ] Liber Faerni habet, ducentæ naues. Sed repugnant alij libri, & Orosius, qui locum hunc ex Cęsare ijsdem penè verbis descripsit: Continuò, inquit, ccxx. naues eorum paratæ, ac omni genere telorum instructissimę, progressæ portu ex aduerso restiterint. Dio autem, qui Venetos nullo telorum genere instructos venisse scribit, videtur aliter apud Cæsarem legisse.

Aut qua ratione pugnæ insisteret] v.c. Aut quam rationem, &c. Quæ lectio magis placet; nam ita Cæsar ipse alibi, & Terentius item locutus est, cùm ait: Aut quam insistam viam, incertus sum.

Non absimili forma muralium falciũ] v.c. ruraliũ.

Qui

Qui antemnas ad malos distinebant] Vnus liber manuscriptus habet, detinebant; quod non placet. est enim distinebant positum pro, deligabant; quo verbo idem Cæsar vsus est lib IV. cùm ait: Binis vtrinque fibulis ab vtraque parte distinebantur. & lib. I. de Bell. ciuil. Has quaternis ancoris ex quattuor angulis distinebat. Paulo pòst in vv. cc. est, perrumpebantur, pro, prærumpebantur: &, præcisis, pro, abscisis. Totus autem hic locus ita ab Orosio describitur lib. VI. Hoc plurimum auxilio fuit; quòd falces acutissimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autem subnexis parauerat, quibus cùm opus esset, apprehensos eminus rudentes, subductis hastilibus per funem falcem trahendo, succiderent. His celeriter expeditis disrumpi hostilium antemnarum armamenta præcepit, ita antemnis ruentibus, &c. Videndum autem an pro disiectis legendum sit, deiectis, ob ea quæ Cæsar dicit, antemnæ necessariò concidebant. Strabo lib. IV. Ῥωμαίων ἀνέμῳ φερομένων, οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπέσις, ἢ γὰρ αὐτινὰ διὰ τὴν βίαν τῆς ἀνεμου.

Quod postquam fieri barbari animaduerterunt] Ita collocantur hæc verba in vv. cc. in quibus paulo pòst, in quam, legitur, pro quo. De malatia verò ita Festus: Flastra dicuntur, cùm in mari fluctus non mouentur, quam Græci μαλακίαν vocant. Cùm autem Plinius lib. XXIII. cap. VI. hoc verbum vsurpet pro stomachi redundatione, videndum an libro Ecclesiastici cap. XXX. pro malitia, legendum sit, malacia. Nam vulgò legitur, vbi est: Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitia. Paulo pòst v. c. habet: Maximæ fuit opportunitati. Item: Quiquid vbique fuerat, &c.

Iis præerat Viridouix] In vv. cc. habetur, Vridorix, tum hîc, tum infrà. Item, Eburouices, pro, Eburonices. Legendum autẽ sine distinctionis nota, Aulerci Eburonices; nam ita habet Orosius, & Plinius lib. IV. cap. XVI, & Ptolemæus. In

In contemptum Sabinus veniret] Liber Faerni, & vnus manuscriptus habent, contemptionem; quo verbo Cæsar vsus est lib. III. de Bell. ciuil. Paulo pòst legitur in vv. cc. sine copula, &, Quid fieri velit, edocet.

Legato dimicandum non existimabat] Videndum an verbum legato, sit inducendum, & paulo pòst scribendum sit: occasionem negotij benegerendi dimittendam non esse. Sic enim alibi dixit, & lib. v. Ne quam occasionem rei bene gerendæ dimittat. & hoc ipso libro: Ne reliqui negotij gerendi facultatem dimitteret.

Læti velut explorata victoria] v. c. habet: Lęti vt explorata, &c. Sed lib. v. quasi parta iam, & explorata victoria, dixit.

Propter ea quæ ferebant, onera] vv. cc. habent: propterea quòd ferebant onera. & paulo pòst videtur legendum: Vt ne primum quidem nostrorum impetum ferrent, &c. pro, ne vnum quidem, &c. nam sic locutus est supra, cùm dixit: Ne primum quidem posse impetum sustineri existimabant. & lib. VI. Ac vix primum impetum choors in statione sustinet. Error videtur fluxisse ex ea nota, qua vox, primum, in vv. cc. scripta erat hoc modo: NE. M. I. QVIDEM. IMPETVM. Exanimati autem verbo vsus est Cæsar libro etiam II. cùm dixit: Cursu atque lassitudine exanimatos. & lib. III. de Bell. ciuil. Vt duplicato cursu Cæsaris milites exanimarentur.

Ex tertia parte Galliæ est existimanda] vv. cc. habent, æstimanda. Item: Præconinus. Quæ lectio vera est. L. verò Manilius, quod nomen in aliquibus scriptis libris positum est, pro L. Manlio, non placet. Nam in vulgatis libris est L. Manlius, qui Consul fuit iterum anno DCLXXXIX. sequenti autem Proconsule. Vt videatur rectè additum, paucis ante annis, &c. cùm hæc gesta sint anno Vrbis DCXCVIII.

Tolosa, Carcasone, & Narbona, quæ sunt ciuitates Galliæ

Galliæ prouinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatis euocatis] Ita scriptum est in vv.cc. cùm in alijs desit nomen, Carcasone. Ptolemæus: τολῶσα, Καρκασσὼν, ναρβὼν. Videntur autem abundare verba illa Galliæ, itemq. ex his regionibus, & ita fortasse totus locus legendus: Multis præterea viris fortibus Tolosa, Carcasone, & Narbona, quæ sunt ciuitates prouinciæ finitimæ, nominatim euocatis. Sic enim infra locutus est, cùm dixit: Aeduis, Segusianisque, qui sunt prouinciæ finitimi, &c. vt videantur verba, quæ diximus, esse σχολιαστικῶς adiecta.

In Sontiatum fines] vv. cc. habent, sociatium, constanti scriptura, vt est apud Orosium in vv. cc. & item Plinium manuscriptum lib. IV. cap. IX. Dio etiam mendosè pro εἰς σωπάτας, habet εἰς ἀπάτας.

Cuius rei] Videtur scribendum, re. Nam ita Cæsarem docuisse scribendum esse in libris de analogia, tradit Agellius lib. IX. cap. XIV. Paulo pòst, videtur abundare vox, sectuæ, siue vt est in alijs, strictuæ; nam ipse Cæsar lib. VII. sic locutus est, cùm dixit: Quod apud eos magnæ sunt ferrariæ.

Quos illi Soldurios appellant] Athenæus lib. IV. si modò quæ circumfertur editio, mendo vacat, Silodunos hos nominat his verbis: Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς, ἀδιάτομον τὸν τῆς σωπανῶν βασιλέα φησὶν ἑξακοσίους ἔχειν λυγάδας περὶ αὑτὸν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ γαλατῶν τῇ πατρίῳ φωνῇ σιλοδούνους. τοῦτο δ' ὄξιν ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαίους.

Adcantuanus] In alijs libris est, Adiatonius. Vtrunque mendosè. Vera huius nominis scriptura extat apud Athenæum, cuius è libro VI. verba sunt hæc: Ἀδιάτομον τὸν τῆς σωτιατῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τοῦτο κελτικὸν. & ita Plutarchus.

Quorum se amicitiæ dediderint] Videndum an legi debeat, deuouerint; nam suprà dixit: Cum sexcentis deuotis. & infrà: Cuius se amicitiæ deuouisset.

Mori recusaret] vv. cc. habent: mortem recusaret.

Et

Et paulo pòst sic legitur in vv. cc. Repulsus in oppidum est: tamen vti eadem deditionis conditione dederetur,&c.

Vocontiorum]v.c.habet, Vocatium. & ita Dio lib. xxxix.& infrà est Vocates.

Finitimæ Aquitaniæ]Vox,Aquitaniæ,videtur adiecta esse,vt suprà, Galliæ, hoc ipso libro, cùm pro Galliam, soleat Cæsar prouinciam dicere.

Duplici acie instructa]vv.cc. instituta, habent pro instructa;& collectis, pro, collatis. Et paulo pòst pro, sub sarcinis inferiore animo adoriri, videndum an sit scribendum,sub sarcinis in itinere adoriri. Nam ita locutus est Hirtius lib.viii.cùm dixit: sub sarcinis in itinere aggressi.vv.autem cc.partim habent infirmiores,partim infirmiore.

Cum sua conctatione, atque opinione timidiores hostes,nostros alacriores effeciisset]Aliàs admonuimus in nostris ad Cæsarem notis,in libro Faerni scriptum esse,cum sua cunctatio atque opinio, &c. Videndum autem ne pro sua, rectius sit, ipsa, nam ita locutus est Liuius lib.vii.cùm ait: Denique cum ipsa cunctatio, & ijs animos minuisset,& auxisset hosti.

Atque his proruptis] Liber Faerni habet, prorutis. pro,proruptis.Et paulo pòst,Elusantes scribẽdum,pro, Flustates; sic enim habet Plinius, & Claudianus in Rufinum,cùm ait:Muros inuadit Elusæ.

Bellum gerere cœperunt] vv. cc.habent: Bellum agere instituerunt.Et paulo pòst:Cęsar cùm peruenisset,&c.deprodiderunt,pro,desiderauerunt. Item:Reliquis item ciuitatibus,&c.

# NOTÆ
## AD LIBRVM QVARTVM
### DE BELLO GALLICO.

VSIPETES, Germani,& item Tenchtheri] Cornelius Tacitus Vsipios vocat in vita Agricolæ, & Vsipetes lib. 1. Annalium; Plutarchus οὐσπέτας καὶ τεντηρίδας. Ptolemæus οὐισπούς, καὶ πυγέρους; vt verior scriptura existimanda sit, Vsipetes, quæ in vv. cc. constante reperitur. Paulo pòst pro, quò Rhenus influit. vv, cc. habent, cui,& c. quod factum videtur ex quoi, vt tunc scribebant pro, cui.

Reliqui domi manent; pro se atque illis colunt] Ita legitur hic locus in v. c. Et paulo pòst: Præter pelles habeant quicquam.

Incolendi causa ] Placet lectio veterum librorum, colendi causa; qua lectione cõfirmatur superior emendatio: Pro se atque illis colunt. Infrà vbi est: Et immani corporum magnitudine homines efficit, &c. Liber Faerni non habet vocem, corporum; quæ tamen abundare non videtur, vel ex hoc Melæ testimonio, qui lib. III. cap. III. ita de his scribit: Qui habitant, immanes sunt animis, atque corporibus.

Et lauentur in fluminibus] De hac Germanorum consuetudine lauandi se in fluminibus, ita scribit Galenus, ὑγιεινῶν. α΄. τὶς γὰρ ἂν, inquit, ἡμῶν ὑπομείνειε τὴν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων δ' ὐὸς ἅμα τῷ κυνηδὸν ἅπτεσθαι ἐπὶ θερμὸν τὸ βρέφος ἢ τὰ τῆς ποταμοῦ φέρειν ῥεύματα, κἀνταῦθα καθάπερ φασὶ τοὺς Γερμανοὺς ἅμα πειρᾶν αὐτῆς τῆς φύσεως, ἅμα τε καὶ κρατύνειν τὰ σώματα, βάπτοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ὥσπερ τὸν σίδηρον. Virgilius lib. VIII.

*——— natos ad flumina primum*
*Deferimus, sæuóque gelu duramus & vndis.*

& Va-

& Valerius Flaccus.

——— *vbi tam ſæuo durauimus amne*
*Progeniem, natosq; rudes*, &c. In Græco epigrammate eſt:

Θαρσαλέοι κελτοὶ, ποταμῷ ζυλήμονι ῥίνῳ
Τέκνα ταλαπτύκοι, καὶ ἀπάρθενα εἰσὶ τοκῆες,
Πρὶν πάϊν ἀθρήσωσι λελυμένον ὕδατι σιμῷ.

Quibus maximè Galli delectantur, &c.] v. c. habet: Quibus maximè Gallia delectatur, quæque immenſo parat pretio.

Aſſuefaciunt] Liber Faerni habet, aſſuefecerunt. Et paulo pòſt in vv. cc. patiuntur eſt pro, ſinunt.

Vt eſt captus Germanorum] Satis inepte faciunt, qui legunt: Vbi eſt caput Germanorum. Hæc autem formula vſitatior eſt apud Scriptores, quàm vt exemplis confirmari debeat. Terentius Adelphis: Vt captus eſt ſeruulorum non malus, neq; iners. Cicero Tuſcul. lib. II. Græci autem homines non ſatis animoſi, &c. vt eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt.

Et paulo, qui ſunt eiuſdem generis, etiam cæteris humaniores] In vv. cc. ita legitur hic locus: Et paulo quàm ſunt eiuſdem generis & cęteris humaniores. Faernus legebat: qui paulò ſunt eiuſdem gentis, & cęteris humaniores. Fortaſſe ſcribendum: Et paulo quàm ſunt eiuſdem generis, cæteri etiam humaniores. Paulo pòſt in vv. cc. Multumque ad eos mercatores, ſcriptum eſt pro, multique ad eos, &c.

Ac multò humiliores, infirmioresque redegerunt] Faernus ex v. c. legebat, reddiderunt.

In eadem cauſa fuerunt Vſipetes] Ita locutus eſt Cicero cùm alibi, tum lib. I. de Finib. In eadem, inquit, cauſa ſunt, qua anteaquam nati, &c. & item: Negat Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa, qua Dionyſium tyrannum.

Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis] vv. cc. habent:

# NOTÆ
## AD LIBRVM QVARTVM
### DE BELLO GALLICO.

VSIPETES, Germani,& item Tenchtheri] Cornelius Tacitus Vsipios vocat in vita Agricolæ, & Vsipetes lib. 1. Annalium; Plutarchus οὐσπέτας καὶ τενπερίδας. Ptolemęus οὐσιπους, καὶ πυγέρες; vt verior scriptura existimanda sit, Vsipetes, quæ in vv. cc. constante reperitur. Paulo pòst pro, quò Rhenus influit. vv, cc. habent, cui,& c. quod factum videtur ex quoi, vt tunc scribebant pro, cui.

Reliqui domi manent; pro se atque illis colunt] Ita legitur hic locus in v. c. Et paulo pòst: Præter pelles habeant quicquam.

Incolendi causa ] Placet lectio veterum librorum, colendi causa; qua lectione cõfirmatur superior emendatio: Pro se atque illis colunt. Infrà vbi est: Et immani corporum magnitudine homines efficit, &c. Liber Faerni non habet vocem, corporum; quæ tamen abundare non videtur, vel ex hoc Melæ testimonio, qui lib. III. cap. III. ita de his scribit: Qui habitant, immanes sunt animis, atque corporibus.

Et lauentur in fluminibus] De hac Germanorum consuetudine lauandi se in fluminibus, ita scribit Galenus, ὑγιεινῶν. α΄. τὶς γὰρ ἂν, inquit, ἡμῖν ὑποφαίνοιτο τῶν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων ἅμα τῷ κυνηγεῖν ἐπὶ θερμὸν τὸ βρέφος ὅπου τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα, κἀνταῦθα καθάπερ φασὶ τοὺς Γερμανοὺς ἅμα πειρᾶν αὐτῆς τῆς φύσεως, ἅμα τε καὶ κρατύνειν τὰ σώματα, βάπτοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ὥσπερ τὸν διάπυρον σίδηρον. Virgilius lib. VIII.

*——— natos ad flumina primum*
*Deferimus, sæuóque gelu duramus & vndis.*

& Va-

& Valerius Flaccus.

——— *vbi tam ſæuo durauimus amne*
*Progeniem, natosq; rudes*, &c. In Græco epigrammate eſt:

Θαρσαλέοι κελτοὶ, ποταμῷ ζυλήμενοι ῥίνῳ
Τέκνα ταλαπτύοισι, καὶ ἐν πάρος εἰσὶ τοκῆες,
Πρὶν παῖν ἀθρήσωσι λελυμένον ὕδατι σιμῷ.

Quibus maximè Galli delectantur, &c.] v. c. habet: Quibus maximè Gallia delectatur, quæque immenſo parat pretio.

Aſſuefaciunt] Liber Faerni habet, aſſuefecerunt. Et paulo pòſt in vv. cc. patiuntur eſt pro, ſinunt.

Vt eſt captus Germanorum] Satis inepiè faciunt, qui legunt: Vbi eſt caput Germanorum. Hæc autem formula vſitatior eſt apud Scriptores, quàm vt exemplis confirmari debeat. Terentius Adelphis: Vt captus eſt ſeruulorum non malus, neq; iners. Cicero Tuſcul. lib. II. Græci autem homines non ſatis animoſi, &c. vt eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt.

Et paulo, qui ſunt eiuſdem generis, etiam cæteris humaniores] In vv. cc. ita legitur hic locus: Et paulo quàm ſunt eiuſdem generis & cęteris humaniores. Faernus legebat: qui paulò ſunt eiuſdem gentis, & cęteris humaniores. Fortaſſe ſcribendum: Et paulo quàm ſunt eiuſdem generis, cæteri etiam humaniores. Paulo pòſt in vv. cc. Multumque ad eos mercatores, ſcriptum eſt pro, multique ad eos, &c.

Ac multò humiliores, infirmioresque redegerunt] Faernus ex v. c. legebat, reddiderunt.

In eadem cauſa fuerunt Vſipetes] Ita locutus eſt Cicero cùm alibi, tum lib. I. de Finib. In eadem, inquit, cauſa ſunt, qua anteaquam nati, &c. & item: Negat Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa, qua Dionyſium tyrannum.

Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis] vv. cc. habent:

bent: Est enim hoc Gallicæ, &c. Item: Quibusque ex regionibus, &c. his rumoribus, &c. sine copula, &.

Cum incertis rumoribus seruiant, & plerisque ad voluntatem eorum ficta respondeant] Ita locutus est Plautus in Trinummo, cùm dixit: Nec tuis depellor dictis, quin rumori seruiam. Videndum tamen ne ita verius legatur: Cum incerta, vt eorum auribus seruiant, & plerumque ad voluntatem eorum ficta respondeãt. Atque ita locutus est Cæsar ipse lib. II. de Bell. ciuil. cùm de Curionis perfugis scribit his verbis: Ij seu verè quam habuerant opinionem perferant, siue etiam auribus Vari seruiant.

Omniaque quæ postulassent] vv. cc. habent, omnia, quæ postulassent, &c. sine copula, que.

Vel patiantur eos tenere] In vv. cc. ita collocantur hæc verba: Vel patiantur tenere eos, quos armis possederint, &c. Attribuere autem agros, itemque dare, vt infrà, verba sunt ex agrarijs legibus petita. Paulo suprà, scribendum, Condrusorum; ita enim est in vv. cc. & Condrusos infrà habet Cæsar ipse, nisi fallor, duobus locis.

Sed licere, si velint, in Vbiorum finibus] vv. cc. habent: si vellent. & paulo pòst, appropinquat, pro, appropinquauit.

Ambiuaritos] vv. cc. Ambibaritos, & ita Orosij vetus exemplar. & pòst: Tribocorum, vt Ptolemæus, & Strabo lib. IV. Item: Mediomatricorum, qui Μεδιομάτριχοι Straboni, licet Ptolemæo Μεδιομάτρικες.

Quæ appellatur Vacalos] v. c. habet, Vecalis, siue vt habet Tacitus lib. II. Vahalis. Videndus Plinius lib. IV. cap. XV.

Multisque capitibus in Oceanum influit] Contra veterum ferè omnium scriptorum auctoritates caput pro ostio Cæsar vsurpauit. Dicitur enim caput aquæ, vnde nascitur, vt docet Vlpian⁹ lib. I. D. de aqua cotid. & æstiu. Mela lib. III. cap. II. Rhenus ab Alpibus decidens,

cidens, propè à capite duos lacus efficit. & lib. II. cap. IV. Interfluit Timauus nouem capitibus exurgens, &c. In antiqua quoque inscriptione est: AQVAM CLAVDIAM ET ANIENEM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO, ET POSTEA A. DIVO. VESPASIANO VRBI RESTITVTAS CVM A CAPITE AQVARVM .A. SOLO VETVSTATE DILAPSÆ ESSENT, &c.

Cùm ipsi non ampliùs DCCC. equites haberent] Ita planè edit Plutarchus, citato hoc ipso Cæsaris loco ex Commentarijs, ὁ μὲν Καῖσαρ, inquit, ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν ὡς οἱ βάρβαροι διαπρεσβεύομενοι πρὸς αὐτὸν ἐν σπουδαῖς ἔπηθεῖντο καθ' ὁδόν, καὶ διὰ τοῦτο τρέφαιντο τοὺς αὐτῶν πεντακισχιλίους ὄντας ἱππεῖς ὀκτακοσίοις τοῖς ἐκείνων μὴ προσδοκῶντας. Hæc quidē Plutarchus. vv. tamen CC. habent ∞ CCC. sed puto erratum esse à librario in nota D. quam mutauit in ∞ Appianus D tantùm habet. Verba verò quæ antecedunt, ita collocantur in vv. cc. Quorum quinque milium erat numerus. Paulo pòst legitur in vv. cc. Rursus ijs resistentibus, &c. cùm in alijs desit vox, ijs.

Illum ex periculo eripuit] vv. cc. non habent dictionem, ex. Et paulo pòst ita in vv. cc. collocantur & leguntur hæc verba: Eadem & simulatione, & perfidia Germani vsi, &c. Simul, vt dicebatur, purgandi sui causa, &c. perturbantur, copiásne aduersus hostem ducere, an castra defendere, an fuga salutem petere præstaret.

Et tanti belli timore] vv. cc. habent: Ex tanti belli timore.

Pristini diei perfidia incitati] Videtur legendum: Die pristini perfidia incitati, ex ipsius Cęsaris auctoritate, quam recitat Agellius lib. IX. cap XIV. ex libro de analogia secundo, in quo præcipitur, dicendum esse huius die. Idem Agellius lib. X. cap. XXIV. ita scribit: M. Tullij ætate die quinte, & die quinti pro aduerbio copulatè dictum est, non die quincto. Diuus etiam

Augustus memoriarum veterum exsequentissimus, linguæ Latinæ non nescius mundiciarum, patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariam significatione ista dierum non aliter vsus est, Die noni, Die quinti, &c. (& paulo pòst) Die pristini quoque eodem modo dicebatur, quod significabat die pristino, id est, priore, quod vulgò pridie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die.

Sicambrorum] Sugambrorum habet v.c & Orosius manuscriptus, itemque Horatius in Odis. à Strabone dicuntur Σούγαμβροι, & à Ptolemæo Σύγαμβροι.

Occupationibus populi Romani] vv.cc habent, occupationibus Reipublicæ. Et paulo pòst ita: Tantum esse nomen apud eos atque opinionem, &c. etiam ad vltimas Germanorum nationes vti opinione, &c. Item: Sed nauibus transire se, neque, &c.

Hæc cum machinationibus, &c.] Totus hic locus ita legitur in vv.cc. Hęc cum machinationibus demissa in flumen defixerat, festuculisque adegerat, non sublicæ modo directa ad perpendiculum, sed pronè ac fastigiatè, vt secundùm naturam fluminis procumberent. His item contraria duo ad eundem modum dijuncta, &c. Quas autem hîc Cęsar sublicas dixit, eas sublices vocat Sallustius in historijs, referente Pompeio Festo, qui Volscorum lingua trabes ita appellari dicit, à quibus pons Sublicius sit dictus: Eædem, Subijces ab alijs dicuntur, quomodo obijcies ab antiquis vsurpatum est, vt notat Agellius lib. IV. cap. XVII. sed sublicas, vt hîc, vocat auctor Lexici antiqui Latinograeci: Sublicæ, inquit, Καταπῆγες οἱ ἐκποταμῷ τὴν γέφυραν ἐπερειδάζοντες. Festi fragmentũ ita suppleri potest: Sublicium pontem quidam putant appellatum esse à sublicibus, peculiari vocabulo Volscorum, quæ sunt ligna in latitudinem extensa; quæ non aliter Formiani vocent, quàm à nomine librorum; & quæ ab alijs scriptoribus sublices vocantur, quòd sub eis aqua licens laberetur,

laberetur, dictæ: In qua opinione fuit . . . . . qui & meminit Sublici pontis; & Næuius, qui ait in belli Punici libro . . . . . quàm liquidum Sublicio tranat ponte amnem, & ab tabulis qui adhuc nomen retinent . . . . Salluſtius libro quarto hiſtoriarum. Ne intumiendi pontis Sublici . . . . Sublicibus cauata . . . . . eſſent.

Quæ pro ariete ſubiectæ] Expreſſit, vt videtur, etymon nominis ſubicæ, ſic enim alij legunt, & ita protuliſſe Cęſarem putant. Has Ennius ſubices dixit, eodem ſcilicet modo, quo ſublicæ, ab alijs ſubices dictæ ſunt. Feſtus: Subices, Ennius in Achille pro ſubiectis poſuit, cùm dixit: Nubes per egō deum ſubices humidas, vnde oritur imber ſonitu læuo. Verba autem Ciceronis ex Topicis, quæ docti viri adducunt (lacere telum voluntatis eſt: ferire quem nolueris, fortunæ; ex quo aries ille ſubicitur in veſtris actionibus, ſi telum manu fugit, magis quàm iecit, &c.) nō faciunt ad hūc Cæſaris locum, ſed ad legem Regiam, cuius meminit Seruius in fragmentis in Virgilium. Ea lex his verbis concepta erat: Si quis hominem liberum ſciens dolo malo morti duit, paricida eſto. ſi inprudens ſe dolo malo occiſit, pro capite occiſi, & natis eius en do contione arietē ſubicito. Atq, ad hanc legē reſpexit Seruius in carmen illud in Georgicis: Aries ſit candidus ipſe, cùm ſcribit: Benè addidit, ipſe, quaſi qui vt dominus gregis eſt: aut qui ante pro domino capital dari conſueuerat. Nam apud maiores homicidij pœnam noxius arietis damno luebat, quod in Regum tabulis legitur. &, Feſtus: Subicere arietem in Commentario xv. iuris Pontificij Antiſtius Labeo eſſe ait dare arietem, qui pro ſe agatur, cędatur. Idē Feſtus in fragmentis: Subici aries dicitur, qui agitur, vt cædatur. quod fit, vt ait Cincius in libro de officio iuriſconſulti, exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo qui ſcelus admiſit, pœnæ pendendæ

loco. Quod autem est in vv. cc. pro pariete, id ex loci obscuritate, irrepsit.

A barbaris missæ] Videtur legẽdum, immissæ. Paulo pòst in vv. cc. est, intendit, pro, contendit. Item: Vt Sugambri ex eo tempore, &c. vt videatur legendum, at Sugambri ex eo tempore. Item: Frumentisque succisis, pro, frumentisque succensis.

Sueuos posteaquam, &c. in siluis deponerent, &c. & si tempus anni ad bellum gerendum defecerat, tamen magno vsui sibi fore arbitrabatur, si modò insulam adisset: genus hominum, &c. ita est in vv. cc.

Neque enim temerè præter mercatores adit ad illos quisquam] In vv. cc. est: Neq. enim temerè præter mercatores illò adit quisquam. Paulo pòst in vv. cc. habetur, Euocatis ad se vndiq; mercatoribus, &c. pro conuocatis. quæ lectio vera est; & confirmatur loco superiore.

Ad maiorum nauium multitudinem] vv. cc. habent: Ad maiorem nauium, &c.

Priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus, C. Volusenum, &c.] Rectè, vt opinor, emendarunt docti viri, prius qui periculum faceret, &c. & ita locutus est Cæsar lib. III. de Bell. ciuil. cùm ait: Hunc Cæsar iudicauerat idoneum, quem cum mandatis ad Pompeium mitteret.

Qui pollicerentur obsides dare, atque imperio P. R. obtemperare] ita est in vv. cc. Verbum autem paratos, quod reperitur in vno manuscripto, opinor adiectum esse, nam Plautus in Casina ita planè locutus est cùm dixit: Is mihi locum dixit dare. & Cæsar ipse suprà lib. II. Illi se quæ imperaret, facere dixerunt. Paulo pòst, remittit, pro remisit est in vv. cc.

Morinorum legati ad eum venerunt] vv. cc. habent: Morinorum ad eum legati venerunt.

Seque ea quæ imperasset, facturos pollicerentur. Hoc sibi satis opportunè, &c.] Ita legitur hic locus in

vv. cc.

vv.cc.& paulo pòst. Neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniæ anteponendas iudicabat,&c.cùm in alijs desit vox,sibi.

Quicquid præterea nauium longarum habebat, Quæstori,Legatis,Præfectisque distribuit.]In vv.cc. est:Quæstoribus,pro,Quæstori,vt intelligi possit,plures Quæstores Cæsarem habuisse. Nam lib. v. sic habetur:Interim ab omnibus Legatis,Quęstoribusque, quibus legiones transdiderat,&c.Sed opinor Quęstori veram lectionem esse. In singulas enim prouincias singuli Quæstores mitti soliti erant, qui publicam pecuniam curarent, & prædam stipendiumque exercitui soluerent,potestate sibi à Republica, non autem ab Imperatore delegata,cui filiorum loco erant. Cicero in Diuin. Tu,cùm Quæstor ad exercitum missus sis, custos non solùm pecuniæ,sed etiam Consulis, particeps omnium rerum,consiliorumque fueris, habitus sis in liberûm loco,sicut mos maiorũ ferebat.Hanc lectionẽ cõfirmat alius locus in hoc ipso libro,in quo ita scriptũ est,consentientibus omnibus codicibus.Consilio cum legatis & Quæstore communicato,&c. Et lib.1.Singulis legionibus singulos legatos,& Quæstorem præfecit.Paulo pòst in vv.cc.habetur: à millibus passuum octo.Item,tribuit, pro, distribuit, & deducendum,pro,ducendum.

Tertia ferè vigilia soluit]vv.cc.habent: naues soluit,&c.& ita locutus est infrà:Paulo pòst mediam noctem naues soluit. Item in exemplaribus manuscriptis est progredi,pro eo quod in alijs est, congredi.

Atque ita montibus angustis]vv.cc.habent: adeò mõtibus angustis.Docti autem viri legendum putant, montium angustijs,vel, Atque ita montibus continebatur Paulo pòst in vv.cc.habetur: Hunc ad egrediendum locum nequaquam idoneum arbitratus, dum,&c.

Maximeque vt res maritimæ]vv.cc.habent:Maxi-

mè, vt maritimæ res postularent, vt quàm, &c. Alij legunt: Vt militaris ratio, maximeque res maritimæ postularent, vt quoniam, &c. nam liber vnus manuscriptus habet, vt quia.

Simul de nauibus] vv. cc. habent: simul & nauibus, &c.

At nostris militibus cunctantibus] vv. cc. habent: Ac nostris militibus cunctantibus, &c. quæ lectio vera est. Paulo pòst in vv. cc. legitur: Desilite, inquit, milites, siue vt in alio est, commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere. In alio libro manuscripto est: Desilite, inquit, milites, vultis aquilam hostibus prodere? Item: Ex naui se proiecit. Atque hæc collocatio verborum venustior est. Infrà: Hoc vnum Cæsari ad pristinam fortunam defuit.

In vniuersos tela conijciebant] Liber vnus manuscriptus habet aduersos, pro vniuersos; vt videatur fortasse legendum, auersos.

Cùm ad eos Imperatoris mandata perferrent] vv. cc. habent: Cùm ad eos Oratoris modò Cęsaris mandata perferret. & paulo pòst habent, contulerunt, pro, coniecerunt. Item: Interea suos in agros remigrare iusserunt, principesque vndique conuenire, & se ciuitatesque suas Cæsari commendare. His rebus pace confirmata, &c.

Quæ maritimos æstus] vv. cc. habent: Qui dies maritimos æstus, &c. & ita etiam habet alius liber manuscriptus.

Item speculatoria nauigia] Liuius lib. XXII. Inde, inquit, duæ Massilienſium speculatoriæ præmissæ, &c. Quæ ex Polybianis illis, vt videtur, versa sunt, Προαπέστειλε κατασκεψομένας δύο ναῦς τριακοντόρους μακρολιμπαράς, &c. Ex quibus locis satis patet, quæ sint speculatoria nauigia.

Magno sui cum periculo deijcerentur] Quidam legunt, reijcerentur, ex loco inferiore. Sed placet deijcerentur.

rentur. Paulus leg. VII. D. leg. Rhod. Cum depressa nauis, aut deiecta esset.

Compluribus nauibus fractis reliquæ cùm essent, &c.] In vv. cc. &c. Cum pluribus nauibus fractis reliquæ essent, &c.

Reliquisque armamentis amissis] Videndus Plinius lib. XIX. cap. II. de Sparto Hispaniæ citerioris, quanto sit in vsu omnibus terris, nauium armamentis, machinis ædificiorum, &c.

Ex continenti comportari] vv. cc. habent, comparari. & paulo pòst, effecit, pro, efficit. Item: nuntiarunt, pro, renuntiarunt.

Et cùm se inter equitum turmas insinuauere, & ex essedis desiliunt, & pedites prœliantur] vv. cc. habēt: & cùm se inter equitum turmas insinuauerint, ex essedis desiliunt, & pedibus prœliantur.

Continuos complures dies] In vv. cc. ita collocantur hæc verba: Continuos dies complures. & ita hábetur lib. I. Ex eo die dies continuos quinque & alibi: Dies continuos XXX. Vt omnino malè legant, qui continuò, legunt, pro, continuos.

Et quanta prædæ faciendæ, &c. His diebus celeriter, &c.] Placet vulgata lectio, licet in vv. cc. sit, quantæ prædæ, & his rebus.

Infirmis nauibus hiemi nauigationem subijciendam, &c.] Ita habet v. c.

Ac si sese interfici nollent] In vv. cc. est: Ac, si se interfici nollent.

Ad Cæsarem se receperunt] Placet collocatio verborum, quæ est in vv. cc. Se ad Cæsarem receperunt. Infrà habetur, decreta, &c. sine verbo, est.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM QVINTVM
## DE BELLO GALLICO.

VT QVOT annis facere consueuerat] Liber meus, quo vsus sum vetustissimo, habet, instituerat, pro eo, quod vulgò legitur, consueuerat; & in margine libri explicandi causa ad illud verbum, additum est, consueuerat; vt videri possit verbum, instituerat, idem valere, quod, consueuerat. Eodem modo locutus est Cæsar lib. VI. cùm inquit: Frumentoque exercitui prouiso, vt instituerat, in Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. & lib. VII. constituerat, dixit, pro, instituerat, cùm ait: Quieta Gallia Cæsar, vt constituerat, ad conuentus peragendos proficiscitur. & lib. III. de Bell. ciuil. Sequimini me, manipulares mei qui fuistis, & vestro Imperatori quam cõstituistis operam date, &c. Quo loco constituistis, pro, consueuistis positum sine dubio videtur.

Magis magnos ibi fluctus fieri cognouerat] Faernus ex v. c legebat, minus magnos; quæ lectio in meo quoque vetustissimo libro habetur. In quo paulo pòst pro, in alio mari vti assueuerãt, scriptum est, in reliquis vtimur maribus; quam scripturam agnoscit Priscianus lib. VII.

Quòd à Piruſtis] Strabo lib. VII. Εἴρηται δ' ὅτι τῶν παιονίων βρεσκοι, καὶ αὐλιζήνιοι, καὶ δασσάρητες, καὶ πειρουσται. Cùm autem Illyricis contermini sint Dassaretij, videndum an apud Liuium lib. XLV. Piruſtæ legendum sit, pro eo, quod in vulgatis libris est Tiruſtæ. Verba Liuij sunt hæc: Non solùm liberos, sed immunes fore Issenses, & Taulantios, Dassaretiorum Tiruſtas.

Acceptaoratione eorum] v. c. habet, ratione, non, oratione.

Sese-

Seseque paratos esse demonstrant] Verborum series,& ipsa loci scientia poscere videtur, vt scribatur, demonstrent,præcedit enim,doceant.

Arbitros inter ciuitates dat ] Vsus est antiqua formula,quæ reperitur in legibus XII.tabularum: Prætor arbitros tres dato,eorũ arbitrio,&c. Cicero lib,1.de legibus. Arbitrum me datum vellem inter antiquam Academiam & Zenonem, &c. Quæ sanè loquendi formula propius ad Cæsaris verba accedit, qui dicit, arbitros à se datos inter Piruſtas, & eos,qui eorum ciuitatem incursionibus vastassent.

Qui litem æstiment,pœnamque constituant] Hinc LITIS AESTVMATIO, & LIS AESTVMATA in antiqua tabula ex ære legis Seruiliæ Repetundarum,& apud Valerium Probum A. L. AE. hoc est, Arbiter liti æstimandæ Duo autem hîc præcepit Cæsar,& pecuniam reddi, & pœnam iniuriarum constitui, quod vtrumque in iudicio Repetundarum fieri consueuerat. Asconius in Verr. II. in illud Ciceronis, LIS AESTIMATA SIT, inquit, Hoc est, pecunia de qua lis fuit,& propter quam condemnatus est in summam redacta,quæ de eius rebus redigeretur. Duæ res enim consequebantur damnationem; altera,redditio pecuniæ ijs,ad quos pertinebat: in quo vel simpli, vel dupli,vel quadrupli ratio ducebatur; altera, exilij. & in III.in verba SVPPLICIO COMMVNI : Aestimatione litis,inquit,& exilio,&c.& paulo pòst, Repetundarum litis æstimatio quæ sit,apertiùs dicit cùm inquit: Repetundarum causa ita se habet, vt si conuictus reus sit atque damnatus, pecuniam reddat æstimata lite, hoc est, in pretium redactis omnibus furtis; quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis Sectores curabant.

Neq; multum abesse ab eo quin paucis diebus deduci possent ]Suspicor dictiones,ab eo, additas esse ab aliquo, qui Cæsaris locum explanare voluerit. Nam ipse

ipse Cæsar suprà lib. III dixit: Neque longiùs abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat. & Cicero lib. II. ep. XV. ad Atticum ita locutus est, cùm inquit: Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Paulo pòst Faetnus legebat, quid fieri vellet, ostendit.

Circiter millium passuum XXX.] Mirum quàm in hac summa varij sint veteres scriptores. Nam Strabo in eo loco, quem infrà protulimus de portu Itio, subiungit hæc: Νύκτωρ δὲ ἀνήχθη καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε ὅθι πεταρτίαν ὥραν τ' καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου πλέσας. Vocat enim διάπλουν, quod Cæsar traiectum dixit, & XXXX. millia passuum ponit. At Dio lib. XXXIX. habet LVI. millia passuum, τὸ σωστομώτερον, ait, ἡ δὲ χώρα αὕτη ἀπέχει μὲν τῆς ἠπείρου τῆς κελτικῆς κατὰ μυρίους, σταδίους πεντήκοντα καὶ πεντακοσίους, τὸ σωστομώτερον. Plinius lib. IV. cap. XVI. magis cum Dione sentire videtur, cùm inquit: Hæc abest à Gesseriaco Morinorum gentis litore proximo traiectu L. M.

Induciomarus] vv. cc. Indutiomarus, constanter, & ita Dio lib. XL. qui ait: Ἰνδιομάρου σφᾶς ἀναπείσαντος.

Et familiaritate Cingetorigis adducti] vv. cc. duo apud me miro consensu habent, & auctoritate, &c.

Veritus ne ab omnibus desereretur Indutiomarus] Nomen, Indutiomarus, irrepsit ex margine positum ab aliquo σχολιαστικῶς.

His adductis, & filio] vv. cc. His adductis, & in ijs filio.

Ad portum Iccium] vv. cc. constanter Itium, de quo Strabo lib. IV. παρ' οἷς ὅτι καὶ τὸ ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυσὶν Καῖσαρ ὁ θεὸς, διάπλουν ἐς τὴν νῆσον. Et Iccius nomen apud Horatium in Odis, Itius est tum in vv. cc. tum in argenteis eius familiæ denarijs. Paulo suprà legitur in v. c. Ad Britannicum bellum omnibus comparatis rebus.

Reuocare, hortaríque cœpit] Magis placet lectio vetusto-

vetuſtorum codicum, in quibus eſt, ſeuocare, vel vt vnus habet, euocare, non, reuocare; quamuis verbo reuocare Cæſar alibi etiam vtatur, & infra hoc ipſo in libro. Abſunt etiam ab ijs codicibus illa, quæ paulo pòſt ſequuntur, metu territe.

Quòd tantùm ciuitati Aeduæ dignitatis tribuerat] Videndum an potius inuerſis caſibus legendum ſit: Ciuitatis Aeduæ dignitati.

Ille autẽ reuocatus] Faernus, & vv.cc. Ille enim, &c. Nam enim, hic non eſt coniunctio cauſam reddens, ſed aſſertionem.

Nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum] Eodem modo dixit Plautus Menæchmis:

*Hoc quidem edepol haud pro inſano verbum reſpõdit mihi.*

& paulo pòſt:

*Satin' hæc pro ſano maledicta maledictis reſpondeo?*

Circumſiſtunt, hominemque interficiunt] In vv. cc. eſt, Circumſiſtunt hominem, atque interficiunt.

Longarum nauium curſum adæquauerũt] vv.cc. habent, adæquauerint; quòd magis placet. & paulo pòſt: (Quę cum annotinis, priuatiſque, quas ſui quiſque commodi cauſa fecerat, amplius DCCC. vnà erant viſæ) timore à litore diſceſſerant.

Q. Atrium præfecit] Magis placeret: Q. Arrium præfecerat, nam & Atria gens mihi ignota eſt, & illud relinquebat, quòd præcedit, videtur requirere, præfecerat, non præfecit.

Et aggere ad munitiones adiecto] Videtur legendum, adacto, non adiecto; quomodo locutus eſt infrà, cùm inquit: Et quodam loco turri adacta, & contingente vallum.

Atque in litus eiectas eſſe] Faernus, in litore.

Atque itinere deſiſtere iubet] vv.cc. Atque in itinere conſiſtere iubet. Antiquiores tamen libri, & meus vetuſtiſſimus retinet vulgatam lectionem.

Pecoris magnus numerus. Vtuntur autem numo

æreo,

æreo, aut anulis ferreis ] Vetustissimus liber, qui est apud me habet: Pecoris ingens numerus: Vtuntur aut ære, aut numo æreo, siue vt alius liber haber, aureo, aut alijs ferreis. pro quo Faernus legebat, aut laminis ferreis, siue lamellis.

Insula natura triquetra] Strabo lib. IV. Ἡ δὲ Βρεττανικὴ τρίγωνός ἐστι μάλιστα τὸ σχῆμα. Naturam autem vsurpauit Cæsar, vt alibi etiam, pro figura; quodque Strabo dixit, σχῆμα τρίγωνον, M. Varro apud Agellium lib. II. cap. XXI. interpretatur triquetram figuram, cùm ait, dubitare sese, an propterea magis hæ septem stellæ Triones appellatę sint, quia ita sunt sitæ, vt ternæ stellę proximè quæque inter se faciant trigonas, id est, triquetras figuras. Pomponius autem Mela lib. III. cap. VI. à Cæsare accepit, cùm inquit & ipse de Brittania: Triquetra & Siciliæ maximè similis.

Ibernia dimidio minor, quàm Britannia ] De Ibernia cum Cæsare consentit Tacitus, qui in vita Agricolæ de ea sic scribit: Spatium Iberniæ, si Britanniæ comparetur, angustius. At Mela lib. III. cap. VI. Super Britanniam, ait, Ibernia est, penè par spatio, sed vtrinque æqualis, tractu litorum oblonga. Plinius autem lib. IV. cap. XVI. refert Agrippam credere, Britanniæ longitudinem DCCC M. passuum esse; latitudinem CCC M. Eandem Iberniæ latitudinem, sed longitudinem CC M. passuum minorem. Ibernia verò reperitur in VV. CC. & Iuernia, b, in u, mutato, ex antiqua scribendi consuetudine, pro quo, Iuerna, siue Iuuerna Scriptores aliquando vsurparunt, vt Mela; & metri causa Claudianus Ierna, hoc versu:

*Scortorum cumulos fleuit fatalis Ierne.*

Sed pari spatio transmissus] Cæsar dixit suprà, ex Gallia in Britanniam transmissum esse, circiter millium passuum XXX. &c. Iberniæ verò, XX M. tantum esse refert Plinius loco suprà prolato.

Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi

nisi quod,&c.] Magis placet,percunctari omnino,&c. proxima scriptura ad verbũ percunctationibus,omissa dictione (quod) quæ abest à veteribus libris. Pro, bruma,autem legebat Faernus, brumam.

Hoc millia passuum DCCC. in longitudinem esse arbitrantur] Faernus ex v. c. esse existimatur, legebat, pro, esse arbitrantur.

Omnes verò se Britanni glasto inficiunt] In duobus apud me codicibus,& quidem vno vetustissimo,scriptum est,vitro,non,glasto. Dubitari autem nullo modo potest,quin ea scriptura vera sit; nam vitro herba in Gallia vulgò notissima infectores vti, eamque cæruleum colorem efficere,tum ex Vitruuio, tum ex Plinio intelligere possumus. Vitruuij quidem verba sunt hæc.ex lib. VII. cap. XIV. Item propter inopiam coloris Indici,cretam selinusiam,aut anulariam, vitrumque quod Græci isatin appellant,inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Plinij verò hæc ex lib. XXXV. cap. VI. Qui adulterant verò Indicum, stercora columbina,aut cretam selinusiam, aut anulariam vitro inficiunt. (Sic enim legendum, non, vltro, vt in vulgatis editionibus habetur) Quod sanè mendum incuria librariorum irrepsit etiam in Melæ locum de hac corporum apud Britannos infectione, in quo est: Incertum, ob decorem, an quid aliud, vitro corpora inficiunt. Vbi vulgò malè, vltro, legitur pro, vitro. Cùm autem in Vitruuij codicibus manuscriptis sit, vitrumque quod Græci isalim appellant, pro eo quod in vulgatis malè prorsus est, ὕαλον, nos, isatin, reponimus,quòd ea vox ita reperiatur apud Plinium lib. XX. cap. VII. & Oribasius scribat isatin infectores vitrum appellare. In quo tamen Plinij loco mendosa sunt verba illa (Quod glastum vocant) Itemque illa,quæ habentur lib. XX. cap. I. (Simile plantagini glastum in Gallia vocatur) Non enim leguntur in manuscriptis libris,nec in vetustis etiam aliquot editionibus; Sed

adiecta, vt videtur, ab aliquo, occasionem dederunt quibusdam mutandi apud Cæsarem verbum, vitrum, in vocem, glastum; cùm tamen scribat Plinius non omnes Britannos, vt Cæsar ait, sed coniuges tantùm, nurusque, & in quibusdam tantùm sacris oblini solere. Æthiopum colorem, nõ cæruleum, vt est apud Cæsarem, imitantes. Ad hunc autem Britannorum morem corpora inficiendi vitro respexisse videtur Herodianus, lib. III. cùm scribit: Τὰ δὲ ζώματα σίζοντες γραφαῖαι ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τὰ σώματα & τὰς γραφάς.

A quibus primùm virgines quæque ductæ sunt ] v. c habet: à quo primùm virgo quæque ducta est, &c. siue vt est in alio libro, deducta est. Et paulo pòst, pro eo quod vulgò legitur, audacissimè proruperunt, v. c. habet, audacissimè perruperunt, quod magis placet.

Toto hoc in genere pugnæ ] Magis placeret, toto hoc genere pugnæ, omissa particula, in. Et infra in v.c. est, omni deposita spe. Item: magno cum periculo.

Trinobantes ] Tacitus & Orosius legunt, Trinouantes, b, in u, mutato, ex antiqua scribendi consuetudine. Ptolemæus, Τρινοάντες, si modò vulgatæ editiones carent mendo. Idem Orosius Androgarium vocat, quem Cæsar Mandubratium dicit.

In continentem Galliam ] Vox, Galliam, videtur adiecta; nam suprà lib. IV. dixit: Cæsar questus, quod cùm vltrò in cõtinentem missis legatis pacem à se petissent. Item v. c. habet: Breuiores esse noctes, quàm in continenti.

Magnus ibi numerus pecorum ] Faernus legebat, pecoris, ex v.c Et paulo pòst: Cùm statuisset hiemem in continenti propter repentinos Galliæ motus agere, &c. & ita est in v.c.

Samarobrinæ ] Samarobriuæ, Faernus & v. c. Ptolemæus etiam, Σαμαροβρίναι.

Inimicis palàm, &c.] Faernus ex v. c. legebat: Inimicis

micis iam multis palàm ex ciuitate, & his auctoribus eum interfecerunt.

Quorum opera cognouerat] Faernus ex v. c. Quorumque opera cognouerit.

Interim ab omnibus legatis, Quæstoribusque] Videtur legendum: Quæstoreque. Nam suprà lib. IV. dixit: Consilio cum legatis, Quæstoreque communicato. Vnum enim Quæstorem habuisse Cæsarem suprà notauimus. Paulo suprà in v. c. est: Tertium hunc iam annum.

Ad castra oppugnanda venerunt] v. c. habet: castra oppugnatum venerunt. Sed vtroque modo locutus est Cæsar. Plautus Amphitruone.

*Pater huc me misit ad vos oratum meus.*

Paulo pòst in v. c. est, C. Arpinius, vtroque loco. Item, subuenire, pro, subsidio venire. Et: alter paulò amplius absit, &c. sine, ab his.

Postremò quid esset leuius] In v. c. est: Postremo quid esse leuius. Et paulo pòst videtur legẽdum: Non se hostem auctorem, sed rem spectare.

Ardere Galliam] Simili modo dixit Sallustius lib. I. hist. Ardebat omnis Hispania citerior.

Perendino die] Ex ijs quæ scribit Agellius lib. x. cap. XXIV. suspicari quispiam possit Cæsarem hîc scripsisse, Perendini die; nam die quarti, & quinti tum Ciceronem, tum ipsum Cæsarem vsurpasse ibi Agellius docet. Itemq;: Sacerdotes P. R. cùm indicerent in diẽ tertium, die perendini, dicere solitos. Et fortasse ex eadem antiquitate, primo luci, tum apud Cæsarem, tum apud Liuium scribendum esset pro, prima luce, quomodo antiquos vsurpasse testimonijs aliorum scriptorum, & in primis Terentij Adelphis, vt est in vetustissimo apud me codice maioribus literis scripto, docent veteres Grammatici Charisius, & Donatus. Iter, hîc pro eo quod est in libris vulgatis ituros, magis placeret.

Prouidere possent] Scire possent, habet v. c. &

pòst: properaret; clamore, &c. sine copula, &.

Erant & virtute & numero pugnandi pares nostri: tametsi à duce, &c.] Locum manifestò mendosum Faernus restituebat mutato verbo pugnandi, in, pugnantium. Sed nihilominus locus remanet mendosus. Romani enim Ebuorinibus pares numero esse nõ poterant, cùm suprà dixerit, magna manu Ambiorigem ad castra oppugnanda venisse. & infrà habeatur: Neque à tanta multitudine coniecta tela à confertis vitari poterant, &c. siue vt est in meo libro, conferti vitare poterant. Rursus idem Faernus meliori fortasse coniectura ductus delebat verbum, pugnandi. Sed nec ita satisfacit. Quid, si ita legatur, & interpungatur? Erant & loco, & numero superiores: nostri tametsi à duce, &c. Non absimili certè sententia vsus est Cæsar lib. vi. his verbis: Cùm hostes loco & numero, nostri virtute confiderent. & Hirtius lib. de Bell. Hisp. & virtute, & numero nostri erant superiores. Certè aliquid tale hoc loco desideratur.

Ad horam octauam pugnaretur] vv. cc. habent: pugnassent. & paulo pòst: C. Arpinium, vt suprà; siue C. Carpineium pro eo quod vulgò habetur, C. Põpeium. Item: T. Bentio, pro, T. Baluentio.

Inque eam rem se suamque fidem interponere] v. c. meus vetustissimus rectè hoc loco habet: se suam fidem interponere. Quomodo locutus est Sallustius in Iugurth. cùm inquit: Priuatim præterea suam fidem interponit. & Cicero pro Sex. Roscio: Vt cum Chrysogono transigeret atque decideret; inque eam rem fidem suam interponeret. Vt necesse non sit pro, inque eam rem, reponere, in quam rem; etsi ea lectio veteres etiam libros habeat auctores.

Sperare se ab eo de sua ac militum salute impetrari posse] Ita est in v. c.

Qui aliquem sermonis aditum, causamque amicitiæ cum Cicerone habebant] Videtur verbũ, sermonis abunda-

abundare, nam lib. 1. dixit: Cùm neque aditum, neque causam postulandi iustam haberet. & lib. 11. de Bello ciuil. Per quem quisque aditum commendationis haberet ad Cæsarem.

Ambiorigem ostentant] Magis placeret, Arpinium, qui Cottæ legatus erat. & infrà pro, vallo pedum XI. in VV.CC. est, pedum X. & ita habet Orosius.

Quę esset ad hunc vsum idonea] Sine dubio legendum, essent, non, esset, vt ad vocem ferramenta referatur. & concidere legendum ex Orosio, potius quàm circumcidere.

Nam minus horis tribus decem millium in circuitu munitionem perfecerũt] Faernus, vt aliàs diximus, legebat: Nam minus horis tribus X. millium in circuitu munitionem pedum XV. perfecerunt. Quam lectionem auctoritate veteris libri Faernus tuebatur. Atque ita meus etiam habet vetustissimus liber. Sed cùm suprà dixerit Cæsar, Neruios hiberna cinxisse vallo X. pedum, fossa pedũ XV. verisimile est de circuitu tantùm hîc egisse, quem fuerat munitione complexus. Itaque legendum videtur: Minus horis tribus millium passuum XV. in circuitu munitionem fecerũt. Sic enim habet codex Florentiæ editus, nisi quòd pro passuum, habet pedum, errore scilicet librarij, qui illud p. quod passum & pedem significare potest, in pedum verterit. Confirmatur hæc lectio testimonio Orosij, qui de hac re sic scribit lib. V. Multitudo, inquit, hostium ex hoc colligi potuit, quòd cùm in obsidionem castrorum vallum circumdandum esse à captiuis Romanis docerentur, & instrumẽta turalia non haberent, gladijs concidendo terram, & sagulis exportando, vix tribus horis vallum X. pedum, & fossam pedum XV. per millia passuum XV. in circuitu perfecerũt. In V.C. habetur, cespitem circumcidere, non, cespites; & ita legebat Faernus.

T. Pulfio] Vetustissimus codex habet constanter,

T. Pullo. Sed lib. III. de Bell. ciuil. hic nominatur T. Pulcio; quòd proprius accedit ad vulgatã scripturam.

Vt alter alteri inimicus auxilio, salutique esset] Omnino vox, inimicus, abundat, licet dixerit suprà: Succurrit inimicus illi Varenus; nam sentẽtia Cęsaris hæc est: Fortunam quidem illo die controuersiam amborum dirimere voluisse, sed ita in contentione & certamine vtrumq; versasse, vt dijudicari nõ potuerit, vter vtri præstaret, cùm alter alteri saluti & auxilio fuerit.

Quanta cum virtute] Faernus sine particula, cum, legebat, quanta virtute, & ita est in v. c.

In conspectu nostrorum militum cum cruciatu necabatur] Faernus pro, militum, legebat, multo. Item: paulo pòst, perfugerat, non, profugerat.

Suamque ei fidem præstiterat] Simili modo locutus est Cicero lib. XII. Philipp. cùm ait: Minimè mirum est eos communicata Rep. fideles esse, qui etiam expertes eius, fidem suam semper præstiterũt, &c. hoc est, fideles fuerunt.

Qua sibi iter faciendum sciebat scribit Labieno] Vetustissimus liber habet: Qua sibi sit iter faciendum scribit, &c.

Hanc Græcis cõscriptam litteris mittit] Dio lib. XL. Καὶ ὅπως γε μήδ' αὐτὸς πι μήτ' οὖν ἐθελουτὴς μήτ' ἄκων ἐξείπῃ, οὔτε πι αὐτῷ ἐξελάλησε, καὶ τῷ Κικέρωνι πάνθ' ὅσα ἠβουλήθη, ἑλλωιςὶ ἐπέστειλεν, ἵνα ἂν καὶ τὰ γράμματα ἀλῷ, ἀλλ' ἀσωτάγε καὶ πότε τοῖς βαρβάροις ὄντα, μηδὲν σοφὰς ἐνδιδάξῃ. Hoc igitur ita intelligendum est, vt non solùm Græcis litteris ea epistola fuerit exarata, sed Græcè etiam conscripta. Nam suprà lib. I. cùm dixit, Heluetios Græcis litteris rationes conficere solitos, & infrà lib. VI. Gallos omnes in publicis, priuatisque rationibus, Græcis litteris vti, id accipiendum de Græcis tantùm characteribus, non autem de lingua, quod etiam Strabo tradit.

Neque etiam paruulo detrimento illorum locum relinqui volebat] v. c. pro illorum locum, habet locum illum,

illum, vt fortasse, locum vllum, legi debeat, quo modo video placuisse doctis viris, & Cæsar ipse locutus est lib VI. cùm dixit: Ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse. & lib. VII. dicit, se exploratam victoriam dimisisse, ne parum modo detrimẽti propter iniquitatem loci acciperent.

Legione producta] lib. I. de Bell. ciuil. dixit: Centuriatim producti milites iurant, &c.

Et quanta cum virtute sint res administratæ] v. c. habet: & quanta virtute res sint administratæ. & paulo pòst: Neque vllum ferè totius hiemis tempus sine sollicitudine Cæsaris intercessit, &c. Item: Ab hibernis suis constitisse, &c, pro, abfuisse.

Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit] Ita locutus est Liuius lib. XXXVIII. Chios agro donarunt, & in omni præcipuo honore habuerunt.

Cùm se bis expertos dicerent] Verbum dicerent, videtur post, tentaturos, vel vt est in v. c. tentandam, ponendum. & post v. c. habet, exigere à finitimis, pro, exercere à finitimis, &c. Item: Labienus cũ loci natura, & munitissimis castris se teneret, &c. Vt illud, manu, videatur adiectum.

Magna præmia ijs, qui occiderint] Videndum, an legendum sit, qui occiderent; nam ita poscit sententia, vt legatur.

# NOTÆ
## AD LIBRVM SEXTVM
## DE BELLO GALLICO.

PER M. Silanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium legatos] C. Antistius Reginus Cæsaris in Gallia legatus nominatur à Cæsare lib. item VII. cum L. Caninio Rebilo. Sed non putamus eum esse, qui in denario Augusti C. ANTISTIVS. REGINVS. III. VIR. dicitur mo-

netæ cudendæ. Nam ab vno ad alterum anni interſunt plus ferè quàm quinquaginta, vt veriſimilius ſit, Antiſtium Triumuirum filium fuiſſe eius, qui legatus Cæſaris in Gallia fuit. Antiſtiæ verò gentis duæ reperiuntur familiæ apud rerum Romanarum Scriptores, Reginorum ſcilicet,& Veterum, vtraque denariorum monumentis notiſſima. Nam præter C. Antiſtium Reginum, quem modò nominauimus, alius item C. Antiſtius cognomine Vetus, de quo extat lepidiſſimum Laurenæ Tullij epigramma apud Plinium, Triumuir deſcribitur monetæ cudendæ in aliquot Auguſti denarijs. In quorum vno, quem mihi Proſper Viſcontius Mediolanenſis, generis nobilitate, & rerum antiquarum notitia illuſtris dono dedit, Apollinis Actij ſignum, & ludorum Actiacorum monumenta expreſſa ſunt. In altero, qui mihi ab Occone Adolpho doctiſſimo viro è Germania miſſus eſt, Antiſtiæ familiæ origo deſcribitur, quam C. ANTISTIVS. VETVS. III. VIR. vt indicaret Gabijs per Antiſtium Petronem, cuius Dionyſius meminit lib. IV. eſſe oriundam, fœdus illud celebre inter Romanos & Gabinos regnante Tarquinio Superbo ictũ, in denario ſignauit. In cuius denarij vna parte Auguſti imago impreſſa eſt cũ inſcriptione, vt in ſuperiori denario, IMP. CAESAR. AVGVS. TR. POT. VIII. In altera, Fetialis populi Romani, & Pater patratus populi Gabini, qui porcam tenentes (ſiue bos iuxta Dionyſium illud animal ſit) fœdus feriunt ad aram circumſcriptis litteris, FOEDVS. P. R. QVM. GABINIS. Cùm autem antiquus denarius verbis Dionyſij mirificè illuſtretur, & Dionyſius viciſſim abeo denario in huius hiſtoriæ fide non parum adiuuetur, non malam me gratiam initurum ab ijs puto, qui antiquitatis ſtudio tenentur, ſi locum Dionyſij, qui ad ipſum tantum fœdus pertinet, (nam prolixior eſt Dionyſius in ea re narranda) cum vetuſto denario hîc repræſentauero. Verba Dionyſij ſunt hæc: Καὶ ἵνα μὲν τοῖς

τοῖς Γαβίνιοις δεῖμοι ἀεὶ τὸ μέλλοντι ὑπάρχειν χρόνου, μηδ' ἐνδοιάζωσι, βέβαια δὲ τὰ δι' αὐτῆ σφίσι διαμένη, γράψας Ταρκυίτιος ἐφ' οἷς ἔσονται δικαίοις φίλοι. τὰ μὲν τούτων ὅρκια συνετέλεσεν ὅπη τῆς ἐκκλησίας ἀδάκρυτα καὶ διωμόσατο κατὰ τῆδε σφαγίων. Τέτων δὲ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν Ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν, ἀσπὶς ξυλίνη βύρσῃ βοείᾳ σκεπτὸν ὑπὸ τῶ σφαγιαθέντι ὅπη τῆδε ὁρκίων τότε βοὸς, γράμμασιν ἀρχαικοῖς ὑπογεγραμμένη τὰς γενομένας αὐτοῖς ὁμολογίας. Ex quibus verbis apparet, ad ipsa vsque Dionysij tempora Fœderis inter Romanos, & Gabinos icti monumentum, in templo Dei Fidij, quem sanctum Romani vocant, seruatum esse, clypeo ligneo bouis, qui tum in confirmationem fœderis mactatus est, corio intecto, antiquis etiam inscriptis litteris, quæ leges fœderis indicarent, inter ipsos initi. Videtur autē Dionysius Latina verba (Dei Fidij) non satis assecutus, cùm nomen Fidius, Græcè vertit, Πιστίου, quasi à Fide ductū esset, cùm Deus Fidius dictus sit Hercules, quasi Iouis filius, l, littera in, d, mutata, ex antiqua consuetudine, qua dautia pro lautia, & dacymas, pro lacrymas veteres scribebāt. Nam quod, Dei, verterit Διὸς, in eo potest ferri, cū videatur secutus eos Scriptores, qui Deum Fidiū interpretantur Iouis filium. Deus autem Fidius nō tantùm Sanctus, vt Dionysius ait, dicebatur, sed, Sācus etiam, & Semo, vt ex hac inscriptione quæ apud me est, disertè apparet, SANCTO. SANCO. SEMONI. DEO. FIDIO. SACRVM. DE CVRIA. SACERDOTVM BIDENTALIVM RECIPERATIS VECTIGALIBVS. Denarij exemplum est hoc:

Quoniam ipse ad vrbem cum imperio Reip. causa maneret] Proconsulibus enim in vrbe esse non licebat, vt diximus lib. 1. de Bell. ciuil. & Dio lib. xxxix. de Pompeio dicit: τῷ γὰρ ἀρχῷ ἤδη τῷ τε ἀνδρὶ ἔχων, οὐκ ἐδυνήθη εἰς τὴν πόλιν εἰσελθεῖν, &c.

Quos ex Cisalpina Gallia Consulis Sacramento rogauisset] Legendum videtur, Consul, non, Consulis. Nam vt refert Dio lib. xxxix. Pompeius cùm Consul esset cum M. Crasso, & Hispaniam prouinciam, nouis tunc rebus studentem per quinquenium lege à Trebonio Tr. Pl. lata obtinuisset, delectum tam in vrbe, quàm tota Italia, & per legatos in Gallia etiam Cisalpina habuerat. Anno verò sequenti, rebus in Hispania per legatos constitutis, rei frumentariæ cura à Senatu sibi demandata, Procōsulari potestate ad vrbem manserat. Petit igitur ab eo Cęsar, vt quos milites priore anno Consul per legatos in Gallia Cisalpina Sacramento rogauisset, eos ad signa conuenire, & ad se proficisci iuberet. Verba Dionis de hac re sunt hæc: Γάϊος δέ τις Τρεβώνιος δήμαρχος, ἔχαιρε τῷ μὲν Κράσσῳ, τὴν τε Συρίαν, καὶ τὰ πλησιόχωρα αὐτῆς. Τῷ δὲ Πομπηίῳ, τὰς ἱσπανίας (καὶ γὰρ τι καὶ ἔναγχος ἐκεκίνητο) ἄρχειν ὅπη πέντε ἔτη. δοθῆναι, στρατιώτας τε ὅσις ἂν ἐθελήσωσι καὶ τῆς πολιτικῆς καὶ τῆς συμμαχικῆς χρωμένοις, καὶ πόλεμον, ἢν εἰρήνην τοῖς οὓς ἂν βουληθῶσι ποιεμένοις. Sacramento autem rogabantur milites, & Consulum nomine per legatos, & ab ipsis etiam Consulibus per Tribunos Militum, vt docet Liuius lib. 11. his verbis: Itaque quanquam per Dictatorem delectus habitus esset, quoniā in Consulū verba iurassent, Sacramento teneri militē rati, ex vrbe educi legiones iusserunt, &c. Cùm autē priscis tēporibꝰ apud Romanos Sacramento tantùm, quod iuramentum erat voluntariū, & vt ait Liuius, ex volūtario inter milites fœdere, rogari milites soliti essent, L. Paulo, & C. Varrone Cos. A. V. C. DXXXVII. institutum fuit, vt iureiurando necessario & legitimo per Tribunos Militum adigerentur. Tradit

hoc

hoc Frontinus lib. IV. ex Liuij lib. XXII. Sacramentum verò huiusmodi, vti ex memorato Liuij loco notat Frontinus, his verbis concipiebatur, vel potius eius sententia hæc erat. Milites iussu Consulum conuenturos, non iniussu abituros; sese fugæ atque formidinis ergò non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis feriendi, aut ciuis seruandi causa. Polybius lib. VI. ὁπλισθέντες δὲ τὴν ἐκλογὴν τὸν προειρημένον τρόπον, ἀθροίσαντες τοὺς ὡπλισμένους οἱ παρόντες τῶν χιλιάρχων καθ' ἕκαστον στρατόπεδον, καὶ λαβόντες ἐκ πάντων ἕνα τὸν ὁπλισθέντα τον, ἐξορκίζουσιν, ἢ μὴν ἡγεμονεύσειν καὶ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὀμνύουσι καθ' ἕνα προπορεύόμενοι, κατ' αὐτὸ δηλοῦντες, ὅτι ποιήσουσι πάντα, καθάπερ ὁ πρῶτος. Sed vetus ipsa iusiurandi formula latiùs habetur apud Agellium lib. XVI. cap. IV. ex Cincij lib. V. de re militari, in quo refert ita scriptum fuisse: Cùm delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur, iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc, &c. Deinde ita concipiebatur iusiurãdum, vt adessent, his additis exceptionibus. Nisi harunce quæ causa erit; funus familiare, feriæ denicales, quę non eius rei causa in eũ diem collatæ sint, quo is eo die minus ibi esset (sic enim legendus hic locus ex libro vetustissimo) morbus sonticus, auspiciumque, quod sine piaculo præterire non liceat, sacrificiumque anniuersarium, quod rectè fieri non posset, nisi ipsius eo die ibi sit: hostisve status, condictusque dies cum hoste. Si cui eorum harúmve quæ causa erit, tum se postridie quàm per eas causas licebit, eò venturum, aditurumque, qui eum pagum, vicum, opidumque delegerit. Miles cum die, qui proditus est, aberat, neque excusatus erat, infrequens dicebatur, &c. (sic autem scribendum, non, prædictus, &, dabatur, vt in libris vulgatis.) Hinc Plautus Truculento:

*Pro infrequente eum mittas mili.is domum.*

Iurabant

Iurabant autē tum in Magistratus, tum in Imperatoris nomen. Tacitus lib.xx. Et cùm ceteri iusiurādi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes, aut leui murmure, & plerumque silentio transmittebant. Suetonius in Galba cap. xvi. Kal. Ianuarijs adigi Sacramento, nisi in nomen Senatus recusarunt. Ab huiusmodi verò iuramento, missione milites soluebantur, cùm à Magistratu dimitterentur. Cicero lib. i. Offic. Paullus Æmilius Imp. tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat; cùm autē Paullo Æmilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cùm amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Paullum Æmilium scripsit, vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundò eum obligaret militiæ Sacramēto, quia priore amisso, iure pugnare cum hoste non poterat. Apud Cæsarem igitur (vt vnde digressi sumus, eò reuertamur) quin de secundo Pompei consulatu intelligendum sit, nemini dubium esse opinor. Quem sanè consulatum gessit iterum cum M. Crasso, item iterum anno V.C. DCXXCIII. Nam primum consulatum cum eodem M. Crasso gessit anno DCXCIIX. qui sanè consulatus descriptus est in eburnea tessera apud me, quæ, vt videtur, edito spectaculo dabatur gladiatori, qui in eo spectatus esset. Sic enim habet: PILARGVRVS LVCILI. SP. A. D. VII. ID. APR. CN. PO. M. CRA. Valet enim nota illa SP. vt ex alia simili tessera intelligitur, SPECTATVS.

Duplicatoq. earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat] Duplicatum cohortium numerum à Cæsare, intelligendum est hoc modo, quòd legione vna & quinque cohortibus cum Titurio amissis, hoc est, xv. cohortibus (nam legio x. cohortibus constabat) nunc verò tribus legionibus adductis, hoc est, cohortibus xxx. duplicatus fuerat numerus earum cohortium, quæ cum Titurio amissæ fuerant. Videtur itaque

itaque scribendum duplicato, sine copula, que. Cohortum autem, vt suprà lib. v. omnes libri habent, non cohortium. Vt partum, non, partium, Cæsarem ipsum in libris Analogicis scribendum tradidisse docet Charisius lib. 1. In veteribus tamen argenteis denarijs qui sunt à M. Antonio III. viro R. P. C. cusi, est: COHORTIVM PRÆTORIARVM, non, COHORTVM.

Finitimos atque Germanos] v. c. habet, Finitimos Germanos, sine particula, atque.

Obsidibusque de pecunia cauent] vv cc. habent, obsidibusque & pecunia cauent. quæ lectio videtur posse ferri; nam particula, de, omnino suspecta est. primùm, quia lib. VII. in quo est: Quoniam in præsentia de obsidibus cauere inter se non possunt, &c. in vetustissimo codice apud me non habetur dictio, de, deinde, quia satis Latinè dici, obsidibus cauent, omnibus notum opinor. Itaque fortasse totum illud, de pecunia, inducendum est.

Senones ad imperatum non venire] Quid si ad imperandum, legamus? Eo verbo antiqui vsi sunt pro ad parendum; vt Sallustius cùm ait: Igitur Iugurtha, vbi armis virisque & pecunia spoliatus est, cùm ipse ad imperandum, Tisdrum vocaretur. & Cicero lib IX. epist. Nunc ades ad imperandum, siue ad parendum potius. & infrà lib. VII. Cæsar ipse imperarent posuisse videtur, pro, imperarentur.

Rursus legiones in hiberna reduxit] Vetustissimus liber habet: Rursus in hiberna legiones reduxit. & paulo pòst: Concilium Lutetiam Parisiorum trãsfert, &c. sine præpositione, in.

Aut ex eo, quod meruerat, odio] Faernus siue coniectura, siue ex v. c. legebat: Aut ex eo, quod in eum erat, odio. Item; orirerur, pro, exístat ex v. c.

Si aut Ambiorigem] Videtur omissa particula, si, legendum, Qui aut Ambiorigem, &c. si recepissent scribatur, vt est in vv. cc. Vel si verbum, recepissent, retineatur,

neatur, vt est in libris vulgatis, illud si, omnino retinendum, vt ad Menapios referatur.

Iamque ab eo non longius bidui via aberant] Magis placeret, sine voce, via. Nam Cicero lib. III. ad Atticum sic locutus est, cùm inquit: Ad castra properabamus, quæ aberant bidui. Item: Cùm in castra proficiscerentur, quæ aberant bidui.

Appropinquare dicuntur] Videtur legendum, dicantur. & paulo pòst: Ex magno Gallorum equitum numero, &c. vt est in v.c.

Tribunis militum, primisque ordinibus conuocatis] v.c. habet coactis, pro, conuocatis. Quos autem hîc primos ordines dixit, alibi primorum ordinum Centuriones dicit, vt lib. I. de Bell. ciuil. Reliquæ legiones per Tribunos militum, & primorum ordinum Centuriones egerunt, vt Cæsari satisfacerent. Item: legatosque de pace Trib. mil. & primorum ordinum Centuriones ad Cæsarem mittunt. & lib. v. L. Aurunculeius, compluresque Tribuni militum, & primorum ordinum Centuriones. Rursus primos ordines alibi eos milites dixit, qui primorum ordinum Centurionibus parent, vt lib. I. de Bell. ciuil. Hîc ex primo ordine pauci milites, &c. & lib. VII. Cùm primi ordines hostium transfixi pilis concidissent.

Ne speratam prædam] Non displiceret, paratam, pro, speratam, aut, insperatam potius, hoc est, tantam, vt infrà hoc ipso libro.

Eadem vsus simulatione itineris] Videtur legẽdum, timoris, non, itineris. nam suprà dixit: Quò facilius hostibus timoris det suspicionem. & lib. II. de Bell. ciuil. His imperat, vt simulatione timoris paulatim cedant.

Si amplius obsidum velit dari, pollicebantur] Ita est in v.c. qui paulo pòst pro, Vbiorum, habet, Vbi horum. Sed legendum, Vbiorum; &, accipit, pro, accepit, vt est in alio codice.

Ad

Ad quorum arbitrium ſumma omnium rerũ conſiliorumque redeat ] Simili modo Terentius locutus eſt, cùm ait:

*Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit.*

& ipſe Cæſar lib. 1. de Bell. ciuil. Neque alterum fore Sullam inter ſuos gloriatur, ad quem ſumma imperij redeat. & lib. 111. Ad neminem vnum ſumma imperij redijt. Paulo pòſt in v. o. eſt: Suos enim quiſque opprimi, &c.

Magnis iacturis, pollicitationibusque perduxerãt ] Eodem modo Hirtius dixit lib. de bell. Alexand. Magnis enim iacturis ſibi quiſque eorum animos conciliabat.

Se Rhemis in clientelam dicabant ] v. c. habet, dicarant, quod magis placet. & infrà, ij decernunt, non ijdem diſcernunt.

Eorumque decretis iudicijs parent ] Ita habet v. c. & paulo pòſt: Itaque annos non nulli vicenos, &c.

Ita plurimos circum ſe ambactos, clienteſque habet ] Ambactos poſitũ eſſe pro ſeruos, Cæſar ipſe paulo infrà docet, cùm ait: Ac paullo ſuprà hanc memoriam ſerui & clientes, &c. & Feſtus. Ambactus, inquit, apud Ennium lingua Gallica ſeruus dicitur. Item: Seruus ambactus, id eſt, circumactus. Inde in veteri Lexico Græcolatino eſt: Ambactus δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος.

Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus ] v. c. habet: Natio eſt omnis Gallorum, &c. Pomponius Mela lib. 111. Superſtitioſam dixit. ait enim: Gentes ſuperbæ, ſuperſtitioſæ, aliquando etiam immanes adeò, vt hominem, opimam, & dijs gratiſſimam victimam cæderent.

Adminiſtrisque ad ea ſacrificia Druidibus vtuntur ] De hac hominum immolandorum apud Gallos conſuetudine ita ſcribit Strabo lib. 1v. ἔθνος δὲ οὐκ ἄγαν Δρυίδων. καὶ ἄλλαι δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται, καὶ γὰρ κατατόξευόν τινας, καὶ ἀνασταύρουν ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατασκάσαντες

κολοσσὸν

κολοσσὸν χόρτου καὶ ξύλων, ἐμβαλόντες εἰς τοῦτον βοσκήματα, καὶ παντοῖα θηρία, καὶ ἀνθρώπους, ὁλοκαύτωμα. & Cicero pro Fonteio: Quis enim ignorat eos vsque ad hanc diem retinere illam immanem & barbaram cõsuetudinem hominum immolandorum? Mela tamen sua ætate abolitum apud Gallos ritum hunc scribit his verbis: Monent vestigia feritatis abolitæ,&c.

Non posse Deorum immortalium numen ] v. c. habet: Non posse aliter Deorum immortalium numen, &c.

Supplicia eorum, qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxia sint comprehensi]v.c.haber,noxa. Supplicia verò hîc pro pœnis, & immolationibus Cæsar posuit.Festus: Nunc ferè supplicia pro pœnis dicuntur.aliàs pro supplicationibus ipsis ponuntur, quibus victimæ Dijs immolarentur.M.Varro lib.11.cap.v.de re rust. Tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem præstare dicunt, ad victimas farciunt, atque ad Deorum seruant supplicia.Festus:Sinnius Capito ait,cùm ciuis necaretur, institutum fuisse, vt Semoniæ res sacra fieret veruece bidente, vt eo sacrificio pœna solutis ciuibus,caput ipsum damnati, patrimoniumque, cui delibatum esset, id fieret sacrum Deo; indeque fuisse solitum, vt quia tunc in forum supplicandi causa prodiret Rex sacrorũ, vt id vocaretur supplicium. Sallustius Catil. In supplicijs Deorum magnifici,domi parci,&c.

Deum maximè Mercurium colunt ] Deũm legendum videtur accentu circumflexo pro, Deorum. Tacitus de moribus Germanorum : Deorum maximè Mercurium colunt,cui certis quibusdam diebus humanis quoque hostijs litare fas habent. Et paulo pòst apud Cæsarem videtur legendum: Huic,cùm prœlio dimicare cœperint,plerunq. deuouent: Quùm superauerint,animalia capta immolant,&c. Vt illud cœperint,ante victoriam,& pro ipsa victoria intelligendum sit,

sit,& ita est in v.c.non cœperunt. Illa verò, Quùm superauerint,dicta sit,adepta iam victoria.Consueuisse enim Gallos cùm bello dimicare constituerunt,vouere Marti, quæcumque eo bello cœperint: Quùm verò superauerint,victoriam adepti,animalia quæ cœperint immolare ; reliquasque res in vnum locum conferre.

Aut posita tollere auderet ] Videtur legendum, audeat,non auderet.& infrà:Filiumq. puerili ætate, &c. sine præpositione,in.Item:Vter eorum in vita superarit.& ita habent vv.cc.

Et de morte] Videndum àn verba,de morte, inducenda sint.

Omniaque quæ viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt] Mela lib.111,in codicibus manuscriptis.Itaque cum mortuis cremant, aut sepeliunt grata viuentibus.

Ac paulo suprà hanc memoriam serui ac clientes] Mela lib.111.Olim negotiorum ratio etiam,& exactio crediti differebatur ad inferos, erantque qui se in rogos suorum velut vnà victuri libenter immitterēt,&c. Videtur aut Mela eũdem temporis tractum expressisse verbo olim , quod Cæsar, paulo supra hanc memoriam, dixit.

Iustis funeribus ] Omnino scribendum, funebribus;nam Cicero lib.11.de legibus, iusta funerum dixit,pro,iusta funebria,cùm ait:Sed videamus, in quibus Platonem,qui iusta funerum reijcit ad interpretes religionum.& in oratione pro Sex.Roscio: Qui nondum paterno funeri iusta fecisset.

A paruulis labori ac duritiæ student] Ita habent vv. cc.& paulo pòst : Hoc ali staturam, ali vires. Item: Quantum eis, & quo loco visum est, agri attribuunt. &:Cùm suas quisque opes æquari cum potentissimis videat.Hæc etsi leuia sunt, Cæsaris tamen puram, incorruptamque repræsentant scripturam.

Quàm latissimis] Faernus, quàm latissimè, legebat. Sed meus vetustissimus codex habet, quàm latissimas; quæ scriptura confirmatur loco Melæ, qui habetur lib. III. Bella, inquit, cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, neque imperitandi, prolatandíq; e quę possident, nam neque illa quidem enixè colunt, sed vt circa ipsos, quæ iacent, vasta sint.

Vt vitæ, necísque] Videtur sine dubio legendum: Et vitæ necísque. & paulo pòst vv. cc. habent: Omniúmque ijs rerum, Item: Qui quacunq; de causa ad eos venerunt, iniuria prohibent, sine præpositione, ab, sed Sallustius, ab iniuria dixit.

Vulgò Tectosages] legendem ex vv. cc. Volscæ Tectosages. Ptolemæus etiam habet, Τέκτοσάγες.

Nunc quòd in eadem inopia, egestate, patiẽtiaque Germani permanent] vv. cc. habent, Patientia, qua Germani, vel, patientiaque qua Germani. Paulo pòst in vv. cc rectè legitur: Gallis autem prouinciæ propinquitas, & transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam, atque vsum largitur. Item scribendum, Anartum, ex Cæsariana scribendi consuetudine.

Latitudo nouem dierum iter expeditopatet] Græci εὐζώνῳ ἀνδρὶ, dicunt. Videndum autem an pro IX. scribendum sit LX. vt est apud Melam lib. III. cùm ait: Siluarum Hercynia est maxima; aliquot etiam sunt, quæ nomen habent; sed illa dierum sexaginta iter occupans, vt maior alijs, ita & notior, &c. Facilè autem librarius labi potuit, vt pro, LX. deceptus similitudine literæ, IX. scripserit.

Rectaque fluminis Danubij regione] Recta regione videtur dixisse pro eo quod est, per ipsam Danubij fluminis lõgitudinem, & vt est in veteri tabula finium regundorum inter Genuates & Viturios, RECTO RIVO. Eodem modo dictum est in eadem tabula: TRANS VIAM RECTA REGIONE IN FONTEM: Item: RECTO IVGO: Et Cicero lib. V. in Verrem dixit: Si quis

quis tantulum de recta regione deflexerit. & Q. Curtius lib. VIII. Ceterùm Scytharum gens haud procul Thracia sita ab Oriente ad Septentrionem se vertit. Recta deinde regione alium vltra Histrum iacentem colit. & lib. XVIII. Indi a tota fermè spectat Orientem, minus in latitudinem, quàm recta regione spatiosa. Dixit autem Cæsar recta regione, cui nullus anfractus intercedit.

Eadem est feminæ marisque natura] Natura posuit, pro figura, & forma, siue vt infra dicit, specie. Suprà lib. v. Britannia insula natura triquetra.

Qui se aut audiuisse, aut adisse ad initium eius siluæ dica] Faernus ita hunc locum legebat: Qui se aut adisse ad initium, &c. & paulo pòst idem Faernus emendabat: Ab eius summo sicut palmæ, rami latè diffunduntur, &c. deleta particula, que, pro qua in v. c. rectè habetur, quàm.

Atque ita paulum modò reclinatæ] vv. cc. habent, acclinatæ, & paulo pòst, acclinauerint, pro, reclinauerint. Item, accidunt arbores, non, abscidunt. Et infrà habent vv. cc. Et neque homini, neque feræ, quam conspexerint, parcunt.

Ad bellū Ambiorigis profectus] Faernus vocē, profectus, delebat velut χολιαστικῶς positam. Infra tamen habetur: Cæsar ad vexandos rursus hostes profectus.

Ad Neruios pertinet] Lib. v. dixit ad Rhenos pertiner. Orosius autem habet Neruios, cùm ait: Totius Galliæ Arduenna silua maxima est, atque à ripis Rheni, finibusque Treuirorum ad Neruios vsque pertinet, & in longitudinem plusquam. L. millibus passuum patet. Ex quibus verbis videtur sine dubio apud Cæsarem pro, millibusque amplius quingentis, scribendum, millibusque passuum. L. nam & Strabo lib. IV. habet, stadia cccc. quæ L. millia passuum sunt. sic enim ait: ὕλη μὲν γὰρ ἔστιν οὐ χ ὑφηλῶν δένδρων, πολλὴ μέν, οὐ τοσαύτη δὲ, ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασιν, πεντακοσίων σταδίων, καλῶσι δ' αὐτὴν ἀρδεννίνην.

Minucium Basilium] v. c. habet, Basilum; & ita Cicero eum nominat. Appianus etiam edit Minucium Basillum, & inter coniuratos Cæsaris numerat. Paulo pòst v. c. habet: Celeriter contra omnium opinionem.

Nam magno accidit casu] Totus hic locus ita legitur in vv. cc. Nam sicut magno accidit casu, vt in ipsum incautum, atque imparatum incideret, priusque eius aduentus ab omnibus videretur, quàm fama ac nuntius afferretur; sic magnæ fuit fortunæ, &c. Paulo pòst v. c. habet: sed hoc factum est.

Ipsum effugere mortem] Vox, mortem, videtur ab aliquo adiecta. In v. c. sequitur: Sed hoc eò factum est, quòd ædificio circumdata silua. Et paulo pòst: Familiaresque eius angusto in loco paulisper equitum nostrorum vim sustinuerunt. Item, impulit, non, intulit.

Ambiorix an copias suas iudicio non conduxerit] Faernus legebat, iudicióne non conduxerit, deleta particula, an. Sed Varro lib. 1. de re rustica, cap. III, eodem modo dixit: Ars an sit, an quid aliud. & Cicero in Bruto: Paucis ante quàm mortuus est, an diebus, an mensibus.

Sic ad subeundum periculum, & ad vitandum] v. c. meus habet: sic & ad subeundum, &c. Paulo pòst videtur inducenda particula, sed, & legendum: certè clàm dimissis per agros nuntijs, &c. iuxta illud Virgilij: O Dea certè. Deinde legendum: vnam esse causam iudicaret. &: Atuatucam, pro, ad Vatucam; nam præpositio, ad, ex priore syllaba, t littera, in d, mutata, facta est. Ptolemæus habet ἀτουάτουτον. Sic etiam infrà Atuatuca, &, Atuatici in vv cc. Item legendum: Hunc cum reliquis rebus locum probabat, &c. sine nomine, Cæsar, quod χολιαστικῶς adiectum est.

Ipse cum reliquis tribus] Meus codex vetustissimus habet: Ipse cum reliquis VIII. Sed videtur legendum: cum reliquis IV. nam Cæsar decem legionibus in Gallia rem gessit, vt intelligitur ex lib. VII. in quo est: Exercitum

ercitum in duas partes diuisit: XV. legiones in Senones, Parisiosque Labieno ducendas dedit; VI. ipse in Auernos, &c. & lib. VI. duas legiones ad fines Treuirorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Senonum finibus, &c. & lib. VIII. Quatuor legiones in Belgio collocauit, cum M. Antonio Quæstore, & C. Trebonio, & P. Vatinio, & Q. Tullio legatis; duas in Aeduos misit; duas in Turones ad fines Carnutum posuit; duas in Turonis ad fines Carnutum posuit, &c.

Ad flumen Scaldem] Scaldim scribendum, non vt in alijs est, Scaldium.

Quam ad diem] Videtur scribendũ, quem ad diem. Sic paulo pòst locutus est, cùm ait: Quem ad diẽ Cæsar ad impedimenta, &c. Et paulo pòst v. c. habet: Aut locis siluestribus palus impedita. Deinde ex eodem v. c. legendum: Nullum enim poterat vniuersis ab perterritis, ac dispersis periculum accidere. Item: Nam & prædæ cupiditas multos longiùs euocabat, & siluæ incertis, &c. Et paulo pòst: Vt in eiusmodi difficultatibus. Item: quàm legionarius miles periclitaretur.

Hoc ipso tempore, casu Germani equites interueniunt] Ita habent vv. cc. sine copula, &: Item: Alius capta iam castra pronuntiat. Et paulo pòst: Hic diffisus suæ, atque omnium saluti. &: Atque in summo rem esse discrimine. & infrà: Ægrè per manus, &c. sine verbo, deficiens.

Vt celeriter perrumperent, censent] Ita habet v. c. & post: Incolumésque ad vnum omnes in castra perueniunt. Item: Nullo etiam nunc vsu rei militaris, &c. sine verbo, percepto, quod videtur adiectum.

Fidem non haberent] v. c. habet, Fidem non faceret. Et paulo pòst: Equitatum tantùm se ex fuga recepisse dicerent.

Ne minimo quidem casu] In vv. aliquot cc. est, casui. Sed casu, potest retineri; nam scribit Agellius lib. IV. cap. XVI. ita Cæsarem in Analogicis libris scriben-

dos dandi casus tradidisse. Ipse etiam Cæsar ita locutus est lib. VII. cùm dixit: Cuius consensu, ne orbis quidem terrarum possit obsistere. & lib. III. de Bell. ciuil. vt est in vv. cc. receptu suo timens, dixit. Paulo pòst videtur legendum, auertisset, non, auertissent.

Vt si qui in præsentia se occultassent, tamẽ ijs etiam deducto exercitu] Ita videtur legendus hic locus. Et paulo pòst scribendum: Quùm ille latebris, aut siluis, aut saltibus se eriperet, & noctu alias regiones, &c. Videtur enim adiectum illud, occultatus, cùm se non noctu occultaret, sed noctu alias regiones peteret.

Durocortum] vv. cc. Durocortorum, & Ptolemæus, Δουροκόρτορον. At Strabo lib. IV. Πρῶτοι καὶ μητρόπολις αὐτῶν Δουροκόρτορα. & Stephanus: Δουροκόρτορ & πόλις Γαλατῶν, τῶν Τρικασίων, ὁ οἰκῶν Δουροκορτόριος.

More maiorum supplicium sumpsit] Hoc genus pœnæ quale sit, indicat Suetonius in Nerone, cùm ait: Inter moras perlatos à Censore Phaontis codicillos præripuit: legitque se hostem à Senatu iudicatum, & queri vt puniatur more maiorum. Interrogauitque quale esset id genus pœnæ, & cùm comperisset, nudi hominis ceruicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, &c.

Quibus cum aqua & igni interdixisset] Interdictionem aquæ & ignis Romulus rex apud Romanos primus instituit, vt scribit Dionysius lib. II. Damnatis autem, aqua & igni interdicebatur, quòd, vt ait Festus, hæ duæ res vitam humanam maximè continent. Seruius in VII. Æneid. Ad facienda, inquit, fœdera, aqua & ignis adhibentur, vnde è contra quos arcere volumus è nostro consortio, ei aqua & igni interdicimus, id est, rebus quibus consortia copulantur. Hinc Ouidius lib. IV. Fast. dixit:

——— *aptúmque putarunt*
*Ignibus & sparsa tangere corpus aqua,*
*Aut quòd in his vitæ causa est, hæc perdidit exul.*

Exuli-

Exulibus enim aqua & igni interdicebatur, vt ex lib. 11, ad Herennium intelligimus, in quo est: Aut perinde quasi non omnes, quibus aqua & igni interdictum est, exules appellentur. Lactantius lib. 11. Exulibus aqua & igni interdici solebat; adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos homines, capitis supplicio afficere. Interdicto igitur vsu earum rerũ, quibus vita constat hominũ, perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiam exceperat, morte multatus. Plinius lib. 1v. in epistola ad Minucianum: Græco amictus pallio, carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum est.

Agendici] v. c. meus habet Agedinci; At Ptolemæus; καὶ ἀνατολικώτεροι αὐτῶν Σένωνες, ὧν πόλις Ἀγηδικὸν. Alij codices variant, ex quibus aliquot habent Agedicum, proximiore ad Ptolemæum lectione.

# NOTÆ
## AD LIBRVM SEPTIMVM
## DE BELLO GALLICO.

IBI cognoscit de P. Clodij cæde, de Senatusque consulto certior factus] Cùm in aliquot libris veteribus, particula, de, non legatur, & dictio ibi, in omnibus sit, fortasse legendum est: Ibi de P. Clodij cæde, Senatusque consulto certior factus, &c. Verbo autem, coniurarent, Liuius item vsus est lib. xxii. cùm militum iusiurandum refert in delectu habendo. De hoc verò Senatus cõsulto, quod post cædem P. Clodij factum est, ita scribit Asconius in Miloniana: Itaque primò factum erat S. C. vt interrex, & Tr. pl. & Cn. Pompeius, qui Procos, ad vrbem erat, viderent, ne quid detrimenti Resp. caperet, delectum autem Pompeius tota Italia haberet.

Et affingunt rumoribus] Videtur legendum, rumores, non, rumoribus; uam lib. 1. de Bell. ciuil. dixit: Hæc Afranius, Petreiusque, & eorum amici, pleniora etiam atque vberiora Romam ad suos perscribebant; multa rumor fingebat, vt pænè bellum confectum videretur, &c. Fama igitur ex sese ferebat detineri vrbano motu in Italia Cæsarem, ipsi verò Galli addebant, & affingebant rumores; in Galliam eum venturum non esse.

Quam à maioribus acceperunt] v. c. acceperint; quod videtur melius.

De obsidibus cauere] Particula, de, abest ab optimo libro. In quo paulo pòst habetur: Quo more eorum grauissimæ ceremoniæ continentur. Item: Tum collaudatis Carnutibus, &c. Cenabum verò, non, Genabum scribendum esse, tum ex Ptolemæo apparet, apud quem est: Καρνοῦται, καὶ πόλις αὐτῶν, Κένάβον, tum ex Strabone, qui, lib. 1 v. de Ligeri fluuio scribens, ait: ῥυεὶς δὲ οὗτος διὰ Κλιτάβου τῆς Καρνούτων πόλεως. Corruptè autem legitur apud Orosium lib. v 1. Cenapium.

C. Fusium Cottam] vv. cc. constanter habent, Citam, non, Cottam, quod Aureliæ familiæ cognomen est.

Ab ciuitate erat interfectus] v. c. habet, interdictus, non, interfectus. Et paulo pòst ita: Cognito consilio ad arma concurritur; prohibetur ab Gobanitione patruo suo, &c. Item: Luterium Carducum, &c. Quomodo Luterius hîc infrà sæpius nominatur, licet Liuius appellet Lutatium.

Cùm iam ille virtute Cn. Pompei] Vsus est vsitata formula dicendi, quæ reperitur sæpius apud Plautùm, vt in Aululatia: Ego virtute Deûm & maiorum nostrorum diues sum satis. & in Trinummo: Ædepol Deûm virtute dicam pater, & maiorum, & tua. Multa bona benè parta habemus. Sallustius Iugurth. Virtute & Dijs volentibus magni & opulenti estis. & in oratione

tione Cottæ: Multa pericula repuli Deorum auxilijs & virtute mea.

Nitriobriges] Ita quoque edit Ptolemæus; Νιτιόβριγες, item & Strabo lib. IV. Plinius tamen lib. IV. cap. XIX. corruptè Autobriges, corruptè etiam Gabules cum Strabone, qui habet lib. IV. Γάβαλοι. at Ptolemæus cum Cæsare Γάβαλοι.

In Prouinciam Narbonam versus] Ita v. c. non, Narbonem, & sic interpungit: In Prouinciam, Narbonam versus, &c. licet infrà sit: Ex Biturigibus mouet in Aruernos versus.

Præsidia in Ruthenis prouincialibus] Ita v. c. sine interpunctione. Ruthenorum enim alij sunt in Aquitania, ad quos paulo suprà dixit missum fuisse Luterium Carducum, de quibus videndus Plinius lib. IV. cap. XIX. Alij Narbonensi prouinciæ contermini, de quibus hîc loquitur Cæsar, & Plinius lib. III. cap. IV. Item Ptolemæus, à quo ῥητανοὶ dicuntur.

Volscis, Arromicis] v. c. Aretomicis, sed legendum Arecomicis, sine distinctione. Nam Volcæ alij dicuntur Tectosages, alij Aremorici, siue Arecomij, vt edit Ptolemæus, de quibus hîc loquitur Cæsar, & lib. II. de Bell. ciuil. Item Strabo lib. IV. cùm ait: τῶν δὲ ὅλων θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ, οὐόλκαι νέμονται τῶν πλείστων, οὓς ἀρεκομικοὺς προσαγορεύουσι. Qui paulo suprà de Volscis, qui Tectosages dicuntur, sic ait: πρὸς δὲ τὸ Κέμμενον ὄρος ἐπιβάντες; ὑπολαμβάνοντες δὲ καὶ τὸν πόρον πλησίον αὐτοῦ μέχρι τῆς ἀκεραστρίων, οἰκοῦσι τῆς τεκτοσάγες καλούμενοι, καὶ ἄλλοι τινές. Ptolemæus lib. II. Κατέχουσι δὲ τὰ μὲν δυσμικώτατα τῆς Ναρβωνησίας οὐόλκαι Τεκτοσάγες. μετὰ δὲ τούτους μέχρι τοῦ ῥοδανοῦ ποταμοῦ οὐόλκαι ἀρεκόμοι.

Heluos] Strabo lib. VI. appellat Ἕλους sine aspirandi nota, cùm ait: ἔθνη τὰ προσκείμενα τοῖς ἀκουϊτανοῖς ὄζιν Ἕλουοι μὲν ἀπὸ τοῦ ῥοδανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντες. v. c. Iluos. Sed Heluos rursus Cæsar lib. I. de Bell. ciuil. & Plinius.

His constitutis rebus omnibus, suis inopinantibus]

v.c. non habet vocem, omnibus; quæ tamen retineri poteſt, ſi ita interpungatur locus: His conſtitutis rebus omnibus, ſuis, &c. nam Hirtius lib. de Bell Alexandr. Simili quodam modo locutus eſt, cùm dixit: Sic rebus omnibus confectis. Paulo pòſt in eodem v. c. pro Ibi nactus, habetur, Inde nactus. Item paulo ſuprà: Celeriter hæc fama, ac nuntijs ad Vercingetorigem perferuntur, pro eo, quod vulgò habetur: Celeriter hæc fama, ac nuntij ad Vercingetorigem perferuntur.

Quòd nullum amicis in eo præſidium poſitum videretur] Ita v.c. & paulo pòſt habet: Huc biduo peruenit, &c. ſine nomine, Cæſar, quòd videtur adiectum.

Hoc ſpatio à Boia quoquò verſus] Sententia poſcere videtur vt ita legatur: Hoc ſpatio ab hoſte quoquò verſus, &c. Quę tamen lectio nullo librorum veterum teſtimonio nititur, niſi quòd adiri, non, adire habet v. c. Infrà in v.c. habetur: Ne ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula', nêve Romanis propoſita ad copiam commeatus prædamque, &c. ſine verbo, tollendam, quod adiectum videtur.

Atq. Heluos adhortari non deſtitit] v.c. habet, deſiſtit. Et paulo pòſt videtur legẽdum: Et pecore è longinquioribus vicis abacto, &c. non, adacto. Sic enim eſt apud Ciceronem in oratione in Piſonem, & alibi: Pecus abegerunt. Item: Abacti greges.

Nulla tamen vox eſt ab his audita] Vel pro, audita, ſcribendum, edita, quomodo apud Ciceronem in Tuſculanis, vbi eſt: Quas hîc voces apud Sophoclem in Trachinijs edit? Vel ſi verbum, audita, vt eſt in omnibus libris, retineatur illud, ab his, poſitum erit, pro, eorum. Gracchus apud Agellium lib. x cap. 111. Nulla vox illius miſeri inter dolores, crepitumque plagarum audiebatur, niſi hæc, ciuis Romanus ſum. & Cæſar lib. 111 de Bell. ciuil. Crebroque voces militum in vigilijs, colloquijsque audiebantur. & ſuprà lib. 111. de Bell. Gall. Cùm omnium voces audirentur, expectare non oportere.

Paren-

Pàrentarent] v. c. habet, parentare, & ita legendum; nam præcedit, præstare, quàm non, &c. Paulo pòst in eodem v. c. est: Insidiandi causa eò profectum. Item: Non hæc omnia fortuito, &c. pro, fortuitu.

Quòd penè in eo, si oppidum retinuissent, summam victoriæ constare intelligebāt] v. c. habet: Quòd penes eos, si id oppidum retinuissent, &c. Summam verò constare dixit, vt Cicero pro P. Quinctio: Summa iudicij causáque tota consistit. & in Academicis: Præsertim cùm in eo summa consisteret.

Quas cùm distinuerant] Ita est in v. c. sed videtur legendum, destinauerant, quod positum est, pro alligauerant, tum apud ipsum Cæsarem suprà lib. III. cùm ait: Falces nō absimili forma muralium falcium; his cum funes qui antēnas ad malos dēstinabant, &c. tum apud Appuleium lib. IV. vbi est: At illi arreptum me, loro quàm valido ad ansulam quandam destinatum, rursum cedendo confecissent. & lib. VIII. Vinctis stramentis me renudatum, ac de quadam quercu destinatum flagro verberantes, penè ad extremum confecerunt.

Cōmissis suarum turriū malis] Fortasse scribendum alis, non, malis: nā indicari hoc verbo putamus eas adiectiones. Alarum verò in ædificijs formam & rationem explicat Vitruuius lib. VI. cap. IV.

Et apertos cuniculos] Apertos cuniculos poterant hostes facilè morari ijs rebus, quæ hîc à Cæsare ponuntur, & cuiusmodi enumerat Lucanus lib. III. his versibus:

*Sed super & flammis, & magna fragmine molis,*
*Et sudibus crebris, & adusti roboris æstu*
*Percussa cadunt crates.* Tectos verò Cuniculos morari non poterant. Hirtius lib. VIII. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis, quod genus operis sine vllo periculo, & sine suspicione hostium facere licebat.

Muri

Muri autem omnes Gallici hac ferè forma sunt ] v. c. habet: Muris autem omnibus Gallicis hæc ferè forma est. Item: Eæ reuinciuntur introrsus, &c. & sic infrà: Quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrsus reuincta. Paulo pòst legendum ex v. c. Plures que partitis temporibus, &c. non, duæque partitis, &c. Item: Quidam ante portam opidi Gallus, qui per manus seui, ac picis traditas glebas, &c. Ita & Faernus ex ingenio legebat.

Quos ad capiendam fugam natura, & virium infirmitas ] v. c. habet, Naturæ & virium, &c. Et paulo pòst: Derectisque operibus, &c. non, perfectis. Item: Et si qua ex parte obuiam veniretur, &c. non, contra veniretur. & ita Faernus. Et: Continuo impetu, &c. non, continenti. Infra legendum: Vix octingenti, & ita habent, vv. cc. Orosius tamen pro, DCCC. videtur legisse LXXX. sic enim scribit lib. VI. Quadraginta millia hominum ibi fuisse referuntur, è quibus vix LXXX. per fugam lapsi ad castra proxima Gallorũ venerunt.

Cuius consensui ] v. c. habet, consensu, quod positum est pro, consensui; de qua scribendi consuetudine diximus suprà. Paulo pòst videtur legendum: Et sic sunt animo cõsternati, vt homines insueti laboris omnia, quæ imperarentur, sibi facienda existimarent. & sic suprà lib II. Illi se quæ imperarent, facere dixerũt. Quòd autem dicit, animo laborabat, id simile est Sallustiano illi in Iugurth. Animo ardebat.

Etiam ad se euocauit ] v. c. meus: Decetiam euocauit. At Vaticanus & quidem minus, quàm vulgati, corruptè: Ad se etiam euocauit. nam vestigium veræ lectionis saltem retinet. Decetiam verò in itinerario Antonini nominari, & inter opida quæ sunt in finibus Aeduorum numerari, iam pridem admonuimus.

Atque omnibus omissis his rebus ] Faernus delebat illud, his; & legebat, dissensionis, non, dissensionum.

Cùm

Cùm vterque vtrique esset exercitui in conspectu] v.c. habet, exercitus, non, exercitui. Et paulo suprà sic habet: Quorum erat permagnus in Gallia numerus, &c. Quod autem hic dicitur, è regione castris castra poneret, id, si tectè memini, alibi castris castra conferret, Cæsar dixit; quomodo locutus est Ennius Hectoris Lytris apud Noniũ in, occupatus, illo versu,

*Hector re summa armatos educit foras,*
*Castriq́; castra vltrò conferre occupat.*

Sed in vulgatis editionibus legitur corruptè,

*Castriq́; castra vltrò iam ferè occupat.*

Erat in magnis Cæsari difficultatibus, ne, &c.] Ita Faernus & v.c. Et paulo pòst: Postero die cum duabus legionibus, &c. non, postridie.

Reliquas copias cum omnibus impedimentis] Posset quispiam suspicari vocem, copias, adiectam esse; nam Cæsar lib. 1 sic locutus est, cùm dixit: Duas legiones reliquit, & partem auxiliorum, reliquas in castra maiora reduxit, &c. Nihil tamen mutandum putamus, cùm vulgata lectio confirmetur simili loco infrà: Legionibus transductis, reliquas copias reuocauit.

Demptis quartis quibusque cohortibus] Faernus in suis ad Cæsarem notis testatur hæc verba in duobus codicibus scriptis non reperiri. Meus vetustissimus liber habet: captis quibusdam cohortibus. Quidam retinent receptam lectionem, ex qua ipsi satis idoneum sensum elici posse affirmant. Nos putamus Cæsarem scripsisse: Demptis quaternis è quibus cohortibus. Sic enim lib. 1. de Bell. ciuil. locutus est, cùm dixit: Sed primam aciem quaternæ cohortes ex quaque legione tenebãt, &c. Ita enim ibi legendũ esse suo loco dicemus. Quaternis autem cohortibus detractis ex quattuor legionibus, efficiebantur XVI. cohortes, quæ speciem duarum pænè legionum præbere satis poterant, vt scilicet numerus sex legionum constare videretur, & Virgentorix Cæsarem in occulto restitisse, non suspicaretur,

tur, à qua cum ſuſpicione Cæſar abducere volebat. Itaque vt quàm longo, & extenſo agmine legiones progrederentur, præceperat. Sic enim habet Dio lib. XL. καὶ τοῦτον ἔστι τινὰ ὕλωδες πρὸ καὶ ἐν συσκίῳ τόπῳ ἡμέρᾳ, τὰ μὲν πολυτόκα, καὶ τὸ σεσταῖ τὸ πλεῖον προϊππεύει, μακρᾷ καὶ ἀραιᾷ τάξει κελεύσας αὐτοὺς προϊέναι, ὅστε καὶ πάντας σφᾶς ἐνταῦθα εἶδ δοκεῖν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἱππικωτάτης ἐπέμενεν.

Quintis caſtris Gergouiam peruenit ] Valet hoc, quinto die, & vt Polybius loquitur, πεμπαῖος. Qui alibi dixit, ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας, quod Liuius vertit, quartis caſtris; & δεκαταῖος, quod idem Liuius decimis caſtris.

Non nimis firmo ] Particula, non, videtur adiecta. & paulo pòſt in v. c. legitur: Nobilitas omnis noſtra interijt, &c. nam ſuprà eſt: Omnis noſter equitatus.

Cum ijs primùm cõmunicat ] v. c. habet, præmium, non, primùm; quæ lectio videtur cõfirmari verbis quæ paulo pòſt ſequuntur: Celeriter adoleſcentibus & oratione magiſtratus, & præmio deductis, ſiue, vt Faernus legebat, adductis.

Ad Cæſarem diſceptaturi ] v. c. habet, ad Cæſarem diſceptatum, &c, ſed Faernus, diſceptatorem, legebat.

Quem Cæſar ſibi ab Diuitiaco traditum ] Ita eſt in v. c. cùm in alijs deſit vox, ſibi. Item: Hoc nuntio Cæſar, qui ſemper, &c. Et paulo pòſt: Quòd res in celeritate poſita videbatur, &c. ſine verbo, eſſe. Item: Quibus more Gallorum nefas eſt.

Ex oppido Cauillono ] Infrà Cabillono, b. poſito pro, u, antiquè. & ita Strabo lib. IV. Paulo pòſt in v. c. legitur: ſi alterum amiſiſſent, non dubitari, quin pænè circumuallati, &c.

Magnum numerum impedimentorum ex caſtris produci, neque ijs ferramenta detrahi ] Ita hunc locum ex veruſtiſſimo codice, qui apud me eſt, olim ſuppleuimus. Videndum autem an pro, impedimentorum, rectius legi poſſit, iumentorum; nam infrà ſic habetur: Arma conferri, iumenta iubet produci. Videndum

dendum item,an pro,ferramẽta,vt est in v. c. scribendum sit, stramenta, quibus pro clitellis ipsis vsus est Appuleius lib.vii. cùm inquit : Illico disturbato gestamine,nonnunquam etiam ipsis stramentis abiectis furens incurrit. Liuius verò lib.vii.strata appellat, & pro clitellis item ponit,cùm ait: Dictator sollerti animo rem nouam excogitat,qua deinde multi nostri,atque externi Imperatores,nostra quoque quidam ætate vsi sunt. Mulis strata detrahi iubet; binisque tantùm centunculis relictis agasones partim captiuis,partim ægrorum armis ornatos imponit,&c. Quibus verbis locus Cæsaris ob similitudinem stratagematis non nihil illustratur. Quin etiam quæ apud eundem Liuium lib.x.leguntur,ad Cæsaris verba mirum in modum faciunt. Sunt autem hæc: Cos. Sp. Nautiũ mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in tumulum conspectum properè circumducere iubet.

Ne ex oppido animaduerterentur] v. c. habet,animaduerteretur; quod non videtur reijciendum, & post: Id spatio itineris augebatur, &c. Item,circuitu, non,circuitus;quod antiquè pro,circuitui positũ est.& paulo post v. c. sic habet: Occasionis rẽ esse,nõ prælij.Item: Superiore parte corporis nuda, &c. non, nudata. &: Quòd satis magnæ valles intercedebant.

Magno concursu eò contendebant]v.c.habet,cursu. & paulo pòst: Hostiumque copias augeri videret. Item:Simul in medios hostes irrupit.Infrà verò sic habetur in v. c. Cupiditatemque militum reprehendit, quòd sibi ipsi iudicauissent, quò procedendum, aut quid agendum,&c Item: Non minus se in milite, &c. pro,nec minus,&c. Et: Aut daret timoris aliquam suspicionem.& paulo pòst:In eam fortunam, amplitudinémque deduxisset.

Atque Hispania coemptorum]v. c. habet, coemptum. & paulo pòst : si aut re frumentaria Romanos excludere,&c.

Id

Id ne tum quidem necessariò faciendum existimabat] v. c. meus habet, Vt nemo tunc, &c. Sed videtur legendum: Vt nemo non, vel: Vt non nemo, &c. Faernus verò legebat: Quod illi tum quidam necessariò faciendum existimabant.

Quòd adiungi Labieno, &c. vehementer cupiebat] v. c. habet: Quòd abiuncto Labieno, &c. vehementer timebat. Sed fortasse rectiùs erit, si pró, abiuncto, vel vt est in alijs, adiuncto, scribatur Agendico. Nam paulo pòst in v. c. ita habetur: Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici. Item: Sed vt incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat.

Itaque admodum magnis diurnis nocturnísque itineribus] Ita v. c. & infrà: Vt paulo antè de Lutetia diximus.

Atque eò militibus impositis] v. c. habet, inuectis; vt fortasse, traiectis, legendum sit. Paulo pòst pro, ipsi profecti ab palude in ripis, fortasse rectiùs esset; Ipsi protecti palude ac ripis. nam v. c. habet ad ripas.

Secundo flumine silentio progredi] Ita habet v. c. & paulo pòst: Memoriam retinerent: Item, Defectione Aeduorum cognita, bellum augebatur. Et paulo pòst: Neque nostrorum militum victorum impetum sustinere potuerunt, &c. & ita Faernus. Qui ex v. c. infrà legebat: Conueniunt vndique frequentes: multitudinis suffragijs res permittitur. nam ita interpungitur locus in v. c sine voce, eodem.

Aeduis, Segusianísque qui sunt finitimi ei prouinciæ] Faernus delebat dictionem, ei, vt opinor ex v. c. nam Cæsar Galliam Narbonensem solet prouinciam appellare, vt suprà lib. 1. cùm ait: Ab Allobrogibus in Segusianos exercitum ducit: Hi sunt extra prouinciam trãs Rhodanum primi. Segusiani verò Σεγουσιανοὶ, Ptolemæo, & Straboni. Secusiani Plinio, g, littera in c, mutata ex antiqua consuetudine.

Volca-

Volcarum, Aremicorumque.] Legendum, Volcarum Aremicorum, sine distinctione, & deleta copula, que, vt suprà diximus. nam ita habet v.c.

Id quod magis futurum confidebat] v.c. habet, confidat. & paulo suprà: Itet confici non posse.

Omnibus ad iusiurandum adactis] Videtur legendum sine dictione, ad. Nam ita est in v.c. & ita apud Agellium lib. xvi. cap. iv. loco suprà citato, in quo est: Cùm delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur, iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc.

Alexiam] vv.cc. habent Alesiam, constanter. Quæ scriptura vera est; nam sic habent Græci etiam scriptores Plutarchus, Dio, & Diodorus. Strabo item, sed corruptè, καὶ ὑπὲρ τῆν ἱππασίαν τὴν μαιναλούαν. Item, Velleius Paterculus. Paulo pòst legitur in v. c. Quòd equitatu, quo maximè confidebant, &c. Sed in codice vetustissimo est: qua maximè parte exercitus. Quod videtur rectius.

Ante id oppidum] Dictio, id, non habetur in v.c. & certè videtur abundare. Considerandа etiam quæ sequuntur, an legi debeat: Quæ pars collium in circuitu vacabat, &c. siue potius, patebat. Simili enim modo locutus est Cæsar infrà, cùm ait: In ea planicie, quam intermissam collibus trium millium passuum in longitudinem patere suprà demonstrauimus, & Hirtius lib viii. Ab ea parte, quæ ferè pedum ccc. internallo fluminis circuitu vacabat. Nam Alesia quâ collibus cingebatur, ipsa loci natura satis erat munita; quâ verò patebat iii. mil passuum, cum omnem locum Gallorum copiæ compleuerant, fossamque & maceriem sex in altitudinem pedum perduxerant.

In quibus castellis] Vox, castellis, non habetur in v.c. & videtur abundare.

Ab ea fossa pedibus cc. reduxit] v.c. deduxit.

Quoniam tantum esset necessariò spatium com-

plexus,ne facilè,&c.] Faernus ex v.c. legebat: Quòd tantum esset necessariò sparij complexus, nec facilè,&c. & sic infrà: Romanorum manus tantis operibus distinetur,nec facilè pluribus locis occurrit.

Delibratis,atque præacutis]v.c. habet, dolabratis, atque præacutis.

Angustiore ad summum fastigio]v.c.habet, ad infimum.Sed fortasse legẽdum, ad imum, vel potius,in imum.Nam antiqui fimum,scribebant,pro,imum. Et ex duabus dictionibus in fimum,cùm vnam fecerit librarius,infimum,alius postea addidit particulam, ad. Fœmoris autem,pro,feminis est in v.c.

Terra occultabantur]v.c.haber,exculcabantur.& paulo pòst: Frumentumq. omnes habere iussit.Item: Frumentandi rationem,&c.non,frumenti.

Ambruaretis] Ita v.c. sed videtur legendum,Ambarris, qui lib. 1. necessarij & consanguinei Aeduorum dicuntur; & alij sunt ab ijs, qui infrà Ambibarri vocantur, qui eas Belgarum ciuitates incolunt, quæ Oceano proximę sunt. Alij item Ambibareti,qui trans flumen Mosam Germanos attinguut, vt lib.vi habetur. De quibus libro vii. meminit Cæsar, cùm ait: C.Antistium Reginum in Ambibaretis collocat.

Brannouicibus,Brannouijs]v.c. habet, Blannouijs; sed adiectum id nomen videtur errore librarij, qui deceptus videtur similitudine eius nominis, quod præcedit.

Vellauijs,qui sub imperio Auernorum esse consueuerunt] Ita habet v.c.consentiente Strabone, qui lib. iv ait: οὐελλάυιοι, οἱ προσωρίζοντο ποτὲ τοῖς ἀρουέρνοις, νυῦν δὲ τάττονται καθ' ἑαυτούς. Ptolemæo tamen οὐέλαυνοι dicuntur.Santonis autem est in v.c.pro,Xantonibus.

Senonibus,Ambianis]Videtur legendum,Suessionibus. Nam Senones suprà inter Sequanos finitimos numerauit. Suessionum autem mentio fit à Cæsare lib.ii, & Ptolemæo item, & Strabone lib.iv. apud quem

quem ponuntur Suissiones & Ἀμβιανοὶ simul, vt hîc, & vt vulgò legitur, Ἐμβιανοὶ, καὶ Σουεσσιῶνες.

Belocassis] Legendum ex v. c. Vellocassis. Et paulo suprà sine distinctione, Aulercis Cenomanis, vt infrà, Aulercis Eburouicibus. Nam Aulerci, alij dicuntur Cenomani, alij Eburouices, alij Diablintæ. Ptolemæus lib. II. Αὐλίρκιοι Ἐβουρϊκοὶ, Αὐλίρκιοι Κινομανοὶ, Αὐλίρκιοι Διαβλίντιοι. Plinius lib. IV. cap. XVIII. Aulerci, qui cognominantur Eburouices, & qui Cenomani. & Cæsar ipse lib. III. Atque his paucis diebus Aulerci Eburouices.

Cadetes] Ita v. c. Sed suprà lib. II. appellauit Caletes, & item Hirtius lib. VIII. Orosius & Plinius lib. XIX. cap. I. Caletes.

Osismi, Veneti, Lemouices, Vnelli] Ita v. c. sed Lemouices suprà iterum nominantur cum Pictonibus, & Bellouacis, vel vt constanter habet v. c. Bellouagis. Vt alterum omnino abundare videatur. Veneli item scribendum, pro quo v. c. habet Veneti, Ptolemæus Οὐένελοι.

Et peditum circiter CCLX.] v. c. CCL. & ita habet Orosius. Plutarchus verò πεντήκοντα μυριάδας, hoc est, peditum CCC. millia.

Commius Atrebas] Ita v. c. sed lib. IV. & alibi Comius vnico, m, scribitur. & ita Dio lib. XL. Item Viridumarus in v. c. vt etiam in Fastis Capitolinis, non, Viridomarus.

Quid ergo Romanos, &c.] Videtur legẽdum Quid ergo? Romanos, &c. interrogationis nota ad vocem ergo, apposita. At paulo pòst: Quid ergo mei consilij est? facere, &c. Ita enim habet meus vetustissimus liber, & ita loquitur Brutus lib. II. epist. I. ad Ciceronem, cùm ait: Quid ergo est, inquis, tui consilij? Dandus est locus Fortunæ.

Iure & legibus commutatis, ferris securibus subiecta] Ita legitur in v. c. cùm in vulgatis desit:

vox, ferîs, pro qua libentius legerem, fœdis.

Et noſtros multitudine premi viderent] Ita habet v.c. & paulo pòſt, fundis librilibus, non, libralibus. Feſtus: Librilia appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachij craſſitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. In v.c. paulo ſuprà eſt: De vallo proturbare. & paulo pòſt: Gallos proterrent.

Leniter declini caſtra fecerunt] v.c. Leuiter, & paulo pòſt, fecerant, habet idem v.c. non, fecerunt. Item: L. Caninius Rebilus, non, Regulus. nam v.c. habet Reuilus, b, ſcilicet littera in u, ex librariorum conſuetudine mutata, & Rebilus item dicitur ab Hirtio lib. VIII. quod eſt Caniniæ gentis cognomen apud Liuium, & Scriptores Capitolinos.

A caſtris, longurios, muſculos, falces, reliquaque] Videtur omnino ſcribendum, & crates, pro, à caſtris; nam Vercingetorix opido ſe, non caſtris tutabatur: & paulo infrà in v.c. habetur: Aggere & cratibus foſſas expleret. Item ſuprà, Proximam foſſam cratibus integunt, atque aggere complent.

Laborantibus ſummittit] Videtur deſiderari verbum, ſubſidia, aut aliquid tale. Et infrà legendum: Exiguum ad decliuitatem faſtigium, &c. vel vt eſt in v.c. iniquum, pro, exiguum, ſine verbo, loci. Romani enim ab ea parte iniquo loco & leuiter decliui caſtra fecerant, ſiue leniter decliui, vt ſuprà diximus ex v.c.

Imperat ſi ſuſtinere non poſſit, deductis cohortibus eruptione pugnet: id niſi neceſſariò, ne faciat] Ita v.c. ſine dictione, &, ante verbum imperat. & paulo pòſt habet v.c. Equitum ſeſe partem ſequi.

Loca prærupta atque ex aſcenſu tentant] Ita v.c. & paulo pòſt: Aggere & cratibus foſſas explent.

Coactis vnà de XL. cohortibus] Vix credi poteſt tot cohortes fortuitò cogi potuiſſe. Quare videndum an legi debeat, coactis XI. cohortibus, nam error fluxit ex notarum ſimilitudine. In v.c. eſt: coactis de XL. cohortibus,

tibus, vt illud, de, abundare videatur, & XL. in XI. mutari debeat. paulo pòst v.c. habet: Excipit rursus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor.

Labore milites essent defessi] v.c. habet, Defatigati fuissent; pro, essent defessi. Et paulo pòst scribendum: L. Minucium Basilum, vt diximus suprà. Item: P. Sulpicium Cauilloni; nam ita habet v.c. & Strabo lib. IV. cùm ait: τὸ καλούμενον ἔθνος· πόλιν ἔχον Καβύλλινον ὑπὸ τῷ Ἄραρι, καὶ φρούριον βίβρακτα. Ptolemæus item editionibus vulgatis, Καβυλλίνοι. Extrema verba huius libri Faernus ex v.c. ita legebat: His rebus, litteris Cæsaris cognitis, Romæ dierum XX. supplicatio indicitur.

# NOTÆ
## AD LIBRVM VIII. A. HIRTII
## DE BELLO GALLICO.

QVI me mediũ interposuerim Cęsaris scriptis] v.c. habet: Qui me medijs interposuerim, &c. & hic libet ita inscribitur a A. Hirtij, vel Pansę belli Gallici, lib. VIII. Paulo suprà v.c. habet: Nouissimeq. imperfectũ, &c. vt fortasse legendum sit, nouissimũ atq; imperfectum.

Resisti posse Romanis] v.c. à Romanis.

Cæsar M. Antonium Quæstorem suis præfecit hibernis] De hac Antonij Quæstura ita habetur apud Ciceronẽ lib. II. Philipp. Venisti è Gallia ad Quæsturam petendã. Quęstor es factus. deinde continuò sine S.C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi. Ibi te cùm & illius largitionibus, & tuis rapinis expleuisses, si hoc est explere, deuorare quod statim effundas, aduolasti egens ad Tribunatum.

Ipse equitatus præsidio prid. Kal. Ian. ab opido Bibracte proficiscitur ad legionem XII,] v.c. habet equitum, non, equitatus. Ex his autem verbis Antonij ce-

leritas intelligi potest, quam notat Cicero in Philippicis, quòd cùm legatus Cæsaris describatur paulo suprà cum C. Trebonio in Alesiæ obsidione, Romam exinde profectus ad Quæsturam petendam, & Quæstor factus, ea festinatione ad Cæsarem, vt inquit Cicero, cucurrit, vt prid Kal Ian. hibernis præficeretur.

Et fideles amicos retinebat] Magis placeret: In fide amicos retinebat, &c. Vel si fideles retinetur, illud, amicos, abundat.

Prædæ nomine condonanda pollicetur] Placeret sine verbo, condonanda, quod adiectum videtur. Idem Hirtius lib. de Bello Alexandrino eodem modo dixit: HS. centenos militibus pollicetur.

Ducti Carnutes] Videndum an, adducti, melius sit. Et paulo pòst verba illa, tectoriorum integendorum gratia, videntur abundare, & fortasse totus locus ita legendus: Castra ponit, quæ tectis partim Gallorum, partim coniectis celeriter stramentis ædificauerat, ijsque milites contegit. Item ex v. c. legendum infrà: Qui non agrorum incolendorum causa.

Inueniebat Bellouagos] v. c. habet, cognoscebat, pro, inueniebat. & sic paulo pòst: Quæ Cęsar cum consentientibus omnibus cognouisset.

Caletos, Velocasses] Ita v. c. & Orosius lib. VI Caletos, Belocasses, Atrebatasque. Item, v. c. habet: In silua circumdata palude. Et paulo pòst pro, ne miseriore, ac duriore, videtur rectiùs, ne inferiore, &c. Item: Si Cæsar, vt dicebatur, cum tribus legionibus veniret, offerrent, &c.

Coronis inædificari] Ita v. c. omissis verbis, pro hac ratione eius altitudinis. Faernus tamen ex suo codice legebat: Coronisque pro ratione eius altitudinis inædificari, &c. Item: Namque & operum magnitudinem, vt & timorem suum, &c.

Alter quò propior hostem in vallo collocatus esset] Faernus ex v. c. legebat: Alter, qui propior hostẽ in ipso vallo, &c.

Aut

Aut noſtra auxilia,aut Gallorum,&c.] Videtur legendum: Aut noſtra auxilia, Gallorum, Germanorumque tranſibant, acriusque hoſtes inſequebantur: aut viciſſim hoſtes eandem transgreſſi,&c.

Quibus illa die] Placeret magis: Quibus illo die (nempe ſors) fungendi muneris obuenerat. & ſuprà, pabulatoribus Faernus pro, pabulationibus legebat. Paulo pòſt in v.c.pro pudore coacti, habetur, pauore coacti.

Vtrum ſecundis,minimisque rebus] Sententia poſcit vt legatur,maximisque rebus. Et paulo pòſt: Quæ tranſeundi difficultate, non, difficultas. Pro eo verò quod eſt paulo ſuprà,copijs armatorum, caſtrorũ vias inſtruunt,in v.c. legitur: Copias armatorum pro ſuis inſtruunt caſtris.

Falces vbi conſederant,&c. ſtramentorum ac virgultorum, quorum ſumma erat copia, per manus inter ſe traditos] Ita Faernus. Qui paulo pòſt ex v.c.legebat:à conſpectu extulit Romanorum.

Vix ſuorum ipſi priores partes animaduerterent equorum] Ita interpungendum,& legendum ex v.c. & paulo pòſt videtur ſcribendum: Romanos pabulatum venturos ſuſpicaretur,&c. licet vulgata lectio ferri poſſit. Item in v.c.eſt: Primùm cum paucis ſe oſtendit,&c. noſtri autem conſtanter,&c.

Correo prœliante ex ſiluis] Videtur legendum pronuntiante,pro, prœliante. Sic enim ſuprà locutus eſt, cùm dixit: Extremo tempore diei ſigno pronuntiato. Et Correo,non, Corbeo, habet v.c. & Oroſius manuſcriptus. Item infrà,pro tamen, magis placeret,tandem.

Cùm interim nulla calamitate victus Correus excedere prœlio, ſiluasque petere, aut inuitantibus noſtris,&c.] Ita v.c.& paulo pòſt Faernus legebat: Omnibus aduerſis,interfecto Correo,deletis verbis, cognita calamitate. Item: Vt ea pœna ſit contentus, &c. ſine voce,hoſtium,quæ videtur adiecta.

v.c. non habet vocem, omnibus; quæ tamen retineri poteſt, ſi ita interpungatur locus: His conſtitutis rebus omnibus, ſuis, &c. nam Hirtius lib. de Bell Alexandr. Simili quodam modo locutus eſt, cùm dixit: Sic rebus omnibus confectis. Paulo pòſt in eodem v. c. pro Ibi nactus, habetur, Inde nactus. Item paulo ſuprà: Celeriter hæc fama, ac nuntijs ad Vercingetorigem perferuntur, pro eo, quod vulgò habetur: Celeriter hæc fama, ac nuntij ad Vercingetorigem perferuntur.

Quòd nullum amicis in eo præſidium poſitum videretur] Ita v.c. & paulo pòſt habet: Huc biduo peruenit, &c. ſine nomine, Cæſar, quòd videtur adiectum.

Hoc ſpatio à Boia quoquò verſus] Sententia poſcere videtur vt ita legatur: Hoc ſpatio ab hoſte quoquò verſus, &c. Quę tamen lectio nullo librorum veterum teſtimonio nititur, niſi quòd adiri, non, adire habet v. c. Infrà in v.c. habetur: Ne ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula', nêve Romanis propoſita ad copiam commeatus prædamque, &c. ſine verbo, tollendam, quod adiectum videtur.

Atq. Heluos adhortari non deſtitit] v.c. habet, deſiſtit. Et paulo pòſt videtur legẽdum: Et pecore è longinquioribus vicis abacto, &c. non, adacto. Sic enim eſt apud Ciceronem in oratione in Piſonem, & alibi: Pecus abegerunt. Item: Abacti greges.

Nulla tamen vox eſt ab his audita] Vel pro, audita, ſcribendum, edita, quomodo apud Ciceronem in Tuſculanis, vbi eſt: Quas hîc voces apud Sophoclem in Trachinijs edit? Vel ſi verbum, audita, vt eſt in omnibus libris, retineatur illud, ab his, poſitum erit, pro, eorum. Gracchus apud Agellium lib. x cap. 111. Nulla vox illius miſeri inter dolores, crepitumque plagarum audiebatur, niſi hæc, ciuis Romanus ſum. & Cæſar lib. 111 de Bell. ciuil. Crebroque voces militum in vigilijs, colloquijsque audiebantur. & ſuprà lib. 111. de Bell. Gall. Cùm omnium voces audirentur, expectare non oportere.

Paren-

Pàrentarent] v. c. habet, parentare, & ita legendum; nam præcedit, præstare, quàm non, &c. Paulo pòst in eodem v. c. est: Insidiandi causa eò profectum. Item: Non hæc omnia fortuito, &c. pro, fortuitu.

Quòd penè in eo, si oppidum retinuissent, summam victoriæ constare intelligebāt] v. c. habet: Quòd penes eos, si id oppidum retinuissent, &c. Summam verò constare dixit, vt Cicero pro P. Quinctio: Summa iudicij causaque tota consistit. & in Academicis: Præsertim cùm in eo summa consisteret.

Quas cùm distinuerant] Ita est in v. c. sed videtur legendum, destinauerant, quod positum est, pro alligauerant, tum apud ipsum Cæsarem suprà lib. III. cùm ait: Falces nō absimili forma muralium falcium; his cum funes qui antēnas ad malos destinabant, &c. tum apud Appuleium lib. IV. vbi est: At illi arreptum me, loro quàm valido ad ansulam quandam destinatum, rursum cedendo confeciſſent. & lib. VIII. Vinctis stramentis me renudatum, ac de quadam quercu destinatum flagro verberantes, penè ad extremum confecerunt.

Cōmissis suarum turriū malis] Fortasse scribendum alis, non, malis: nā indicari hoc verbo putamus eas adiectiones. Alarum verò in ædificijs formam & rationem explicat Vitruuius lib. VI. cap. IV.

Et apertos cuniculos] Apertos cuniculos poterant hostes facilè morari ijs rebus, quæ hîc à Cæsare ponuntur, & cuiusmodi enumerat Lucanus lib. III. his versibus:

*Sed super & flammis, & magna fragmine molis,*
*Et sudibus crebris, & adusti roboris æstu*
*Percussa cadunt crates.* Tectos verò Cuniculos morari non poterant. Hirtius lib. VIII. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis, quod genus operis sine vllo periculo, & sine suspicione hostium facere licebat.

Muri

Muri autem omnes Gallici hac ferè forma sunt ]v. c. habet: Muris autem omnibus Gallicis hæc ferè forma est. Item: Eæ reuinciuntur introrsus, &c. & sic infrà: Quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrsus reuincta. Paulo pòst legendum ex v.c. Plures que partitis temporibus, &c. non, duæque partitis, &c. Item: Quidam ante portam opidi Gallus, qui per manus seui, ac picis traditas glebas, &c. Ita & Faernus ex ingenio legebat.

Quos ad capiendam fugam natura, & virium infirmitas ]v.c. haber, Naturæ & virium, &c. Et paulo pòst: Derectisque operibus, &c. non, perfectis. Item: Et si qua ex parte obuiam veniretur, &c. non, contra veniretur. & ita Faernus. Et: Continuo impetu, &c. non, continenti. Infra legendum: Vix octingenti, & ita habent, vv. cc. Orosius tamen pro, DCCC. videtur legisse LXXX. sic enim scribit lib. VI. Quadraginta millia hominum ibi fuisse referuntur, è quibus vix LXXX. per fugam lapsi ad castra proxima Gallorũ venerunt.

Cuius consensui ]v.c. habet, consensu, quod positum est pro, consensui; de qua scribendi consuetudine diximus suprà. Paulo pòst videtur legendum: Et sic sunt animo cõsternati, vt homines insueti laboris omnia, quæ imperarentur, sibi facienda existimarent. & sic suprà lib II. Illi se quæ imperarent, facere dixerũt. Quòd autem dicit, animo laborabat, id simile est Sallustiano illi in Iugurth. Animo ardebat.

Etiam ad se euocauit ] v. c. meus: Decetiam euocauit. At Vaticanus & quidem minus, quàm vulgati, corruptè: Ad se etiam euocauit. nam vestigium veræ lectionis saltem retinet. Decetiam verò in itinerario Antonini nominari, & inter opida quæ sunt in finibus Aeduorum numerari, iam pridem admonuimus.

Atque omnibus omissis his rebus ]Faernus delebat illud, his; & legebat, dissensionis, non, dissensionum.

Cùm

Cùm vterque vtrique esset exercitui in conspectu] v.c. habet, exercitus, non, exercitui. Et paulo suprà sic habet: Quorum erat permagnus in Gallia numerus, &c. Quod autem hic dicitur, è regione castris castra poneret, id, si rectè memini, alibi castris castra conferret, Cæsar dixit; quomodo locutus est Ennius Hectoris Lytris apud Noniũ in, occupatus, illo versu,

*Hector re summa armatos educit foras,*
*Castriq́; castra vltrò conferre occupat.*

Sed in vulgatis editionibus legitur corruptè,

*Castriq́; castra vltrò tam ferè occupat.*

Erat in magnis Cæsari difficultatibus, ne, &c.] Ita Faernus & v.c. Et paulo pòst: Postero die cum duabus legionibus, &c. non, postridie.

Reliquas copias cum omnibus impedimentis] Posset quispiam suspicari vocem, copias, adiectam esse; nam Cæsar lib. 1 sic locutus est, cùm dixit: Duas legiones reliquit, & partem auxiliorum, reliquas in castra maiora reduxit, &c. Nihil tamen mutandum putamus, cùm vulgata lectio confirmetur simili loco infrà: Legionibus transductis, reliquas copias reuocauit.

Demptis quartis quibusque cohortibus] Faernus in suis ad Cæsarem notis testatur hæc verba in duobus codicibus scriptis non reperiri. Meus vetustissimus liber habet: captis quibusdam cohortibus. Quidam retinent receptam lectionem, ex qua ipsi satis idoneum sensum elici posse affirmant. Nos putamus Cæsarem scripsisse: Demptis quaternis è quibus cohortibus. Sic enim lib. 1. de Bell. ciuil. locutus est, cùm dixit: Sed primam aciem quaternæ cohortes ex quaque legione tenebãt, &c. Ita enim ibi legendũ esse suo loco dicemus. Quaternis autem cohortibus detractis ex quattuor legionibus, efficiebantur XVI. cohortes, quæ speciem duarum pænè legionum præbere satis poterant, vt scilicet numerus sex legionum constare videretur, & Virgentorix Cæsarem in occulto restitisse, non suspicaretur,

tur, à qua eum ſuſpicione Cæſar abducere volebat. Itaque vt quàm longo, & extenſo agmine legiones progrederentur, præceperat. Sic enim habet Dio lib. XL. καὶ τοῦτον ἔνθα ὑλώδει τινὶ καὶ ἐν συσκιῷ τόπῳ ἐγένετο, τὰ μὲν πλοφόρα, καὶ τὸ σφέτερον τὸ πλεῖον προέπεμψε, μακρᾷ καὶ ἐκτεταμένῃ τάξει κελεύσας αὐτοὺς προϊέναι, ὅπως καὶ πάντας στρατιὰν εἶναι δοκεῖν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἱππομαχεστάτης παρέμενεν.

Quintis caſtris Gergouiam peruenit ] Valet hoc, quinto die, & vt Polybius loquitur, πεμπαῖος. Qui alibi dixit, ὅτι τέτταρας ἡμέρας, quod Liuius vertit, quartis caſtris; & δεκαταῖος, quod idem Liuius decimis caſtris.

Non nimis firmo ] Particula, non, videtur adiecta. & paulo pòſt in v. c. legitur: Nobilitas omnis noſtra interijt, &c. nam ſuprà eſt: Omnis noſter equitatus.

Cum ijs primùm cõmunicat ] v. c. habet, præmium, non, primùm; quæ lectio videtur cõfirmari verbis quæ paulo pòſt ſequuntur: Celeriter adoleſcentibus & oratione magiſtratus, & præmio deductis, ſiue, vt Faernus legebat, adductis.

Ad Cæſarem diſceptaturi ] v. c. habet, ad Cæſarem diſceptatum, &c, ſed Faernus, diſceptatorem, legebat.

Quem Cæſar ſibi ab Diuitiaco traditum ] Ita eſt in v. c. cùm in alijs deſit vox, ſibi. Item: Hoc nuntio Cæſar, qui ſemper, &c. Et paulo pòſt: Quòd res in celeritate poſita videbatur, &c. ſine verbo, eſſe. Item: Quibus more Gallorum nefas eſt.

Ex oppido Cauillono ] Infrà Cabillono, b. poſito pro, u, antiquè. & ita Strabo lib. IV. Paulo pòſt in v. c. legitur: ſi alterum amiſiſſent, non dubitari, quin pænè circumuallati, &c.

Magnum numerum impedimentorum ex caſtris produci, neque ijs ferramenta detrahi ] Ita hunc locum ex veteriſſimo codice, qui apud me eſt, olim ſuppleuimus. Videndum autem an pro, impedimentorum, rectius legi poſſit, iumentorum; nam infrà ſic habetur: Arma conferti, iumenta iubet produci. Videndum

dendum item, an pro, ferramẽta, vt est in v. c. scribendum sit, stramenta, quibus pro clitellis ipsis vsus est Appuleius lib. vii. cùm inquit: Illico disturbato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stramentis abiectis furens incurrit. Liuius verò lib. vii. strata appellat, & pro clitellis item ponit, cùm ait: Dictator sollerti animo rem nouam excogitat, qua deinde multi nostri, atque externi Imperatores, nostra quoque quidam ætate vsi sunt. Mulis strata detrahi iubet; binisque tantùm centunculis relictis agasones partim captiuis, partim ægrorum armis ornatos imponit, &c. Quibus verbis locus Cæsaris ob similitudinem stratagematis non nihil illustratur. Quin etiam quæ apud eundem Liuium lib. x. leguntur, ad Cæsaris verba mirum in modum faciunt. Sunt autem hæc: Cos. Sp. Nautiũ mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in tumulum conspectum properè circumducere iubet.

Ne ex oppido animaduerterentur] v. c. habet, animaduerteretur; quod non videtur reijciendum, & post: Id spatio itineris augebatur, &c. Item, circuitu, non, circuitus; quod antiquè pro, circuitui positũ est. & paulo post v. c. sic habet: Occasionis rẽ esse, nõ prælij. Item: Superiore parte corporis nuda, &c. non, nudata. &: Quòd satis magnæ valles intercedebant.

Magno concursu eò contendebant] v. c. habet, cursu. & paulo pòst: Hostiumque copias augeri videret. Item: Simul in medios hostes irrupit. Infrà verò sic habetur in v. c. Cupiditatemque militum reprehendit, quòd sibi ipsi iudicauissent, quò procedendum, aut quid agendum, &c Item: Non minus se in milite, &c. pro, nec minus, &c. Et: Aut daret timoris aliquam suspicionem. & paulo pòst: In eam fortunam, amplitudinémque deduxisset.

Atque Hispania coemptorum] v. c. habet, coemptum. & paulo pòst: si autre frumentaria Romanos excludere, &c.

Id

Id ne tum quidem necessariò faciendum existimabat] v. c. meus habet, Vt nemo tunc, &c. Sed videtur legendum: Vt nemo non, vel: Vt non nemo, &c. Faernus verò legebat: Quod illi tum quidam necessariò faciendum existimabant.

Quòd adiungi Labieno, &c. vehementer cupiebat] v. c. habet: Quòd abiuncto Labieno, &c. vehementer timebat. Sed fortasse rectiùs erit, si pro, abiuncto, vel vt est in alijs, adiuncto, scribatur Agendico. Nam paulo pòst in v. c. ita habetur: Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici. Item: Sed vt incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat.

Itaque admodum magnis diurnis nocturnísque itineribus] Ita v. c. & infrà: Vt paulo antè de Lutetia diximus.

Atque eò militibus impositis] v. c. habet, inuectis; vt fortasse, traiectis, legendum sit. Paulo pòst pro, ipsi profecti ab palude in ripis, fortasse rectiùs esset; Ipsi protecti palude ac ripis. nam v. c. habet ad ripas.

Secundo flumine silentio progredi] Ita habet v. c. & paulo pòst: Memoriam retinerent: Item, Defectione Aeduorum cognita, bellum augebatur. Et paulo pòst: Neque nostrorum militum victorum impetum sustinere potuerunt, &c. & ita Faernus. Qui ex v. c. infrà legebat: Conueniunt vndique frequentes: multitudinis suffragijs res permittitur. nam ita interpungitur locus in v. c sine voce, eodem.

Aeduis, Segusianísque qui sunt finitimi ei prouinciæ] Faernus delebat dictionem, ei, vt opinor ex v. c. nam Cæsar Galliam Narbonensem solet prouinciam appellare, vt suprà lib. 1. cùm ait: Ab Allobrogibus in Segusianos exercitum ducit: Hi sunt extra prouinciam trãs Rhodanum primi. Segusiani verò Σεγουσιανοὶ, Ptolemæo, & Straboni. Secusiani Plinio, g, littera in c, mutata ex antiqua consuetudine.

Volca-

Volcarum, Aremicorumque.] Legendum, Volcarum Aremicorum, sine distinctione, & deleta copula, que, vt suprà diximus. nam ita habet v. c.

Id quod magis futurum confidebat] v. c. habet, confidat. & paulo suprà: Iter confici non posse.

Omnibus ad iusiurandum adactis] Videtur legendum sine dictione, ad. Nam ita est in v. c. & ita apud Agellium lib. xvi. cap. iv. loco suprà citato, in quo est: Cùm delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur, iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc.

Alexiam] vv. cc. habent Alesiam, constanter. Quæ scriptura vera est; nam sic habent Græci etiam scriptores Plutarchus, Dio, & Diodorus. Strabo item, sed corruptè, καὶ ὑπὲρ τὴν Ἀλησίαν πόλιν μανδουλῶν. Item, Velleius Paterculus. Paulo pòst legitur in v. c. Quòd equitatu, quo maximè confidebant, &c. Sed in codice vetustissimo est: qua maximè parte exercitus. Quod videtur rectius.

Ante id oppidum] Dictio, id, non habetur in v. c. & certè videtur abundare. Considerandæ etiam quæ sequuntur, an legi debeat: Quæ pars collium in circuitu vacabat, &c. siue potius, patebat. Simili enim modo locutus est Cæsar infrà, cùm ait: In ea planicie, quam intermissam collibus trium millium passuum in longitudinem patere suprà demonstrauimus, & Hirtius lib viii. Ab ea parte, quæ ferè pedum ccc. interuallo fluminis circuitu vacabat. Nam Alesia quâ collibus cingebatur, ipsa loci natura satis erat munita; quâ verò patebat iii. mil passuum, eum omnem locum Gallorum copiæ compleuerant, fossamque & maceriem sex in altitudinem pedum perduxerant.

In quibus castellis] Vox, castellis, non habetur in v. c. & videtur abundare.

Ab ea fossa pedibus cc. reduxit] v. c. deduxit.

Quoniam tantum esset necessariò spatium com-

plexus,ne facilè,&c.] Faernus ex v.c. legebat: Quòd tantum esset necessariò sparij complexus, nec facilè,&c. & sic infrà: Romanorum manus tantis operibus distinetur,nec facilè pluribus locis occurrit.

Delibratis,atque præacutis]v.c. habet, dolabratis, atque præacutis.

Angustiore ad summum fastigio]v.c.habet, ad infimum.Sed fortasse legẽdum, ad imum, vel potius,in imum.Nam antiqui fimum,scribebant,pro,imum. Et ex duabus dictionibus in fimum,cùm vnam fecerit librarius,infimum,alius postea addidit particulam, ad. Fœmoris aũtem,pro,feminis est in v.c.

Terra occultabantur]v.c.habet,exculcabantur.& paulo pòst: Frumentumq. omnes habere iussit.Item: Frumentandi rationem,&c.non,frumenti.

Ambruaretis] Ita v.c. sed videtur legendum,Ambarris, qui lib. 1. necessarij & consanguinei Aeduorum dicuntur; & alij sunt abijs, qui infrà Ambibarri vocantur, qui eas Belgarum ciuitates incolunt, quæ Oceano proximę sunt. Alij item Ambibareti,qui trans flumen Mosam Germanos attinguut, vt lib.vi habetur. De quibus libro vii. meminit Cæsar, cùm ait: C.Antistium Reginum in Ambibaretis collocat.

Brannouicibus,Brannouijs]v.c. habet, Blannouijs; sed adiectum id nomen videtur errore librarij, qui deceptus videtur similitudine eius nominis, quod præcedit.

Vellauijs,qui sub imperio Auernorum esse consueuerunt] Ita habet v.c.consentiente Strabone, qui lib. iv. ait: οὐελλαύνιοι, οἱ προσωρίζοντο ποτὲ τοῖς ἀρουερνοῖς, νυνὶ δὲ τάττονται καθ' ἑαυτούς. Ptolemæo tamen οὐέλαυνοι dicuntur.Santonis autem est in v.c.pro,Xantonibus.

Senonibus,Ambianis]Videtur legendum,Suessionibus. Nam Senones suprà inter Sequanos finitimos numerauit. Suessionum autem mentio fit à Cæsare lib.ii. & Ptolemæo item, & Strabone lib.iv. apud quem

quem ponuntur Suissiones & Ἀμβιανοὶ simul, vt hîc, & vt vulgò legitur, Ἐμβιανοὶ, καὶ Σουεσιῶνες.

Bellocassis] Legendum ex v c. Vellocassis. Et paulo suprà sine distinctione, Aulercis Cenomanis, vt infrà, Aulercis Eburouicibus. Nam Aulerci, alij dicuntur Cenomani, alij Eburouices, alij Diablintæ. Ptolemęus lib. II. Ἀυλέρκιοι Ἐβουρϊκοὶ, Ἀυλέρκιοι Κινομανοὶ, Ἀυλέρκιοι Διαβλίντες. Plinius lib. IV. cap. XVIII. Aulerci, qui cognominantur Eburouices, & qui Cenomani. & Cæsar ipse lib. III. Atque his paucis diebus Aulerci Eburouices.

Cadetes] Ita v. c. Sed suprà lib. II. appellauit Caletes, & item Hirtius lib. VIII. Orosius & Plinius lib. XIX. cap. I. Caletes.

Osismi, Veneti, Lemouices, Vnelli] Ita v. c. sed Lemouices suprà iterum nominantur cum Pictonibus, & Bellouacis, vel vt constanter habet v. c. Bellouagis. Vt alterum omnino abundare videatur. Veneli item scribendum, pro quo v. c. habet Veneti, Ptolemæus Οὐένελοι.

Et peditum circiter CCLX.] v. c. CCL. & ita habet Orosius. Plutarchus verò τριάκοντα μυριάδας, hoc est, peditum CCC. millia.

Commius Atrebas] Ita v. c. sed lib. IV. & alibi Comius vnico, m, scribitur. & ita Dio lib. XL. Item Viridumarus in v. c. vt etiam in Fastis Capitolinis, non, Viridomarus.

Quid ergo Romanos, &c.] Videtur legẽdum Quid ergo? Romanos, &c. interrogationis nota ad vocem ergo, apposita. At paulo pòst: Quid ergo mei consilij est? facere, &c. Ita enim habet meus vetustissimus liber, & ita loquitur Brutus lib. II. epist. I. ad Ciceronem, cùm ait: Quid ergo est, inquis, tui consilij? Dandus est locus Fortunæ.

Iure & legibus commutatis, feris securibus subiecta] Ita legitur in v. c. cùm in vulgatis desit

vox, ferîs, pro qua libentius legerem, fœdis.

Et nostros multitudine premi viderent] Ita habet v.c.& paulo pòst, fundis librilibus, non, libralibus. Festus: Librilia appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. In v.c. paulo suprà est: De vallo proturbare. & paulo pòst: Gallos proterrent.

Leniter decliui castra fecerunt] v.c. Leuiter, & paulo pòst, fecerant, habet idem v.c. non, fecerunt. Item: L. Caninius Rebilus, non, Regulus. nam v.c. habet Reuilus, b, scilicet littera in u, ex librariorum consuetudine mutata, & Rebilus item dicitur ab Hirtio lib. VIII. quod est Caniniæ gentis cognomen apud Liuium, & Scriptores Capitolinos.

A castris, longurios, musculos, falces, reliquaque] Videtur omnino scribendum, & crates, pro, à castris; nam Vercingetorix opido se, non castris tutabatur: & paulo infrà in v.c. habetur: Aggere & cratibus fossas expleret. Item suprà, Proximam fossam cratibus integunt, atque aggere complent.

Laborantibus summittit] Videtur desiderari verbum, subsidia, aut aliquid tale. Et infrà legendum: Exiguum ad decliuitatem fastigium, &c. vel vt est in v.c. iniquum, pro, exiguum, sine verbo, loci. Romani enim ab ea parte iniquo loco & leuiter decliui castra fecerant, siue leniter decliui, vt suprà diximus ex v.c.

Imperat si sustinere non possit, deductis cohortibus eruptione pugnet: id nisi necessariò, ne faciat] Ita v.c. sine dictione, &, ante verbum imperat. & paulo pòst habet v.c. Equitum sese partem sequi.

Loca prærupta atque ex ascensu tentant] Ita v.c. & paulo pòst: Aggere & cratibus fossas explent.

Coactis vnà de XL. cohortibus] Vix credi potest tot cohortes fortuitò cogi potuisse. Quare videndum an legi debeat, coactis XI. cohortibus, nam error fluxit ex notarum similitudine. In v.c. est: coactis de XL. cohortibus,

tibus, vt illud, de, abundare videatur, & XL. in XI. mutari debeat. paulo pòst v.c. habet: Excipit rursus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor.

Labore milites essent defessi] v.c. habet, Defatigati fuissent; pro, essent defessi. Et paulo pòst scribendum: L. Minucium Basilum, vt diximus suprà. Item: P. Sulpicium Cauilloni; nam ita habet v.c. & Strabo lib. IV. cùm ait: τὸ παλαιὸν ἔθνος πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ὑπὲρ τοῦ Ἄραξ-ρι, καὶ φρούριον βίβρακτα. Ptolemæus item editionibus vulgatis, Καβυλλῖνοι. Extrema verba huius libri Faernus ex v.c. ita legebat: His rebus, litteris Cæsaris cognitis, Romæ dierum XX. supplicatio indicitur.

# NOTÆ
## AD LIBRVM VIII. A. HIRTII
## DE BELLO GALLICO.

QVI me mediũ interposuerim Cęsaris scriptis] v.c. habet: Qui me medijs interposuerim, &c. & hic liber ita inscribitur a A. Hirtij, vel Pansę belli Gallici, lib. VIII. Paulo suprà v.c. habet: Nouissimeq. imperfectũ, &c. vt fortasse legendum sit, nouissimũ atq; imperfectum.

Resisti posse Romanis] v.c. à Romanis.

Cæsar M. Antonium Quæstorem suis præfecit hibernis] De hac Antonij Quæstura ita habetur apud Ciceronẽ lib. II. Philipp. Venisti è Gallia ad Quæsturam petendã. Quęstor es factus. deinde continuò sine S.C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi. Ibi te cùm & illius largitionibus, & tuis rapinis expleuisses, si hoc est explere, deuorare quod statim effundas, aduolasti egens ad Tribunatum.

Ipse equitatus præsidio prid. Kal. Ian. ab opido Bibracte proficiscitur ad legionem XII.] v.c. habet equitum, non, equitatus. Ex his autem verbis Antonij ce-

Aut noſtra auxilia, aut Gallorum, &c.] Videtur legendum: Aut noſtra auxilia, Gallorum, Germanorumque tranſibant, acriusque hoſtes inſequebantur: aut viciſſim hoſtes eandem transgreſſi, &c.

Quibus illa die] Placeret magis: Quibus illo die (nempe ſors) fungendi muneris obuenerat. & ſuprà, pabulatoribus Faernus pro, pabulationibus legebat. Paulo pòſt in v.c. pro pudore coacti, habetur, pauore coacti.

Vtrum ſecundis, minimisque rebus] Sententia poſcit vt legatur, maximisque rebus. Et paulo pòſt: Quæ tranſeundi difficultate, non, difficultas. Pro eo verò quod eſt paulo ſuprà, copijs armatorum, caſtrorũ vias inſtruunt, in v. c. legitur: Copias armatorum pro ſuis inſtruunt caſtris.

Falces vbi conſederant, &c. ſtramentorum ac virgultorum, quorum ſumma erat copia, per manus inter ſe traditos] Ita Faernus. Qui paulo pòſt ex v.c. legebat: à conſpectu extulit Romanorum.

Vix ſuorum ipſi priores partes animaduerterent equorum] Ita interpungendum, & legendum ex v.c. & paulo pòſt videtur ſcribendum: Romanos pabulatum venturos ſuſpicaretur, &c. licet vulgata lectio ferri poſſit. Item in v.c. eſt: Primùm cum paucis ſe oſtendit, &c. noſtri autem conſtanter, &c.

Correo prœliante ex ſiluis] Videtur legendum pronuntiante, pro, prœliante. Sic enim ſuprà locutus eſt, cùm dixit: Extremo tempore diei ſigno pronuntiato. Et Correo, non, Corbeo, habet v.c. & Oroſius manuſcriptus. Item infrà, pro tamen, magis placeret, tandem.

Cùm interim nulla calamitate victus Correus excedere prœlio, ſiluasque petere, aut inuitantibus noſtris, &c.] Ita v.c. & paulo pòſt Faernus legebat: Omnibus aduerſis, interfecto Correo, deletis verbis, cognita calamitate. Item: Vt ea pœna ſit contentus, &c. ſine voce, hoſtium, quæ videtur adiecta.

Velut insueta re permotus, vellet celeriter Commium interficere, à familiaribus prohibitus, non potuit] Ita v.c. & pòst: Qui illis regionibus præerat, &c, sine particula, in.

Legionemque XII.] Legendum videtur, legionemque IV. vt lib. III. de Bell. ciuil. ex Lucano admonuimus scribendum esse. In extremo autem huius libri hæc ipsa legio dicitur XV. mendosè sine dubio, vt ad eum locum notauimus. cùm sit scribendum, IV. Ibi enim sic legitur: Cn. Pompeio legionem primam remisit, & ex suo numero XV. quam in Gallia citeriore habuerat ex S.C. iubet tradi, &c. Primam verò legionem à Pompeio Cæsar acceperat, vt habetur lib. VI.

De incursione barbarorum] v.c. habet, Decursione, siue vt est in alio, discursione. Paulo pòst Faernus legebat: Proximum esse ducebat, &c. sine verbis, suæ dignitatis. Item pro, ciuibus, ædificijs, vt corruptè habetur in vulgatis, reponebat vicis, ædificijs. In qua voce erratum est item alibi apud Cæsarem non semel, vt lib. III. de Bell. ciuil. pro, vicis castellisque factum est, vigilijs, castellisque, vt ibi notauimus.

Quorum ciuitas] Videndum an legi debeat: Quorum pars ciuitatis. nam Duracius in amicitia Cæsaris constanter permanserat, licet pars ciuitatis eius defecisset.

Ad opidum Limonum contendit] Ita vv. cc. habent constanter, & item infrà, ad obsidendum Limonum redit; & Ptolemæus edit λίμωνον. Vt de ea lectione non debeat aliquo modo dubitari.

Quod erat ponte propter magnitudinem transeundum] Ita vv. co. pro, constratum. Item: Atque agmen morarentur, &c. deleta voce, omne, quam Faernus etiam reijciebat.

Q. Titatius Varus] Legendum, Q. Attius Varus, vt lib. III. de Bell. ciuil.

Namque nostri contemptis pridie superatis hostibus] Ita videtur legendus hic locus, non, superatisque.

& pau-

& paulo pòst ex v. c. scribendum: Non amplius hominum v. millibus. Item pro, possent concitari, videtur legendum, posse concitari.

Munitiones circundare conatur] v. c. habet, moratur; Quæ lectio confirmatur loco inferiore, in quo est: Extremoque hoste delecto, cuius timore augere præsidia, & munitione circúdare opidanos prohibitus erat.

Profugit inde cum paucis Lucterius] v. c habet, Effugit. & deinde: In castris à millibus non amplius decem. Item paulo pòst: Fugato duce altero, perterreri reliquos, & opprimi posse.

Ipse legionem vnam in trina castra distribuit] Ita v. c. meus, & Faernus. Distribuit autem legionem vnam in castra illa, quæ suprà dixit excelsissimo loco trina fecisse.

At Germanos equites imprudentibus omnibus de improuiso aduolasse, subitoque prœlium commisisse] Ita v. c. & item post: Germani equites, non, equites q;.

Guturnatum] v. c. Gutuatum. Videtur autem legendum vel, Gotuatum, vel, Cotuatum; Ita enim eum suprà appellat Cæsar lib. VII. cùm inquit: Cotuato & Conetoduno ducibus.

Ex profugis cognosceret] v. c. habet cognouisset. Item: Sub ipsius opidi murum, &c. Et: Opidani enim loco superiore decurrentes, sine periculo prœliabantur, multosque pertinaciter succedentes vulnerabant, vt tamen milites nostri non deterrerentur vineas proferre, &c. Et: Eodem tempore cuniculos tectos, crates, & vineas agunt ad caput fontis, &c. atque ita Faernus legebat ex suo codice. Et infrà: Extruitur agger in altitudinem pedum LX. &c. ita enim legendum, non, nouem; Error fluxit, vt videtur, ex notarum similitudine IX. & LX. Orosius confirmat hanc lectionem, cùm ait lib. VI. Extruitur agger, & turris pedum LX. Paulo pòst v. c habet: Sed quæ superaret fontis fastigium. Item: adaquarentur opidani, &c. pro, possent aquari.

Scandulis complent ] Hunc locum sic æmulatur Orosius lib. VI. Cupas pice, seuo, & scandulis repletas. Scribit autem Isidorus lib. IX. cap. XIX. Scindulas à scindendo, non scandulas debere dici. & Plinius lib. XVI. ait, Cornelium Nepotem referre scindulis Romam tectam fuisse annis CDLXX. Paulo pòst in v.c. est: Vt ab incendio restinguendo dimicatione & periculo deterrerentur Romani. Item: Ita vt quàm quisque poterat, maximè insignis, &c. & paulo suprà, fortissimo, pro, paratissimo.

Cùm pertinaciter resisterent opidani, & iam magna parte suorum siti amissa, in sententia permanerēt, ad postremum, &c. ] Ita Faernus ex v. c.. & pòst: Manus præcidit, vitam concessit,

Qui nullis aduersus Romanos ] v. c. Qui nulli aduersus, &c. Et paulo pòst legendum: Collocauit cum M. Antonio Quæstore, & C. Trebonio, & P. Vatinio, & Q. Tullio legatis. Sic suprà: M. Antonium Quæstorem suis præfecit hibernis. & infrà: Quibus M. Antonij Quæstoris sui commendaret dignitatem.

Duas in Turones ad fines Carnutum posuit ] v. c. habet in Turonis. Sed τύρωνοι Germaniæ populi Ptolemæo, Paulo pòst in v.c. habetur: Quam suprà commemorauimus. Item: Parente sibi omni ciuitate, &c. pro eo quòd in vulgatis est, parente Romanis ciuitate.

Qui cum eô hibernaret ] v. c. hiemaret. Et paulo pòst v c. sic habet: Volusenus ad eam partam virtutem, quę singularis, &c. Item: Longius produxisset, &c. licet in alio v c. sit perduxisset. Atque ea lectio confirmatur loco simili ex lib. III. de Bell. ciuil. in quo est: Elicuit naues Labienus, atque ex his longius productam vnam quinqueremem cepit. Infrà pro conuersi, alius codex habet, conuersis equis, sed liber vetustissimus, conuerso equo.

Quod vbi malum, &c. ] Faernus totum hûc locum, ita legebat: Quod malum dux equi velocitate euitauit,

rauit, sic prœlio secundo grauiter vulneratus Præfectus,&c. Item: Commentarios confeciſſe,&c. non, feciſſe. & ita vv.cc.

L. Paullo C. Marcello Cos.] Ita v.c. & ita omnino legendum. licet Octauius Pantagathus olim L. Lentulo repoſuerit pro L. Paullo. Annus enim hic eſt nonus prouinciæ Cæſari decretæ, quo Conſules fuerant L. Aemilius Paullus,& C. Claudius Marcellus. L. autem Lentulus & C. Marcellus, quorum mentio eſt in antiquis etiam denarijs, vt infrà dicetur, Conſules deſignantur in inſequẽtem annum, qui fuit decimus prouinciæ Cæſaris, quo ipſe anno petiturus Conſulatum erat, vt ex his verbis intelligitur, quæ paulo pòſt habentur: Simulque ſe,& honorem ſuum in inſequentis anni commendaret petitione, propterea quòd inſolenter aduerſarij ſui gloriarentur, L. Lentulũ. C. Marcellum Conſules creatos (creatos autem poſuit pro deſignatos) qui omni honore & dignitate Cæſarem expoliarent. Paulo pòſt in v.c. Faerni & meo habetur: Quàm ſub deceſſum ſuum neceſſitatem ſibi aliquam imponi,&c.

Ipſe hibernis peractis contra conſuetudinem in Italiam] Contra conſuetudinem dixit, quoniam æſtiuis peractis, non, hibernis, ſolitus erat in Italiam ad conuentus peragendos proficiſci, vt ſuprà lib. v. & lib. vii.

Contendebat enim gratia cum libenter] Videtur verbum, gratia, adiectum eſſe, & ita legendum ex v.c. Contendebat enim libẽter cùm pro homine ſibi coniunctiſſimo, &c. & paulo pòſt totus hic locus ita legendus: Simulque ſe,& honorem ſuum in inſequentis anni commendaret petitione; propterea quod inſolenter aduerſarij ſui gloriarentur L. Lentulum, & C. Marcellum Conſules creatos, qui omni honore & dignitate Cæſarem expoliarent,&c. Particula, in, videtur omiſſa ex oſcitantia librarij decepti ſimilitudine priorum litterarum verbi inſequentis. Expoliari autem

tem honore dictum est, quomodo illud lib. II. Vnum petere, ac deprecari, non se armis dispoliaret. & lib. V. Gallia omni nobilitate spoliaretur. & hoc ipso libro: Vt, interposita Senatus auctoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur.

Lætitia percipi posset] Præcipi, pro, percipi lectio est veteris libri, nec caret exemplo; nam Cæsar lib. III. de Bell ciuil. ita locutus est, cùm inquit: Ac iam animo victoriam præcipiebat.

Ibique exercitum lustrauit] De hac lustrandi exercitum consuetudine tam multi meminerunt, vt pudeat de ea re Scriptorum locos colligere. Itaque vno aut altero contenti erimus. Cicero lib. I. de Diuinatione: Cùm Imperator exercitum, Censor populum lustrat, bonis nominibus qui hostias ducant, deliguntur. Liuius lib. III. Consul extra portam Capenam castra locat: inde lustrato exercitu Antium profectus, haud procul opido, statiuisque hostium consedit, &c. Lustrabant autem tum ex prouincia decessuri (vt ex hoc loco apparet) tum commissuri prælium. Liuius lib. VIII, & IX. Tacitus lib. XV. Appianus in Parthico. Dio lib XLVII ὡς μέντοι τὰ στρατεύματα, ἅτε ἐν τῷ ἐαρινῷ τὸ πλεῖστον ὄντα, τῇ τε πρώτῃ καθαρσίῳ καὶ τῇ ἀντιπολεμούντων καταφρονήσαντα, ὅπερ τὸ καθάρσιον τὸ πρὸ τῆς ἀγώνων γιγνόμενον, ἐντὸς τοῦ ἐρύματος, ὡς καὶ διδόντες ἐποιήσαντο, ἐς τε τὴν μάχην ὥρμησαν: Quin & ipsi milites pro se quisque sacrificabant, vt colligitur ex Plutarcho in Bruto, cùm ait: οἱ μὲν οὖν πρὸ καίσαρα καθαρμὸν ἐν τῷ χάρακι ποιησάμενοι, μικρὸν τι σίτου καὶ δραχμὰς κατ' ἄνδρα πέντε διένειμεν εἰς θυσίαν. οἱ δὲ πρὸ βροῦτον, καταγνόντες αὐτῆς τῆς ἀπορίας ἢ μικρολογίας, πρῶτον μὲν ἐν ἀναιδρῳ, ὥσπερ ἔθος ἦν, ἐκάθηραν. ἔπειτ' ἱερέων πλήθη κατὰ λόχους, καὶ δραχμὰς ἑκάστῳ πεντήκοντα διαδόντες, εὐνοίᾳ καὶ προθυμίᾳ τῆς δυνάμεως πλέον εἶχον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σαμμεῖον ἐν τῷ καθαρμῷ μοχθηρὸν ἔδειξε τῷ Κασσίῳ γηρύων. τὴν δὲ σίφαν αὐτῷ κατεσφάγμενον ὁ ῥαβδοῦχος προσήνεγκε. Paulo pòst Factus legebat, fore eo pacto liberã, &c. non, eo facto.

Sed

Sed etiam per se discessionem facere cœpit] Erat hoc iniquum, vt inquit Cicero, & nouum. Sic enim scribit lib. I. ep. II. ad Lentulum: Cùm Lupus Trib. Pl. quòd ipse de Pompeio retulisset, intercedere cœpit, ante se oportere discessionem facere, quàm Consules. Eius orationi vehementer reclamatum est: erat enim iniqua & noua. Consules neque concedebant, neque valde repugnabant, diem consumi volebant, id quod est factum, &c. Itaque Faernus verborum ordine inuerso, &, se, dictione in S.C. mutata, legebat: Sed etiã S.C. per discessionem facere cœpit. Id quo modo fieret, docet Agellius lib. XIV. cap. VII. Nam, vt inquit Tacitus lib. XXVII. Aut verbo assentiebantur, aut pedibus in sententiam ibant. Liuius lib. V. & IX. In quam sentẽtiam cum pedibus iretur. Sallustius in Bello Catil. Pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat. Cicero lib. I. epist. ad Atticum: Raptim ad eam sententiam pedarij concurrerunt. Suetonius in Tiberio cap. III. Cùm S.C. per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Vopiscus in Tacito: Deinde alijs manus porrigentibus, alijs, pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbis consentientibus, conditum S.C. est. Cicero Philipp. lib. III. S.C. de supplicatione per discessionem fecit. & lib. XII. epist. ad Atticum: In eius sententiam facta est discessio. Tacitus lib. III. In hanc sententiam facta est discessio. & lib. V. S. C. per discessionem. Idem Faernus reperiri etiam in vetere libro dicebat hoc modo: Sed etiam per se Senatus discessionem facere cœpit.

Quod ne fieret, Consules, amicique Pompeij iusserunt] Octauius Pantagathus legebat, intercesserunt, pro, iusserunt, coniectura ductus, vt videtur, non mala. Nam per alios Tribb. Pleb. Consules amicique Pompeij, potuerunt intercedere, ne scilicet S. C. illud per discessionem fieret, per quod referente Curione, Cæsar &

sar & Pompeius ab armis discederent. Sed recepta lectio, iusserunt, cùm in vv. cc. reperiatur, retineri potest. Marcellus enim Consul, qui Pompei rebus fauebat, παρούργως, vt ait Appianus, tergiuersando, & vt inquit Hirtius, remorando, siue rem moderando, iusserat, & quodammodo intercesserat, quo minus S. C. conderetur. Cùm tamen CCC. & LXX. Senatores Curionis sententiam sequerentur, viginti duo autem tantùm remanerent. De qua re ita scribit Appianus lib. II. de Bell. ciuil. καὶ ὁ Κλαύδιος, ita enim legendum, non, Καλίδιος, παρούργως διήρει, καὶ ἐπωδάνετο αὐτῶν τοῖς μέσοις, εἰ δοκεῖ Καίσαρι πέμπειν διαδόχους, καὶ εἰ Πομπήϊον τοῦ ἀρχοῦ ἀφαιρεῖσθαι. οἱ δὲ πρότερον μὲν ἀπέκλινον οἱ πλείους, Καίσαρι δ' ἐπεψήφιζον τοὺς διαδόχους. ἐπανερομένου δὲ τοῦ Κουρίωνος, εἰ ἀμφοτέρους δοκεῖ τὰ ὅπλα ἀποτίθεσθαι, δύο μὲν καὶ εἴκοσιν ἀνδράσιν ἀπῆρεσκε, τριακόσιοι δὲ καὶ ἑξήκοντα εἰς τὸ συμφέρον ἀπὸ τῆς ἕδρας τοῦ Κουρίωνος γνώμην ἀπέκλινον. & Plutarchus in Pompeio: Πρὸς ταῦτα Μαρκέλλου τοῦ ὑπάτου, λύσιν ἀποκαλοῦντος τὸν Καίσαρα, καὶ ψηφίζεσθαι πολέμιον κελεύοντος, εἰ μὴ καταθήσεται τὰ ὅπλα, Κουρίων ὅμως ἴσχυσε μετὰ Ἀντωνίου καὶ Πείσωνος ἐξελέγξαι τοῦ σύγκλητον. ἐκέλευσε γὰρ μεταγνῶναι τοὺς Καίσαρα μόνον τὰ ὅπλα καταθέσθαι κελεύοντας, Πομπήϊον δὲ ἄρχειν. καὶ μετέστησαν οἱ πλείους. αὖθις δὲ μεταγνῶναι κελεύσαντος ὅσοις ἀμφοτέροις ἀρέσκει τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ μηδέτερον ἄρχειν, Πομπηίῳ μὲν εἴκοσι καὶ δύο μόνον, Κουρίωνι δὲ πάντες οἱ λοιποὶ προσέθεντο. Hoc igitur ait Hirtius magnum fuisse testimonium Senatus vniuersi, voluisse scilicet vtrumque ab armis discedere, quippe qui de ea re referente Curione, in eius sententiam discessionem fecerit.

Retulerat ante tempus ad Senatum de Cæsaris prouincijs] Ante tẽpus dixit, quia lege per Pompeium & Crassum lata, Cæsari in alterum quinquennium prouinciæ prorogatę fuerant, duoque anni reliqui adhuc erant. Suetonius in Cæsare cap. XXVIII. C. Claudius Marcellus Cos. edicto præfatus de summa se reip.

reip. acturum, retulit ad Senatum, vt ei succederetur ante tempus, &c. sic enim legendus apud Suetonium hic locus.

Senatus frequens in alia omnia transijt ] Festus Pompeius docet, cùm S. C. per discessionem fieret, Magistratum qui de aliqua re ad Senatum retulisset, ita solitum dicere: Qui hoc censetis, illuc transite; qui alia omnia, in hanc partem, Quibus verbis, ait Festus, præit, ominis videlicet causa, ne dicat, qui non censetis. Ad hũc morem respexit Cicero lib. 1. epist. 11. cùm ait: De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. & Cælius in epist. VIII. lib. VIII. ad Ciceronem: Senatus frequens in alia omnia transijt. Item Plinius lib. IX. epist. ad Aristonem, cùm ait: Quid? Lex non apertè docet, dirimi oportere sententias occidentis & relegantis, cùm ita discessionem fieri iubet? Qui hæc sententiis, in hanc partem; qui alia omnia, in illam partem ire. Dio lib. XLI. Διαψηφίσεως δὲ ὅτι πύτοις, ὅπῃ τοῖς καὶ ἐπ' ἐκεῖνά τῷ βουλευτηρίου μεταστῆναι γνωμένης.

Fit deinde S. C. vt ad bellum Parthicum legio vna à Cn. Pompeio, altera à C. Cæsare mitterentur ] Dictatori quattuor legiones dabantur, Consulibus autem, & Procos. duæ, vt scribit Liuius lib. II. & lib. VIII. quarum etiam numerus pro belli magnitudine augebatur, vt scribit idem Liuius lib. XLII. Bibulo igitur qui Syriam prouinciam Procos. obtinebat, vt tanquam obsesso, duæ legiones mitterentur, Pompeius parauerat, & vt ait Dio, ἐλοιδορήσεν, quibus scilicet Cæsarem expoliaret, vt scribit Dio, cuius verba ex lib. XL. sunt hæc: πότερον μὲ ὁ Πομπήϊος ἕως ἐπ τὸν Καίσαρα διὰ φιλίας εἶχε, στράτευμα ἐν τῇ ὑπ τῶ καταλόγου αὐτῷ στρατευομένων δέδωκεν. ἐπεὶ δὲ διωνέχθησαν, ἐδεήθησας τοῦτό τε ἀπολαβεῖν παρ' αὐτῶ, καὶ ἔπ καὶ ἄλλο αὐτὸν προσαφελέσθαι, ἐλοιδορήσεν ὡς τ Βιβύλου στρατηγῷ πρὸς τοὺς πάρθους στρατευομένου.

Confectam ex delectu prouinciæ Cæsaris, ei tanquam ex suo numero dedit ] Ita v. c. meus. sed siue ei, siue

siue eam, vt habent alij codices, scribatur, vtrunque abundet necesse est. De hac prima legione ita habetur suprà lib. VI. Simul à Cn. Pompeio Procos. petit, &c. quos ex Cisalpina Gallia Cos. sacramento rogauisset, ad signa conuenire, & ad se proficiscisci iuberet.

Cæsar tamen cùm de voluntate aduersariorum se expoliari nemini dubium esset ] Verba, se expoliari, non habentur in vic. etsi retineantur, videtur delenda particula, de, ante vocē voluntate, ita enim & Faernus.

Ex suo nomine XV. quam in Gallia citeriore habuerat ] Ita v. c. meus, pro, ex suo numero, quanquam Dio habeat τῆς ἐκ τοῦ καταλόγου αὐτῷ στρατευομένων. Sed XV. mendum est, tum hîc tum suprà, vbi hæc ipsa legio XII. mendosè dicitur. Legendum enim IV. vtrobique, vt ad eum locum notauimus. Habetur autem ibi T. Labienum eam legionem in Galliam citeriorem duxisse, quæ præsidio esset colonijs ciuium Romanorum.

Per C. Marcellum Cos. legiones duas ] Ita v. c. Nam M. Marcellum, mendosè habetur in aliquot codicibus De duabus autem legionibus à C. Marcello traditis Cn. Pompeio, ita scribit Dio lib. XL. Κατηγορήσας δὲν τοῦ Κυρίου ὁ Μάρκελλος, ὡς καὶ πάντως ἀλωσομένου, ἔπειτ' ἐπειδὴ πρὸς τοὺς πλείονας ἀφείθη, δεινότατ' ἐτοιήσατο, καὶ ἐκπηδήσας ἐκ τοῦ συνεδρίου, πρὸς τὸν Πομπήϊον ἐν τῷ προαστείῳ ὄντα ἦλθε καὶ τὴν φυλακὴν αὐτῷ τῆς πόλεως, καὶ δύο στρατόπεδα πολιτικὰ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν μηδενὸς ἐψηφισμένου, ἔδωκεν, &c. καὶ ἵνα μὴ καινοί δή τινες καταλογοι γίγνωνται τό τε γὰρ πρᾶγμα κατεπείγειν, καὶ θεμιτὸν σφίσι στρατοπέδων εἶναι ἔλεγεν, ψηφίζεσθαι ἐποίησεν, ὥστε ἑκάτερον σφῶν ἑαυτόν τε καὶ τὸν Καίσαρα δεῖν αὐτῷ πέμψαι. Κἀκ τούτου συστρατευομένων οἱ οὐδένα ἀπέστειλε. τὸ δὲ δὴ στράτευμα ἐκεῖνο, ὅπερ τῷ Καίσαρι ἐδεδώκει, ἐπέλαβεν τοῖς ὅπλοις τοῦτο ταχθεῖσιν αἰτῆσαι. καὶ οὕτω τῷ μὲ λόγῳ ἀμφότεροι, τόδ' ἀληθὲς ὁ Καῖσαρ μόνος τὰ δύο ἔπεμψεν. & paulo post: ταῦτα οὖν τὰ στρατόπεδα παρεσκεύαζον μὲ ὡς ὅπλοις τοῖς παρ' ἐκείνου χρησόμενοι. ἐπεὶ δ' οὐδὲν αὐτῷ ἐδέησεν (οὐδὲ γὰρ χρεία σφῶν ἦν) ὁ Μάρκελλος πρότερον μὲ φοβηθεὶς μὴ τῷ Καίσαρι ἀποδοθῇ, ἐν τῇ

ἐντῇ Ἰταλίᾳ δεῖν εἶναι ἔλεγεν. τῷ τε δὲ τῷ Πομπηίῳ, ὥσπερ εἶπον, ἐνεχείρησεν. & Appianus lib. II. Λόγου δὲ ἄφνω φοβηθέντες ἐκπρόντες, ὅτι τὰς Ἄλπεις ὁ Καῖσαρ ὑπερελθὼν, ὅτι τῇ πόλει ἐλαυνει, θόρυβός τε πολὺς ἦν καὶ φόβος ἁπάντων, καὶ ὁ Κλαύδιος εἰσηγεῖτο τῇ ἐν Καπύῃ στρατιᾷ ἀπαντᾶν ὡς πολεμίῳ Καίσαρι. Ἐνισταμένου δὲ ὡς ὅτι φοβοῖτο τὸν Κουρίωνα, εἶπεν, εἰ κωλύομαι φήφῳ κοινῇ τὰ συμφέροντα διοικεῖν, κατ' ἐμαυτὸν ὡς οἷόν τε διοικήσω. Καὶ τὰ δὲ εἰπὼν, ἐξέδεσμε τῆς βουλῆς εἰς τὰ προάστεια μετὰ τῶν σωμάτων, ξίφος τε ὑφέλων τῷ Πομπηίῳ, καλέσας, ἔφη, κἀγὼ καὶ δὴ χωρεῖν ὅτι Καίσαρα ἐπὶς τῆς πατρίδος, καὶ στρατιὰν ἐς τοῦτό σοι δίδομεν, ἵππεις μὲν ἀμφὶ Καπύλιν, ἢ τῶν ἄλλων Ἰταλίαν ὅτι, καὶ ὅσων αὐτὸς ἐθέλεις ἄλλων καταλέγειν.

FINIS.

# NOTÆ

## AD LIBRVM PRIMVM

## DE BELLO CIVILI.

LITTERIS à Fabio C. Cæsaris Consulibus redditis] Locus est, vt videtur mendosus, & fortasse aliqua etiam ex parte mutilus. Desunt enim ea, quæ verisimile est Cæsarem principio libri scripsisse, de discessu scilicet Curionis ex vrbe, deque eius ad se profectione, vtque ab eo de statu rerum vrbanarum edoctus, ipse litteras dederit ad Senatum Curioni perferendas, vt scribit Dio & Apianus, quas Curio mira vsus celeritate ante Kal. Ianuarias nouis Consulibus reddiderit. Dio quidem ita lib. XLI. de hac tota re scribit: Μετὰ δὲ τοῦτο Κουρίων χρήματα παρὰ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν βουλὴν λαβὼν, ἦλθεν εἰς τὴν Ῥώμην ἐν αὐτῷ τῷ νεμηνίᾳ, ἐν ᾗ ὅτε Λέντλος ὁ

Κορνήλιον, καὶ ὁ Κλαύδιος ὁ Γάιος τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσαντο, καὶ ἔφθασαν πρότερον τοῖς ὑπάτοις αὐτὰ ἀπέδωκε, πρὶν ἐς τὸ συνέδριον σφᾶς ἀφικέσθαι, μὴ καὶ ἔξω πυλαζόντες, αὐτὰ ἀποκρύψωνται. & Appianus lib. II. Καὶ τὴν ὑπατολὴν ὁ Κουρίων πρὸ τριῶν ἡμέρας τεσσαρακοσίοις ὅπλοις χιλίοις καὶ ἱππεῦσι δεξιοῖς ἀπέδειξε τοῖς ὑπάτοις ἐσοδον εἰς τὸ βουλευτήριον τῇ πουμπηΐᾳ τὸ ἔτος. Caius autem Fabius perferre Cæsaris litteras ad Senatum omnino non potuit, qui tunc in Gallia apud Ædnos, vt in extremo VIII. libri habetur, cum IV. legionibus hiemabat, neque ex hibernis euocatus est prius, quàm eum Cæsar Narbonæ hiemantem cum tribus legionibus legatum in Hispaniam præmisit, dum ipse ad oppugnationem Massiliæ se parabat quæ Hispaniã proficiscẽti sibi portas clauserat. Quod verò docti viri reponunt, à C. Fabio Curione, id omnino falsum est; nam Curio Scriboniæ familiæ cognomen est, non Fabiæ; & hic ipse Curio in Senatus consulto apud Cælium ep. VIII. lib. VIII. ad Ciceronem, C. Scribonius C. F. Pop. Curio dicitur. Vt totum illud (à Fabio, C. Cæsaris) additum fortasse videatur ab aliquo, qui indicare voluerit, cuius essent illæ litteræ, & à quo perlatæ: Cai enim prænomen nusquam Cæsar posuit de se scribens, vel toto hoc Commentariorum opere, quod sciam. Summam verò Cæsaris litterarum hanc fuisse scribit Dio his verbis: ἐν δὲ τῇ ὑπατολῇ τά τε ἄλλα ὅσα πρὸ τοῦ καλῶς τὸ κοινὸν ὁ Καῖσαρ ἐπεποιήκει, ἐνεγέγραπτο, καὶ ὑπολογισμὸς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐπάλετο, καταλύσειν τε τὰ στρατόπεδα, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκστήσεσθαι ἐπηγγείλατο, ἂν καὶ ὁ Πομπήϊος τὰ αὐτὰ ποιήσῃ, &c. & Appianus lib. II. ἐπεὶ δὲ ἡ γραφὴ καταλογόντι στρατὸν ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ Καῖσαρ ἐπιτρέπει καὶ φράζειν ὅπη θέλει Πομπήϊῳ στρατοπεδεύσαι.

Summa Tribb. Pl. contentione] Tribunos Plebis qui Cæsaris rebus fauerẽt nominat Dio Q. Cassium Longinum, & M. Antonium lib. XLI. cùm de Cæsaris litteris in Senatu per nouos Consules recitandis, ita scribit: ὅτι πολὺ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀνέχον, οὐκ ἐθελήσαντες σφᾶς ἀναλέ-

ξασθαι.

ξαν. τέλος δὲ ὑπό τε τοῦ Κυίντου Κασσίου, καὶ ὑπὸ Μάρκου Ἀντωνίου δημαρχούντων διαγκάσθησαν αὐτὰ δημοσιῶσαι. Et paulo pòst Cæsar ipse eosdem Tribunos plebis profert, cùm inquit: Intercedit M. Antonius, Q. Cassius.

Referunt Consules de rep. in ciuitate] Consules designat L. Cornelium Lentulum, vt diximus, & C. Claudium Marcellum, qui in veteribus denarijs sunt, L. LENT. C. MARC. Cos. Verba verò in ciuitate, vt aliàs admonuimus, adiecta videntur, tum ob ea quæ statim sequuntur (Hęc Scipionis oratio, quòd Senatus in vrbe habebatur &c.) tum ob id quod paulo pòst dicitur. Proximis diebus habetur Senatus extra vrbem, &c. adiecta verò sunt, vt ijs indicaretur, Senatum in vrbe habitum fuisse tunc, cùm noui Consules Cæsaris litteris in Senatu recitatis, de Rep. retulerunt. Neque verò necesse est illud, in ciuitate, mutare in, indefinitè, vt quidam fecerunt, quod scilicet sollemne esset, vt ex Varrone notat Agellius lib. XIV. cap. VII. Kal. Ianuarijs per nouos Cos. ad Senatum referri indefinitè de Rep. Nam id verbum licet à sententia Cæsaris non sit alienum, est tamen subdititi, & ad loci intelligentiam minus necessarium. Quod enim indefinitè noui Consules de Rep. solerent referre, satis intelligitur ex verbis illis. Referũt Cõsules de Rep. &c. Quòd autẽ finitè item referrent, hoc est, de rebus singulis, vt ex eodẽ Varrone notat idem Agellius, ostẽdunt illa: Vt verò ex litteris ad Senatum referretur, impetrari non potuit. Itaq. L. Lentulus, & C. Marcellus Consules de litteris quidẽ Cæsaris, finitè initio anni referre noluerunt: de Rep. autẽ indefinitè, retulerũt. Ad quã cõsuetudinẽ respiciunt illa Liuij ex lib. XXII. CN. Seruilius Romę Id. Mart. magistratũ inijt, ibi cùm de Rep. retulisset, &c. Referebant autem tum de Republica, tum de prouincijs Consularibus. Liuius lib. XXVIII. In Liguribus magni belli, & gliscentis indies magis fama erat. itaque Consulibus nouis, quo die de prouincijs &

de Republica retulerunt. & lib. xxx. Coss cùm de Repub. belloque & prouincijs ad Senatum retulissent. & lib. xxxi. Anni principio, secundùm rem diuinam, precationemque, vt de Republ. deque prouincijs Senatum consulerent.

In eandem sententiam loquitur Scipio ] Scipio hic in veteribus monumentis dicitur Q. METELLVS PIVS. SCIPIO. IMP. quòd Naficæ filius cùm esset, testamento in genus, hereditatemque Metelli Pij adoptatus, inde cognomentum Metelli tulerit. Is autem filiam Pompeio in matrimoniũ dederat, & ab eo contrà, consulatum, ac ne causam diceret, acceperat. Dio lib. XLI. Πομπήϊος δὲ Κόϊντον Σκιπίωνα πενθερόντε οἱ ὄντα, καὶ δικαστοῦ αἰτίαν ἔχοντα, προσείλετο. οὗτος γὰρ ὑὸς τοῦ Νασίκου ὢν, ἐκ δὲ κλήσεως διαδοχῆς εἰς τὸ τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐεργέτου γένος ἐποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐπίκλησιν ἐκεῖνον ἔφερεν, ἔτι τε δυνατὸς παρὰ τοῦ Πομπήϊου ἐξέδωκεν, ἢ παρ' ἐκεῖνου τιμὴν τινὰ ἐκομίσατο, ἢ τὸ μὴ κατηγορηθῆναι ἀντέλαβεν.

Pompeiusque aberat ] Aderat, habent omnes manuscripti libri, & ita omnino legendum, non vt Petrus Victorius, & alij eum secuti, aberat, emendarunt. Valet autem, vt opinor, hoc loco, aderat, ad vrbem erat; quod rectè de Pompeio dictum est, qui quòd Procos. esset, cum imperio ad vrbem erat, cùm in vrbe esse ei non liceret. itaque ipse Cæsar ita de Pompeio infrà scribit: Ne ad eius periculum reseruare, & retinere eas ad vrbem Pompeius videretur. Ad vrbem verò esse, qui dicerentur, & pluribus locis docet Pædianus, & ex his Cæsaris verbis colligitur: Qui Procos. sunt ad vrbem, &c. Quam autem reponimus lectionem confirmant hæc quæ sequuntur verba: Misso ad vesperum Senatu, omnes qui sunt eius ordinis à Pompeio euocantur. & pòst: Proximis diebus habetur Senatus extra vrbem: Pompeius eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat, agit. Non est tamen dissimulandum in vno vetere libro, qui erat apud Antonium Augustinum, scriptu-

scriptum fuisse, aberat, quod putamus factum esse ex, auerat, vt tunc scribebant, b, in v, mutato ex antiqua consuetudine librariorum ; quod quidem verbum nempe, auerat, primis duabus litteris ita interpunctis, a.u.erat scriptum, significabat, ad vrbem erat. Eamque scripturam, hoc est, auerat, reperisse se in antiquo alio libro affirmabat mihi amicus meus homo doctissimus. Esse autem ad vrbem, vt modò docuimus, dicebantur ij, qui Proconsulari potestate præditi (vt tunc Pompeius, qui duas Hispanias cum imperio obtinebat) aut nondum in prouinciam profecti erant, aut nuper è prouincia reuersi, ingredi vrbem cum imperio legibus prohibebantur, vt docet idem Pedianus lib. II. in Verrem.

Vt primò M. Marcellus ingressus in eam orationem] M. hic Marcellus habetur in veteribus denarijs, in quibus eius Ædilitas spicæ signo expressa est, cum inscriptione M. MARC. Itemque M. Calidius, qui paulo pòst à Cæsare nominatur, & Triumuir monetæ cudendæ cum CN. Fuluio, & Q. Metello, in denarijs argenteis ita descriptus est, M. CALID. Q. MET. CN. FOVL. Hic autem Calidius inter disertos Oratores numeratur à Cicerone in Bruto, & cum Pompeianarum partium primò fuisset, repulsam passus anno superiore, quo cum L. Paulo, & C. Marcello consulatum petijt, ad Cæsarem se conuertit. Ingressus autem in eam orationem, dixit Cæsar de Marcello, quomodo infrà: Eum ingressum in sermonem Pompeius interpellauit. & Cicero lib. II. ad Atticum : In quam orationem cùm ingressus essem, Cassius interuenit. &, lib. VII. Philipp. Magna spe ingredior in reliquam orationem Patres conscripti.

Vt M. Rufus] opinor designari M. Cælium Rufum, cuius extant epistolæ ad Ciceronem lib. VIII. Itemque Ciceronis ad eum Ædilem Curulem designatum lib. II. Corruptè autem à Dione lib. XLI, nominatur

M. Cæcilius,& inter Tribunos plebis numeratur, qui Cæsari fauebant his verbis: πλὴν Μάρκου τέ τινος Καικιλίου, καὶ τοῦ Κουρίωνος τοῦ τὰ χρήματα κομίσαντος. Corruptè item apud Liuium in epitoma lib. CXI. C. Cæcilius dicitur. Cælius autem scribendum esse vtrobique apparet tum ex hoc Cæsaris loco, tum ex Orosio, apud quem est: M. Antonius & Q. Cassius Tribb. Pleb. Pro Cæsare intercedentes, interdicente Lentulo Consule, Curia Foroque prohibiti, ad Cæsarem profecti sunt, Curione Cælioque simul comitantibus. Sic enim legendum ex libro antiquissimo, cùm in vulgatis pro interdicente, malè scriptum sit, intercedente. Interdicere autem Foro, & Curia, itemque Rostris quid sit, notum est.

Paucis mutatis verbis] v. c. habet, Paucis mutatis rebus, ex qua lectionis varietate adducor vt credam, vtrumq;, & verbis, & rebus, glossema esse, legendumque paucis mutatis.

Terrore præsentis exercitus] Pompeius enim, vt inquit Dio lib. XLI. ἐν τῷ παρασκεύῳ τὰς δυνάμεις εἶχεν. & Appianus lib. II. Ἀντωνίου δὲ καὶ Κασσίου διαφθείροντων μετὰ Κουρίωνος, καὶ τοῦ Κουρίωνος γνώμῃ ἐπαινέντων, εἰ βουλὴ φιλονεικότερον ἔτι τοῦ Πομπηίου στρατιὰν φύλακα σφῶν εἰ χρῄζοιτο εἶναι.

Contra Rempub. factum videri] Respexit ad antiquam formulam, quæ reperitur in legibus iudiciarijs, quòd ea vterentur iudices in rebus etiam compertis, cum pronuntiabant factum videri, vt est in ænea tabula apud me Seruiliæ legis iudiciariæ, & apud Ciceronem lib. IV. Academicorũ, & in oratione pro M. Fonteio. In ænea quidem tabula sic est: DE CONSILII SENTENTIA ITA PRONONTIATO, FECISSE VIDERI. Eadem formula vtebantur etiam in Senatus consultis, quæ δόγματα ab eodem verbo videri, hoc est, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, Græci dicunt. Auctor ad Herenniũ lib. I. Senatus decreuit, si eã legem ad populũ ferat, aduersum remp. videri eum facere. Inter-

Intercedit M. Antonius, Q Cassius Tr. Pl. Refertur statim de intercessione Tribunorum] Hæc ita Dio lib. XLI. οὐ μὴν οὐδὲ κωλῦσαί τι αὐτὸν οὔτε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὔτε ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ὅτε Ἀντώνιος καὶ ὁ Λογγῖνος ἐπέτρεψαν. & paulo pòst: ἐσῆλθον αὖθις, καὶ πρὸς πωρίας αὐτὸν (τὸν δημάρχων) ἐβουλεύοντο.

Laudat Pompeius] Nomen Pompeius mutabat Octauius Pantagathus in verbum, promptos, quod opponitur ei, quod sequitur, segniores. Tacitus certè in vita Agricolæ simili sententia vsus est, cùm dixit: Laudando promptos, castigando segnes. Vt videatur voluisse Cæsaris locum imitari.

Completur vrbs ad ius comitiorum, Tribb. Pl. C. Curio euocat] Ita omnino interpungendum; nam Comitia anni principio habita iam fuerant, vt non necesse fuerit ad ea compleri vrbem: quæ compleri aliàs potuit ijs, quos Pompeius euocauerat. Ad ius igitur comitiorum euocat C. Curio Tribunos Plebis, hoc est, vt videtur, ad disceptandum de iure comitiorum per populum retinendo. Quibus sanè comitijs, cùm nuper à populo iussum esset, vt Cæsaris absentis haberetur ratio, & in alterum quinquennium ei prouincia prorogaretur, ratio quidem absentis per hoc Senatusconsultum, cuius tantùm auctoritas, vt ait Dio, intercedentibus scilicet Tribunis perscripta erat, non habebatur, prouincia verò ante tempus ei, & vt ipse ait, erepto semestri imperio, eripiebatur. Tentasse autem id Tribunos, & ex hoc Cæsaris loco colligitur, & ex eò quod subobscurè scribit Cicero lib. VII. ad Atticum, ep. IX. cùm ait: Cùm sit necesse, aut haberi Cæsaris rationem, illo exercitum, vel per Senatum, vel per Tribunos Pl. obtinente; aut persuaderi Cæsari, vt tradat prouinciam, atque exercitum, & ita Consul fiat; aut, si id non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiente, atque obtinente prouinciam; aut, si per Tribunos Pl. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci

ad interregnum; aut si ob eam causam, quòd ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere; illum autem initium facere armorum aut statim nobis minus paratis, aut tum, cum comitijs, amicis eius postulantibus, vt è lege ratio habeatur, impetratum non sit: ire autem ad arma, aut hanc vnam ob causam, quòd ratio non habeatur; aut addita causa, si fortè Tribunus Pl. Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut Senatusconsulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicens vi se expulsum, ad illum confugerit.

L. Piso Censor] L. hic PISO FRVGI in argenteis denarijs descriptus est, qui fuit Cæsaris socer, vt scribit Dio lib. XL. cùm ait: ὅ, τε Πείσων ὁ Λουκίου πενθερὸς αὐτῷ πρωτὸς ἦν.

Item L. Roscius Prætor] Hic, vt opinor, in veteribus denarijs L. ROSCIVS FABATVS dicitur, qui quòd Lanuuio oriundus esset, Iunonis sospitæ simulacro, quæ Lanuuij colebatur, & Lanuuini serpentis nota numinos signauit.

Catonem veteres inimicitiæ Cæsaris incitant, & dolor repulsę] Dio lib. XL. scribit Catonem biennio ante quo Consules M. Marcellus, & Ser. Sulpicius Rufus declarati sunt, consulatum petentem, repulsam passum fuisse, his verbis: Ἰδὼν δὲ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Πομπήϊον ὑπὲρ τὼν κατάσασιν τῆς πολιτείας αὐξανομένους, καὶ ὑποτοπήσας ἤτοι καὶ ἀμφοτέρους σφᾶς τὰ πράγματα ἕξειν, ἢ καὶ διαφθέντας ἀλλήλοις, σᾶσίν τε μεγίστως πολῆσειν, καὶ τὸν κρατήσαντα αὐτῶν μοναρχήσειν, ἠθέλησε μὲ σφᾶς, πρὶν ἀνταγωνίσασθαι, καταλῦσαι, καὶ τὼν ὑποτείαν ἐπ' αὐτοὺς ἤπησε, ἐπειδήπερ ἰδιωτεύων οὐδὲν ἰσχύσειν ἔμελλεν. ὑποπτευθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς τὰ ἐκείνων φρονούντων, τοιοῦτον τὶ δράσειν, οὐκ ἀπεδείχθη.

Quos se pro necessitudine partiturum cum Pompeio arbitratur] Licet vulgata lectio ferri possit, placeret tamen si scriberetur: Quæ secum pro necessitudine partiturum Pompeium arbitratur. Sic enim locutus

tus est lib. III cùm ait: Pompeius suum cum Scipione honorem partitum. Diximus autem suprà Scipionem Pompeio filiam in matrimonium collocasse, ad quod Cæsar respexit, cùm dixit, pro necessitudine.

Simul iudiciorum metus, adulatio sui & potétium] Verba, iudiciorum metus, ad Cæsarem sine dubio referũtur, qui si dimisso exercitu priuatus Romam rediisset, à Catone in iudicium vocatus, causam dicturus fuisset. Suetonius in Cæsare cap. xxx. Alij timuisse dicunt, vt eorum, quæ primo consulatu aduersus auspicia legesque & intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec sine iureiurando denuntiaret, delaturum se nomen eius, simul ac primùm exercitum dimisisset: quumque vulgò fore prædicarent, vt si priuatus rediisset, Milonis exemplo, circum positis armatis causam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie cæsos, profligatosque aduersarios respicientem, hæc eum ad verbum dixisse referens: Hæc voluerunt: tantis rebus gestis Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petijssem, &c. Videndum igitur an legendum sit, iudiciorum metu, quomodo Cicero in Pisonem locutus est, cùm dixit: Lætatur vidisse Seium iudiciorum metu, horrentem, tremẽtem, adulantem omnibus. Scipio enim fore sperabat, vt Cæsar si dimisso exercitu Romam veniisset, ne causam diceret, sibi adulaturus esset, ex qua re ostentaturum se, quantum ipse suique potentes, in Repub tunc, & in iudicijs pollerent. Nam, vt aliàs diximus, sui potentium, sine copula, &, Octauius Pantagathus legebat.

Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, & quòd neminem dignitate secum exæquari volebat] Ita habet v.c. & paulo pòst: Quorum ipse maximam partem illo affinitatis tempore adduxerat Cæsari, vel vt v.c. meus habet, iniunxerat Cęsari. Item infrà, ruptim, pro, raptim, scriptum est in v.c.

Neque etiam extremi iuris interceſſionem retinendi, quod L. Sulla reliquerat] Conuenit hoc cum ijs, quæ ſcribit Velleius lib. II. Hoc, inquit, conſulatu Pompeius Tribuniciam poteſtatẽ reſtituit, cuius Sullæ imaginem in iure, vel vt nos legimus, ſine re, reliquerat, &c. Tribonorum enim plebis extremum ius erat ipſa interceſſio, ad quam confugiebant, cùm deſtituti rebus alijs, impedire vellent Senatus decreta. Hoc autem ius, quod dicit extremum, Tribunis à Sulla relictum erat, qui vt ipſe Cæſar paulo pòſt ait, nudata omnibus rebus Tribunicia poteſtate, ſolam interceſſionem liberam reliquerat. Verbum igitur, interceſſionem, nobis non videtur inducendum, vt quidam putant, nec commutatis caſibus, extremum ius interceſſionis, legendum, licet hoc tolerabilius ſit. v.c. meus habet, interceſſione.

Sed de ſua ſalute die VII. cogitare coguntur] Deſignat, vt videtur, M. Antonium, & Q. Caſſium Longinum, Tribunos plebis, quibus Foro, Curiaque fuerat interdictum, quòd ipſi duo potiſſimum Senatusconſulto interceſſiſſent, vt ex Dione & Appiano, itemq. ex Oroſio ſuprà notauimus. Die igitur VII. dicit, quòd hæc acta ſint ex A.D. Kal. Ianuarias, quo die Tribuni magiſtratum inibant, ad A.D. VII. Idus, licet Aſconius ad illa Ciceronis lib. II. in Verrem (Magiſtratum ineat neceſſe eſt Non. Decembribus) ſcribat: eo die Tribunus plebis futurus.

Octauo denique menſe] Magis placeret, duodecimo, pro, octauo, quam lectionem adiuuat illud denique. additum. Error fluxit ex notis inuerſis IIX. & XII. In quo ſæpe librarij peccant.

Decurritur ad illud extremum, atque vltimũ S.C.] Hoc S.C. quale ſit, quibúſve verbis conceptum, oſtendunt Salluſtij verba in bello Catilinæ, cùm inquit: Itaque quod plerunque in atroci negotio ſolet, Senatus decreuit, vt darent operam Conſules, nequid Reſp. detrimenti

trimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano Magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciues, domi militiæque imperium atque iudicium summum habere. Aliter sine populi iussu nulli earum rerum Consuli fas est.

In desperatione omnium salutis] Videndum an vox, salutis, glossema sit ab aliquo adiectum. Certè post verbum, omnium, videtur distinguendum; nam hoc ipso libro Cæsar sic loquitur, cùm ait: Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, & alienationem exercitus?

Latorum audacia] Ita habet v.c. meus, & vulgatæ etiam editiones, pro eo quod alij reponunt, latronum, vel perditorum, vt ad id Senatusconsultum referatur, quod in coniuratione Catilinæ factum suprà ex Sallustio retulimus, vel ad id, quod biennio ante in cæde P. Clodij, qui à Milone fuerat occisus. Sed latorum audacia, rectè legitur; nam ita planè locutus est Cicero in oratione pro Sextio, cùm ait: Nam ex pertinacia, aut constantia intercessoris oritur sæpe seditio, culpa atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione proposita.

Quique Procos. sunt ad vrbem] Ita legendum esse, aliàs admonuimus. Procõsulibus autẽ ad vrbẽ erant, tũ Pompeius, cui Hispaniæ decretæ erant, tũ Cicero, qui vt ipse ad Tironem scribit, è Cilicia decedens prid. Nonas Ian. ad Vrbem venerat spe triumphi, cuique quòd cum imperio esset, vrbem ingredi non licebat.

Hæc S.C. perscribuntur A.D. vii. Id. Ian.] v.c. habet A.D. viii. Id. Ian. Quæ scriptura verior est, ob ea quę sequuntur (ita quinque primis diebus, quibus haberi Senatus potuit, &c.) Tot enim numerantur dies à Kal. Ian. quo die Consulatum inijt Lentulus, ad diem vii. Id. quibus actum dicit in Senatu, tum de imperio Cæsaris, tum de Tribunis Pl. quod tamen non de

omnibus,

omnibus, sed de tribus tantùm diebus est accipiendum; nam excipiuntur duo comitiales, qui intercesserant, quibus Senatus haberi non potuit. Itaque ex primis quinque diebus, qui ante diem VIII. Id fuerunt, demptis duobus comitialibus, per quos Senatus non habebatur, tres superarant dies, quibus in Senatu de Cæsaris rebus actum est. Hoc ex ipso Romano Kalendario facilius intelligi potest,

| | | | |
|---|---|---|---|
| K. | IAN. | NON. | F. |
| IV | F. | IIX. | F. |
| III. | C. | VII. | C. |
| PR. | C. | VI. | C. |

Suis leniſſimis poſtulatis] v. c. habet, leuiſſimis. ſed magis placet, leniſſimis. licet Cicero lib. II. ep. I. ſcribat: Cæſar amicus noſter minaces ad Senatum, & acerbas litteras miſerat.

Proximis diebus habetur Senatus extra vrbem] Extra vrbem Senatus habebatur, vel in æde Bellonæ, vt tradit Liuius lib. XXVIII. vel in æde Apollinis ad portam Capenam, vt idem Liuius ſcribit lib. XXXVII. cuius verba ſunt hæc ex lib. XXVIII. Inde præmiſſo edicto, vt triduo poſt frequens Senatus ad ædem Bellonę adeſſet, &c. poſt. In Senatu cum more omnium Imperatorum expoſitis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſent, vt pro Rep fortiter, feliciterq; adminiſtrata, & Dijs immortalibus haberetur honos, & ipſis triumphantibus vrbem inire liceret. Ex lib. XXXVII. hæc: Per eoſdem dies L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi regis deuicerat, extra vrbem in æde Apollinis cùm Senatus datus eſſet; auditis rebus geſtis, &c. magno conſenſu Patrum triumphus naualis eſt decretus, &c. Dabatur autem Senatus extra vrbem aut petentibus triumphum, quibus quòd cum imperio eſſent, vrbem ingredi non licebat, aut legatis exterarum nationum. Feſtus Pompeius: Senacula, inquit, tria fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus, &c. Vnum vbi nunc

eſt

est ædes Concordiæ, &c. Alterum ad portam Capenam. Tertium intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur, & P. Victor. Senacula, inquit, tria; Vnum inter Capitolium & Forum, &c. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ędem Bellonæ in circo Flaminio. Idem Festus scribit, Religioni fuisse extra portam Carmentalem in templo Iani Senatum habere, quia in eo S.C. factum est, vt Fabij ad bellum proficiscerentur

Faustus Sulla propere in Mauritaniam mittatur] v. c. habet Proprætore in Mauritaniam mittatur. Verbum enim Proprætore, quod esset obscurum, in, properè, mutatum est à librario tum hîc, tum alibi, vt suprà notauimus ad librum primum de bello Gallico, vbi T. Labienus Cæsaris Legatus Proprætorem, Legatus properè simili lapsu, dicitur. Faustus autem Sulla Proprætore, non vt vulgò legitur Pro Quæstore dicitur item à Cicerone lib. 1x. ep. 1. ad Atticum, licet de eo infrà Cæsar dicat: De Fausto impedit Philippus Trib. pl. Mauretaniam verò habent veteres libri, & nummi, pro, Mauritaniam.

Duæ consulares, reliquæ Prætoriæ] Octauius Pantagathus delebat verba, reliquæ Prætoriæ, quòd essent adiecta ex loco inferiore, vbi est: In rel quas Prouincias Prætores mittuntur.

Philippus & Marcellus priuato consilio prætereuntur] Octauius Pantagathus pro, Philippus reponebat, Paullus, vt in aliquibus etiam codicibus reperitur, cui quòd superiore anno Consul fuisset cum C. Marcello, prouincia decerni debebat. Itaque (vt scribit Cæsar) quærebatur Paullus in se iura magistratus commutari, ne ex Prætura & Consulatu, vt semper, sed per paucos probati & electi ad prouincias mittantur. Quod pertinet ad illa, priuato consilio prætereuntur.

L. Domitio Gallia] Vlterior scilicet; nam Cite-

rior Considio Noniano obtigerat, vt scribit Cicero lib. XVI ep. XI. his verbis: Se vlteriorem Galliã Domitio, citeriorẽ Considio Noniano, his enim obtigerũt, traditurum. Qui quidẽ Cõsidius is est, qui in veteribus denarijs, quos cusit nota tẽpli Veneris Erucinę, descriptũs est, addita inscriptione, C. CONSIDI NONIANI. ERVC.

Neque eorum sortes deijciuntur ] Conijciuntur, vsitatius erat. nam ita Liuius lib. XXX. Tunc, inquit, Prætorum prouinciæ in sortem coniectæ. & Cicero in Verrem lib. II. Nunquid igitur oportet, nisi tres in hydriam conijci, vnam educi? & pro Q. Ligario: Tuberonis sors coniecta est ex S.C. cùm ipse non adesset. De hac verò Prouinciarum sortitione sic Festus: Parare inter se munus dicebantur, cùm sortitio fiebat à Magistratibus P.R. vter Magistratus, vtram rem agere deberet: aut inter se comparabant de rebus lege mandatis. Itaque in Senatu, & in comitio quoque sortiri, aut inter se parare solebant, vtrum exire, vtrum domi manere oporteret. nam Consulibus æquè ac Prætoribus nouis in prouinciam ire, atque ex ea rem gerere: contra abire, anni prioris magistratibus opus erat. Lege etiam cauebatur, vt certos intra dies designati Magistratus prouincias inter se pararent.

Vt de eorum imperio ad populum referatur ] v. c. meus habet, ad populum feratur, siue, vt est in alio libro, ad populum R. feratur; quæ scriptura testimonio antiquitatis confirmatur, licet apud Liuium lib. XXIII. sit: Delatum ad populum, &c. cùm dicendum fuerit latum; vt, ad Senatum, relatum dicebant.

Paludatique votis nuncupatis exeant ] Ita v. c. non, exeunt. Vota verò in Capitolio nuncupabantur, & in Capitolio itẽ immolatis victimis persoluebantur, vt ex Liuio, & alijs, itemque ex veteribus monumentis Fratrum Arualium intelligimus. Ex quibus inscriptionibus formula etiam nuncupãdorum votorum, his verbis concepta fuisse apparet: Quod si Iuppiter faxis,

tunc

tunc tibi boue aurato vouemus esse futurum. Liuius lib.xxxvi. Id votum in hæc verba præeunte P. Licinio Pont. Max. Consul nuncupauit. Si duellum &c. id ex sententia Senatus populiq́ue Romani confectum erit, tunc tibi Iuppiter populus R. ludos magnos in dies x. continuos faciet. & lib. xli. & xliii. Rursus lib. xxi. Consul profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde ad prouinciam iret. & lib. xii. Votis ritè in Capitolio nuncupatis. Cicero in Verrem lib. vii. Quòd cùm paludatus exisset, votaq́ue pro imperio suo, communiq́ue P. R. nuncupasset. Suetonius in Caio cap vi. Passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est. Sed alibi quoque nuncupari vota solita fuisse apparet ex Liuio, qui lib. xli. ita scribit: Populus in Foro votum nuncupauit Marcio Philippo verba præeunte.

Lictoresq́; habent in vrbe ex Capitolio priuatim] Octauius Pãragathus legebat, in vrbe & Capitolio, &c. Erat autem id contra vetustatis exempla, quòd priuatim, siue, vt habet v. c. priuati, & quòd in vrbe & Capitolio Lictores haberent, cùm extra vrbem securibus tantùm Consules vterentur; intra vrbem verò fascibus; nec ambo simul, sed alternis mensibus, vt inquit Liuius lib. ii. ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Videndus Dionysius lib. v. & Agellius lib. ii. cap. xv.

A quibus inductum] v. c. meus habet, deductum, pro quo in alijs est, diductum. Et paulo suprà: Omnia diuina, humanaq́ue iura permiscentur.

Vt Tribunicia potestas armis notaretur] Hæc ad illa superiùs dicta referuntur: Neque Tribb. Pl. sui periculi deprecandi facultas tribuitur, &c. item: Profugiunt statim ex vrbe Tribb. Pl. seseq́ue ad Cæsarem conferunt, &c. Notãdi autem verbo de eadem re vsus videtur Cicero in epist. ix. ad Atticum lib. viii. cùm ait: Si fortè Tribunus plebis Senatum impediens, aut

popu-

populum incitans notatus, aut Senatusconsulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicens vi se expulsum, ad illum confugerit.

Quæ superioribus annis armis esset restituta] Antonius Augustinus putabat deleta voce, armis, locum esse restitutum. Nobis verò magis placeret, si retenta ea voce, verbum restituta, mutaretur in, constituta, vel aliquid tale. Nam Sallustius in oratione M. Lepidi licet alio verbo vsus sit, eandem tamen rem significasse videtur, cùm de Sulla sic ait: Nisi fortè Tribuniciam potestatem euersum profecti sunt, per arma conditam à maioribus suis.

Pompeium, qui amissam restituisse videbatur, dona etiam quæ ante habuerat, ademisse] Ita v.c. meus, cùm in alijs sit, videatur. Petrus autem Victorius legebat amissa', &, bona, pro ijs quæ vulgò habentur, amissam, &, dona. Nos illud bona valde probamus; verbum tamen, amissam, retinemus. De Tribunicia verò potestate à Pompeio restituta ita scribit Asconius in Diuinatione: Primus Sicinius Trib. Pl. nec multo pòst Quinctius, & postremò Palikanus perfecerunt, vt Tribuniciam potestatem populo darent. Consules Cn. Pompeius Magnus, & M. Licinus Crassus, & lib. 11. in Verrem: Pompeius autem Procos. de Hispania Sertorio victo nuper venerat, & statim habuerat concionem de restituenda Tribunicia potestate Palikano Trib. Pl. Sallustius in Catilina. Nam postquam Cn. Pompèió, & M. Crasso Cos. Tribunicia potestas restituta est'. Annus autem est is vrbis conditæ DCLXXXI. quo Tribunus Pl. M. Lollius Palikanus (siue Atilius is ex Sallustij fragmento nominandus sit) auctor fuit Pompeio restituendæ Tribuniciæ potestatis, quã rem vt indicaret, rostra libertati sacra in denarijs signauit, & ex altera parte ipsius libertatis caput, cum inscriptione, LIBERTATIS & PALIKANVS.

Nihil factum, ne cogitatum quidem] v.c. habet, nil cogitatum

cogitatum quidem; vt fortasse legendum sit: Nihilne cogitatum quidem.

Conclamãt legionis XIII. quæ aderat, milites, hanc enim initio tumultus euocauerat ] Euocauerat, vt videtur, ex præsidijs Italiæ, ex quibus deducta legione XV. quam ad bellum Parthicum ex S. C. miserat, XIII. hanc in eius locum ibi suffecerat, vt scribit Hirtius libro VIII.

Eò L. Cæsar adolescens venit, cuius pater Cæsaris erat legatus ] suprà lib. VII. meminit L. Cæsaris legati, cùm ait: Quæ ex ipsa coacta prouincia ab L. Cæsare legato ad omnes partes opponebantur. Dio lib. XLI. Καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν Καίσαρα, Λούκιον τε Καίσαρα συγγενῆ αὐτῷ ὄντα, καὶ Λούκιον Ῥόσκιον στρατηγοῦντα ἀντιπαγγέλτους αἰτέσων, &c. Quod autem Dio ἀντιπαγγέλτους dixit de L. Cæsare, & L. Roscio legatis, id Cæsar de L. Pisone, itemq. L. Roscio dixit suprà, cùm ait: Pollicetur L. Piso Censor sese iturum ad Cæsarem, item L. Roscius Prætor. Infrà lib. II. Cæsar hunc ipsum L. Cæsarem appellat L. Cæsarem filium. Erat autem consobrinus M. Antonij.

Semper se Reip. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora ] Faernus ex v. c. necessitatibus legebat pro, necessitudinibus.

Sibi semper Reip. primam fuisse dignitatem, &c. ] In meo v. c. locus hic aliter legitur, ac in lib. Faerni scribi animaduerti. sic enim habet: Sibi semper primam fuisse dignitatem, vitaque potiorem: doluisse se quòd pro beneficio sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur. Sed Faerni lectio magis placet: Sibi semper Rempub. primam fuisse dignitate, vitaquo potiorem, &c.

Quę ab se simulatione Parthici belli sint abductæ ] supra dixit: Ne abreptis ab eo duabus legionibus. & Cicero lib. VII. ep. XV. ad Atticum: Spes omnis in duabus inuidiosè retentis, pænè alienis legionibus.

Proficiſcatur Pompeius in ſuas prouincias, ipſi exercitus dimittantur] Opinor rectiùs legi in Faerni libro, & meo, ipſi exercitus dimittant. Antonius Auguſtinus delet vocem, ipſi.

Exercitus dimitteret] Ex ijs ſcilicet locis dimitteret, in quibus à ſe tunc extra prouinciam occupatis præſidia diſpoſuerat. Cicero lib. VII. ep. XIII. ita de hac re ſcribit: L. Cæſar mandata Cæſaris ad Pompeium detulit, a.d. VIII. Kal. Ian. cùm is eſſet cum Conſulibus Teani. Probata conditio eſt, ſed ita, vt ille de his oppidis, quæ extra ſuam prouinciam occupauiſſet, præſidia deduceret. Id ſi feciſſet, reſponſum eſt, ad vrbem nos redituros eſſe, & rem per Senatum confecturos. & epiſt. XIV. eiuſdem libri: Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum: poſtulataque hæc ab eo eſſe interpoſita, quo minus, quod opus eſſet ad bellum à nobis pararetur. Ego autem eum puto facturum, vt præſidia deducat. vicerit enim ſi Conſul factus erit, & minore ſcelere vicerit, quàm quo eſt ingreſſus. Et lib. XV. epiſt. XII. Sed ita, vt remoueat præſidia ex ijs locis, quæ occupauit; vt ſine metu de ijs ipſis conditionibus Romæ Senatus haberi poſſit. Dio lib. XLI. Τὸν δὲ δὴ Καίσαρα τήν τε ἀρχὴν τοῖς διαδόχοις παραδοῦναι, καὶ τὰ στρατεύματα ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας ἀφεῖναι.

Itaque ab Arimino M. Antonium mittit] Magis placeret ſine præpoſitione, ab, qua Cæſar rarò admodum vti ſolet; vt legi poſſit: Itaque Cæſar Arimino M. Antonium, &c.

Vt ſi peracto Cæſaris conſulatu] Ex his verbis intelligi poteſt, verum eſſe id, quod Cicero ſubobſcurè ſcribit lib. VIII. ep. XVI. Cæſarem ſcilicet declaratum Conſulem fuiſſe. ait enim: Cùm poſt conditiones pacis per L. Cæſarem & Fabium allatas, Pompeius iam armatus armato conſulatum triumphumque differret. & lib. XV. ep. XII. dixit: Ad conſulatus petitionem ſe venturum, neque iam velle abſentis rationem haberi,

haberi, se præsentem trinundinum petiturum.

Ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit ] Ex ijs quæ suprà dixit, satis patet, nondum Cæsarem duas habuisse legiones, cum quibus Arimini subsisteret; nam paulo pòst dicit: Interea legio XII. Cæsarem consequitur: cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur, &c. Cùm verò vnam tantùm legionem, hoc est, XIII tunc Cæsarem habuisse constet, ex eaque Arretium cum M. Antonio quinque demptas cohortes miserit, necesse est, cum reliquis tantùm cohortibus, hoc est, quinque (nam legio x. cohortibus constabat) Arimini subsiterit, itaque pro III. leg. scribendum fortasse erit cum v. cohort. Quam scripturam confirmant ea, quæ apud Orosium ex Liuio descripta sunt, lib. VI. cap. xv. sunt autem hæc: Cæsar Rubicone flumine transmeato, mox vt Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, vt ait Liuius, orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit. In v. c. Faerni pro, subsistit, habetur substitit.

Tignium Thermum Prætorẽ ] Q. Minucius Thermus habetur in veteribus denarijs familiæ Minuciæ cum inscriptione, Q. THERM. qui fortasse is est, quem Cæsar hîc nominat. Iguuium autem scribendum esse indicat vetustus lapis, in quo est, IGVVINI, & Ciceronis locus ex epistola XV. lib. VII. ad Atticum, in qua est: Quid agat Domitius in Marsis, Iguuij Thermus, P. Attius Cinguli. Sic enim legendum tum ibi, tum apud Plinium lib. III. cap. XIV. vbi male est, Inguini, Interamnates, &c. cùm scribendum sit, Iguuini. Item apud Cæsarem, paulo pòst Iguuinorum, & Iguuium iterum.

Quas Pisauri & Arimini habebat ] Hic quoque locus ostendit rectè suprà emendatum esse, cum quinque cohortibus Arimini subsistit; nam ex his quinque cohortibus cùm tres ad occupandum Pisaurum, Fa-

nium, & Anconam misisset, rursus cum duabus reliquis, & ea qua Pisaurum receperat, Curionem dicit ad recipiendum Iguuium misisse.

Actius] v.c. meus habet, Attius, incorrupta scriptura. Eius meminit Cicero lib. VIII. epist. XV. ad Atticum, loco suprà memorato, & Dio lib. XLI. & Attius Varus dicitur paulo pòst. In veteribus tamen monumentis, Atius vnico t, scribitur.

Docent sui iudicij rem non esse] Ita planè locutus est infrà, cùm ait: Massilienses Cæsari responderunt, neque sui iudicij, neq. suarum virium esse discernere vtra pars iustiorem habeat causam. Paulo suprà in v. c. est: Diffisus municipij voluntate.

Aperto sanctiore ærario] In sanctiore hoc ærario, vt scribit Liuius lib. XXVII. aurum vicesimarium seruabatur ad vltimos casus. Conuenit autem cum Cæsaris loco id quod scribit Cicero lib. VII. epist. XX. ad Atticum his verbis: VII. Id. Febr. Capuam C. Cassius Trib. pl. venit: attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent, pecuniã de sanctiore ærario auferrent, statim exirent vrbe relicta.

Cn. Pompeius pridie eius diei ex vrbe profectus iter ad legiones habebat] Videtur legendum, postridie eidus, pro, pridie eius diei, &, habuerat, pro, habebat. Nam antequã esset annus à Cæsare emendatus, quod ipso III. Consule factum est, mensis Ianuarius XXIX. tantum dies habebat ex Numæ Regis ordinatione, vt postridie idus eius mensis fuerit XVII. Kal. Febr. quo die ex pluribus Ciceronis locis, ostendemus Cn. Pompeium ex vrbe exisse, comitantibus eum Consulibus, alijsque Po. Ro. magistratibus, & Senatorij ordinis maiori parte, nec non equestris etiam & plebeij, vt scribit Dio lib. XLI. cùm ait: Ἦσαν δὲ πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ πρῶτοι, καὶ τῆς βουλῆς καὶ τῆς ἱππάδος, καὶ πρεσβύται καὶ τῶν ἐμπόρων Aliter si legamus, longè inter se dissentient Cæsar, & Cicero de die Cn. Pompeij in Campaniam profectionis, cùm

cùm scribat Cæsar pridie eius diei, ex Cicerone autem intelligatur XVII. Kal. Febr. Pompeium ex vrbe discessisse. Ciceronis verba ex epistola XII, lib. VII. ad Atticum, sunt hæc: Vnam adhuc à te epistolam acceperam, datam XII. Kalend. Febr. &c. Nam quod rogas, curem, vt scias, quid Pompeius agat: ne ipsum quidem scire puto: nostrum quidem nemo: vidi Lentulum Cos. Formijs X. Kal. vidi Libonem. Plena timoris, & terroris omnia, &c. Igitur si X. Kal. Febr. Lentulus Cos. Formijs erat, necesse est, vt XVII. Kal. ex vrbe discesserit, Pompeium secutus in Campaniam, quem rursus idem Cicero dicit se vidisse XIV. Kal. Febr. sic enim ait: Vidi hominem XIV. Kal. Febr. plenum formidinis. illo ipso die sensi, quid ageret. nunquam mihi postea placuit. & paulo pòst: Erat igitur in ea, quam XII. Kal Febr. dederas (sic enim legendũ ex loco suprà citato epist. XII. lib. VII.) hoc modo. Sed videamus, & Cn. noster quid agat, & illius rationes quorsum fluant, &c. Hoc scribis post diem quartum, quàm ab vrbe discessimus, &c. Apparet igitur ex hoc loco Consules, reliquosque magistratus discessisse ex vrbe XVI. Kal. Febr. Pompeium verò, quem Consules sequebantur, XVII. Kal. Febr. Reliquũ est, vt diem quo Lentulus Cos. ex sanctiore ærario pecuniã prompsit, ex ipso Cicerone indicemus, vt eo cognito, ostendamus Pompeium multo antè diem 11. Febr. ex vrbe discessisse. Sic enim de hac re Cicero lib. VII. epist. XX. scriptum reliquit, cùm inquit, VII. Id. Febr. Capuã C. Calsius Trib. pl. venit: attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent, statim exirent vrbe relicta, &c. Hæc autem mandata, si quàm celeriter fieri potuit, Consules sunt exequuti, ad summum IIII. aut III. Id. Feb. sunt exequuti. ex quo satis patet pridie eius diei, vt Cæsar scribit, quo Lentulus Cos. aperto sanctiore ærario ex vrbe profugerat, Pompeium Roma non discessisse; præsertim

tim cùm Cæsar ipse paulo suprà dixerit: Acceptis mandatis Roscius cum L. Cæsare Capuam peruenit, ibique Consules Pompeium q. inuenit: & ex eo quod hîc dicit, Lentulum scilicet Cos. ad aperiendum ærarium Romam venisse, satis apertè ostendat, eum iam Capuam, vnde tunc redibat, profectum fuisse.

Delectumque colonorum] Huc respiciunt ea, quæ scribit Cicero epist. xiv. lib. vii. ad Atticum. Me, inquit, Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum, in quo parum prolixè respondent Campani Coloni, Velleius lib. ii. In hoc consulatu Cæsar legem tulit, vt Campanus ager plebei diuideretur, ita circiter xx. ciuium eò deducta, & ius ciuitatis restitutum post annos circiter cl i i, quàm bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. De Capua Iulia Felice, videdus Cicero lib. ii. Philipp. & in Rullum. Plinius lib. iii. cap. v. Frontinus.

Circum familiares conuentus Campaniæ custodiæ causa distribuit] De hac re ita apud Ciceronem habetur epist. xiv. lib. vii. Gladiatores Cæsaris, qui Capuæ sunt, de quibus antè ad te falsum ex Torquati litteris scripseram, sanè commodo Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum, secutorum in ludo ccc. fuerunt. cum ijs eruptionem facturi fuisse dicebantur, &c. Ita enim legendum ex v. c. & fortasse ex hoc Ciceronis loco non malè apud Cæsarem scriberetur: Circum familiæ patres conuentus Campani custodiæ causa distribuit.

Auximo Cæsar progressus] Licet in v. c. apud me sit, maximo Cæsar progressu, nihil tamen mutandum censemus; nam Cn. Pompeius ad L. Domitium epist. xvi i i. lib. v i i i. ad Atticum, sic locutus est, cùm ait: Te propterea moratum esse, quòd audieris, Cæsarem Firmo progressum in castrum Triuentinum venisse.

Etiam ex Cingulo] v. c. habet, Etiam Cingulo, sine particula, ex. Cicero epist. x i. lib. v i i i. ad Atticum:

Atticum: Cingulum tenemus. Anconem amisimus.

Asculum Picenum] Strabo etiam lib. v. addit Picenum, licet huius nominis aliud opidum non sit, ait enim: ἄσχλον τὸ πικηνὸν. Et Plinius lib. III, cap. XIII.

In ijs Camerino fugientem Vlcillem Hirrum cum sex cohortibus excipit] Faernus ex corrupta scriptura veterum librorum, legebat Luceium, pro, Vlcillem, quòd eius familiæ cognomen esset Hirrus. Quam coniecturam videbatur non parum adiuuare Cæsaris locus ex lib. III. in quo Hirrus hic L. prænomine, quo Luceij vtuntur, affectus est. Sed mihi cum ex antiquis scriptoribus de hoc cognomine quòd Luceiorum esset, non satis constet, magis placet, vt Ædilem (sic enim illud, Vlcillem, Pantagathus corrigebat) C. Hirrium legamus, quod Hirria familia nota sit, tum ex Varrone, apud quem lib. III. de re rustica cap. XVII. mentio est C. Hirrij huius, tum ex Plinio, qui lib. IX. cap. LV. ita de eo scribit: Murenarum vinarium priuatim excogitauit C. Hirrius ante alios, qui cenis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murenarum mutuò appendit. nam permutare quidem pretio noluit, aliáve merce. Huius autem Hirrij villam inquit Macrobius lib. III. cap. XV. quamuis non amplam, aut latam, constat propter viuaria, quæ habuit, quadragies sestertium venundatam. Itaque tum in epistola M. Cælij ad Ciceronem lib. VIII. tum item in epistola Cn. Pompeij ad eundem Ciceronem lib. VIII. ad Atticum, C. Hirrius, scribendum erit. Verba ex epistola Pompeij, quòd totum hunc Cæsaris locum magnopere illustrant, eò libentius referam. Q. Fabius ad me venit. a. d. IIII. Id. Febr. is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus XI. & cohortibus XIIII. quas Vibullius adduxit, ad me iter habere: habuisse in animo proficisci Corfinio: & ad V. Id. Febr. C. Hirrium cum V. cohortibus subsequi, &c. Ex quibus verbis videtur, aut apud Cæsarem legendum esse v. cohortibus, aut

apud Pompeium VI. cohortibus. nam illa (cohortibus XI) omnino videntur mutanda, in (cohortibus XX) cùm sit apud Cæsarem: Domitius per se circiter XX. cohortes coegerat.

Recepto Asculo] v.c. habet, recepto opido. vt videatur nomen Asculum, χολιαστικῶς adiectum.

Qui erat ab opido millia passuũ circiter III.] Conuenit hoc cum Strabone, qui lib. V. ait: Διέχει δὲ τὸ ζεῦγμα τέτταρας καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς Κορφινίου. nam XXIV. stadia, sunt millia passuum III. Quòd autem aberat, pro, erat, docti viri reponunt, non placet; nam Varro lib. III. cap. II. de re rustica eodem modo locutus est, cùm dixit: certè nosti materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est quartum & vigesimum lapidem via salaria à Roma.

Iuxtaq. murũ castra posuit] De hac re ita legitur in epistola Cn. Pompeij ad Domitium, XX. lib. VIII. Ciceronis ad Atticum: Litteræ mihi à te redditæ sunt. a. d. XIII. Kal. Martij, in quibus scribis Cęsarem apud Corfinium castra posuisse.

Quadraginta in singulos iugera] Quaterna, pro, quadraginta, olim reposuit Paulus Manutius. cùm in omnibus ferè exemplaribus sit XL. in vno tantùm, quaterna.

Et pro rata parte centurionibus, euocatisque] Liuius, quid sit, pro rata parte, pluribus locis declarat, cùm ait: Dedit militibus denarios, &c. duplex centurioni, triplex equiti. & Polybius lib. VI. ὀβώλιον, inquit, οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς, hoc est, tertiam denarij partem. οἱ δὲ ταξίαρχοι λαμβάνουσι διπλοῦν, hoc est, duas tertias denarij partes: οἱ δὲ ἱππεῖς δραχμήν, id est, denarium; nam drachma denarij Romani, vt Plinius inquit, pondus habebat. Euocato verisimile est datum idem obsonium, quod centurioni.

Sed à Q. Lucretio, & Actio Peligno prohiberi] v. c. habet, Atuio; quæ scriptura recta est, licet in veteribus

ex

ex matmore monumentis reperiatur Atius vnico T. Cicero lib. VIII. epist. VI. ad Atticum meminit huius Attij, cùm ait: Sulmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cùm essent cohortes V. Q. Lucretium inde effugisse scis, &c. Cùm autem Cæsar VII. cohortes dicat, & is numerus confirmetur ab Orosio, cùm ait: Inde per Antonium VII. cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucretio accepit, videndum an apud Ciceronem pro V. scribendum sit, VII.

Mittitreò M. Antonium cum legionis IIX. cohortibus quinque ] Videtur legendum: cum legionis XII. cohortibus V. nam suprà notauimus duas tantùm legiones Cæsarem habuisse, XIII. scilicet & XII, ad illa verba (Interea legio XII. Cæsarem consequitur: cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur) Legionis autem IIX. legi nullo modo potest, quia paulo pòst sequitur: Eo triduo legio IIX. ad eum venit. Præterea in V. C. est: cum legionis VII, cohortibus V. vt illud VII. videatur factum ex XII.

Castelliſque circummunire instituit ] V. C. habet, circumuenire. quæ lectio licet bona sit, magis tamen placet, circummunire, quòd paulo pòst Cæsar dicat: id ne fieri posset, obsidione, atque opidi circummunitione fiebat.

Ipse arcane ] V. C. habet, arcano; & paulo pòst, consiliandi, non, consultandi; quo verbo vsus est Cicero lib. XV. ad Atticum, epist. VIII. cùm ait: Difficili ad consiliandum legatione. Item ex V. C. legendum: Quæ munitissima videretur.

Sese rem in summum periculum deducturum non esse ] Huius loci sententia ex ipsa Pompeij epistola ad Domitium peti potest, quæ habetur XX. lib. VIII. Ciceronis ad Atticum, in qua ita scriptum est: Neque enim eorum militum quos habeo voluntati confido satis, vt de omnibus fortunis Reip. dimicem, &c. Ex quibus verbis fortasse apud Cæsarem legi posset: Sese rem

ſummam in periculum deducturum non eſſe. Summam autem rem, dicebant ipſam Rempublicam. Virgilius Æneide. Quo res ſumma loco Panthu? Plancus in epiſtola ad Ciceronem lib. x. Ad hoc robur noſtrorum exercituum, ſiue Africanus exercitus quiest veteranus, ſiue Cæſaris acceſſerit, æquo animo ſummam rem in diſcrimen deduceremus. Cicero lib. ix. Magnum periculum ſummæ rei demonſtrabat. & Cęſar ipſe infrà dixit: ſe in Prætorium contulit, ſummæ rei diffidens.

Prima veſpera] Ita v. c. meus Charisius lib. ii. refert Cæſarem in epiſtola ad Cornelium Frontonem dixiſſe: Veſpera fatigatus, luce dormitans. Infrà tamen dixit, primo veſpere.

Et nocturni temporis licentia] Videtur legendum: Et in nocturni temporis licentia. & paulo pòſt ex v. c. meo ſcribendum: Vt alius in aliam partem mente, &c.

Neque eo tam remiſſo, ac lãguido animo quiſquam omnium fuit] Faernus legebat: Neque verò tam remiſſo, &c. Quomodo locutus eſt Hirtius lib. de bello Alexandrino, cùm dixit: Neque verò Alexandriæ fuit quiſquam, aut noſtrorum, aut opidanorum, qui aut in opere, aut oppugnatione occupatum animũ haberet.

Fore etiam reliquis ad ſummam ſpem ſolatio] Non diſpliceret, ſi legeretur: Fore etiam ad ſuam ſpei & ſolatio. Quòd enim de ſalute ſua Lentulus impetrarit, fore id reliquis etiam ad ſuam ſalutem ſpei & ſolatio; ſolabuntur enim, & ſperabunt exemplo Lentuli, de ſua quoque ſalute ſe à Cæſare impetraturos. Paulo ſuprà in v. c. eſt: Nequâ ab eo prius Domitiani milites diſcedant. Item: Quòd prouinciam Hiſpaniam ex Prætura habuerat. Lentulus autem hic Spinther in argenteis denarijs à ſe in Hiſpania cuſis expreſſit tum Pontificatus inſignia, tum Quæſturam Hiſpanienſem cum notis: P. LENT. P. F. L. N. Q. S. C. Nam

hunc

hunc denarium cusit, vt ex eius forma apparet, Quæstor cùm esset in Hispania.

Vt Tribunos plebis ea re ex ciuitate expulsos] v. c. meus habet, in ea re, vnde Faernus conijciebat legendum: Vt Trib. pl. iniuria ex ciuitate expulsos.

Adeò esse perterritos nonnullos] Hoc de Domitio dictum videri potest, de quo ita Plinius lib. VII. cap. LIII. L. Domitius clarissimæ gentis, Corfinij obsessus à Cæsare, veneno poto propter tædium vitæ, postquam biberat, omni ope, vt viueret, annixus est. Videndus Plutarchus in Cæsare, & Seneca lib. III. de Beneficijs.

Erant Senatorij ordinis L. Domitius] v. c. Erant primi ordinis L. Domitius. & paulo pòst in v. c. additur L. prænomen Vibullio, vt infrà: Aduentu L. Vibulij Rufi.

L. Rubrius] Hunc opinor esse L. Rubrium, qui in argenteis denarijs ab eo cusis dicitur L. RVBRIVS. POSSEN.

Præterea filius Domitij] Cicero lib. IX. epist. III. ad Atticum, appellat item hunc, Domitij filium, cùm ait: Domitij filius transijt Formias VIII. Id. currens ad matrem Neapolim: mihique nuntiari iussit, patrem ad vrbem esse, &c. Nec tamen improbo lectionem, filius Domitius, licet in v. c. meo sit, filius Domitij. & Cicero lib. IX. epist. XIII. ad Atticum simili forma dicat: Titinij filius apud Cæsarem est.

Quòd sibi apertè] v. c. habet, à parte. Totus autem hic locus ita videtur legendus ex loco simili infrà: Pauca apud eos locutus, quòd sibi à parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficijs, dimisit omnes incolumes. Infrà sic habetur: Pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore timore essent, omnes conseruauit. Dio de hac re lib. XLI. ita scribit: Δομίτιος δὲ καὶ ἄλλοι βουλόμενοι μὴ πάθωσιν μὲν ὑπ' αὐτοῦ ὅτι τῇ ἀντιτάξει, ἀπολύθησαν δὲ, καὶ πρὸς τὸν Πομπήϊον ἀπῆλθον. Ex quibus

quibus locis apparet, dimisit, legendum esse.

HS.LX.] v.c.habet: Sestertium sexagies, quod aurum aduexerat Domitius, atque in publico deposuerat. Et Cicero lib.VIII.epist XXII. ad Atticum, hanc ipsam pecuniam satis grandem fuisse dicit, cùm ait: Pecuniam Domitio satis grandem, quam is Corfinij habuerit, non esse reddituram.

Ferentinorum] v.c.habet, Frentanorum, qui item *ὀφερτανοὶ* dicuntur à Ptolemæo, ceterisque.

Cui præerat Biuius Curius] Illud Biuius mihi suspectum est: nam de Curio non dubito quin rectum sit, ita enim nominatur in libris veteribus apud Ciceronem epist.VI.lib IX.ad Atticum, in qua sic est: Cohortes VI. quæ Albæ fuissent, ad Curium Minucia transisse, &c. Licet ibi Faernus emendauerit Numicia, ex Horatij versu epist.XVIII. ad Lollium, in qua est:

*Brundisium Numici melius via ducat, an Appi.*

cùm tamen ex Ciceronis loco videarur potius scribendum apud Horatium Minucia, vt legebat Vbaldinus, & habet v.c.meus, in quo est:

*Brundisium Minuci melius via tendit, an Appi.*

Brundisium autem tum apud Horatium, tum hîc apud Cæsarem constanter habet liber meus vetustissimus.

Reducitur ad eum deprehensus ex itinere Cn. Magius Cremona, Præfectus Fabrûm Cn. Pompeij] De hoc Cn. Magio ita in epistola Cæsaris habetur ad Oppium & Balbum X.lib.IX.ad Atticum: Cn. Magium Pompeij Præfectum deprehendi, scilicet meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. Iam duo Præfecti Fabrûm Pompeij in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt, &c. v.c.habet: Deprehensus in itinere. Sallustius tamen in Catilina dixit: Retractum ex itinere necari iussit.

Atque ad se Brundisium sit venturus] Magis placeret: Atque ipse Brundisium, &c. scilicet Cæsar, parua mutatio-

mutatione. Item paulo pòst, vbi habetur, se cum Pompeio colloqui, scriberem, se cum eo colloqui; nam illud Pompeio, puto scholium esse. Ité infrà in v.c. est: Neque verò idem profici, &c. non, perfici.

Veteranis IV.] Placet veteranis III. nam Cæsar vt ex ijs, quæ suprà habentur, constat, habuit legionem XIII. XII. & VIII. Quo verò die Brundisium peruenerit, ipse scribit in epistola ad Oppium & Balbum XVII lib. IX. ad Atticum, his verbis: A. d. VII. Id. Mart. Brundisium veni, ad murum castra posui.

Reperit Consules Dyrrachium profectos] Quo die Coss. Dyrrachium profecti sint, scribit Cicero lib IX. ep. VI. ad Atticum: Scripta, inquit, iam epistola, Capua litteræ sunt allatæ hoc exemplo. Pōpeius mare transijt cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominū millia XXX. & Cōsules duo, & Trib. pl. & Senatores, qui fuerāt cum eo, omnes cum vxoribus & liberis, conscendisse dicitur a. d. IIII. Non. Mart. Brundisiū verò Pompeius venerat VI. Kal. Mart. vt ex epistola XIV. colligitur eiusdem libri, in qua est: Deinde in ipsa fuga V. Kal. Mart. & paulo pòst: A. d. Kal, Mart. cùm ille quintum iam diē Brundusij esset.

In potestatem haberet] Ita locutus est Cicero apud Agellium lib I. cap. VII, cùm ait: Cùm omnes nostros portus, atq. eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonū fuisse potestatem sciatis, &c. vt non necesse sit hanc lectionem mutare in, in potestate. paulo suprà v.c. habet: Obtinendíne Brundisij causa.

Veritusq. ne Italiam ille dimittendam non existimaret] Quod Cæsar nolebar, qui vt fuga Pompeium prohiberet, Brundisini portus exitus fossa & vallo impediebat. Cicero ep. XVI. lib. IX. ad Atticū: Tu, quæso, inquit, nunc vel maximè, quid agendū nobis sit, cogita. Populi Ro. exercitus Cn. Pōpeium circūsidet: fossa & vallo septū tenet: fuga prohibet, &c. sed aperti Cęsar ipse in ep. ad Q. Pediū lib. suprà citato, Pompeius, inquit,

inquit, se opido tenet; nos ad portas castra habemus: conamur opus magnũ, & multorum dierũ, propter altitudinẽ maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus, ab vtroque portus cornu moles iacimus, vt aut illum quàm primùm traijcere quod habet Brundusij copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.

Has terra, atque aggere contegebat, ne aditus, &c.] In v.c. ita hic locus interpũgitur: Has terra atq. aggere contegebat. Ne aditus, atque incursus ad defendendum impediretur, à fronte, atque ab vtroq. latere cratibus ac plutei contegebat.

Ac tametsi magnopere mirabatur Magium, quem cum mandatis ad Pompeium miserat, non remitti] Cn. Magius à Pompeio ad Cæsarem de pace missus fuerat, & rursus à Cæsare ad Pompeium cum mandatis quibusdam de pace itidem remissus. Mirabatur igitur Cæsar Magium à Pompeio aliquod responsum non retulisse. Cicero lib. IX. ep. XVII. ad Atticum ita scribit de hac re: Pompeius Cn. Magium de pace misit. & tamen oppugnatur: quod ego non credebam. Et Cęsar ipse in epistola ad Oppium, Cornelium eod. lib. epist. XVIII. A. d. VII. Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisij: misit ad me Cn. Magium de pace. quæ visa sunt, respondi.

Tamen omnibus rebus in eo perseuerandum putabat] Videtur pro verbo, rebus, parua mutatione legendum, rationibus; ita enim locutus est Cęsar paulo pòst, cùm dixit: Quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum. & apud Sallustium, vt suo loco dicemus, simili lapsu, rationibus, in rebus mutatum est, Cùm in epist. II. de Rep. ord. legatur: Et bonis & malis rebus ea creatur, pro, bonis & malis rationibus.

Caninium Rebilium] v. c. habet Caninium Rebilum, de quo diximus suprà lib. VII. de Bello Gallico.

Nihil sine illis de compositione agi posse] v. c. habet, sine illis de compositione agi non posse. vel vt Faerni li-

ni liber: sine illis nec de compositione agi posse. Cæsar in epistola suprà citata: Cùm in spem venero de compositione aliquid me conficere, &c. Vt retineri possit lectio vulgata, deletis tantùm verbis, sine illis.

Et de bello agendum] Non dubito quin legendum sit, & bello agendum, sine particula, de. Sic enim Cæsar locutus est, cùm ad Rubiconem fluuium venisset, cùm dixit: Si ponticulum hunc transierimus, omnia armis agenda erunt. Verùm, de pace agendum, dixit suprà.

Diebusque in ea re consumptis nouem] Nouem hi dies videntur ad Pompeij discessum è Brundisio referendi. Ad intelligentiam autem huius loci faciunt ea, quæ suprà retulimus ex epistola Cæsaris ad Oppium, Cornelium. Sunt autem hęc: A. d. VII. Id. Mart. Brundisium veni, &c. Brundisio verò Pompeius discessit a. d. XVI. Kal. April. vt ex epistola Ciceronis XXI. lib. IX. ad Atticum intelligimus, in qua est: Cùm Capua exissemus, in itinere audiuimus, Pompeium Brundisio a. d. XVI. Kal. April. cum omnibus copijs, quas habuerat, profectum esse. Ex litteris etiam Leptæ refert idem Cicero epistola XX. eiusdem libri, Idib. Mart. Pōpeium Brundusio conscendisse, vt scilicet XVI. Kal. April. discederet. & Plutarchus item in Cæsare, Liberalibus, id est, XVI. Kal. April. Pompeium ad bellum egressum esse scribit, cùm de prœlio ad Mundam in Hispania gesto sic ait: Ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐνίκησεν, τῇ πρὸ Δίου νοσίων ἑορτῆς, καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήιος Μάγνος ὀπὶ τὸν πόλεμον ἐξελθεῖν.

Lintribusque deprehendunt, deprehensasque excipiunt] v. c. habet, deprehensas excipiunt; quod magis redolet phrasim Cæsarianam.

Mittit in Sardiniam cum legione vna Valerium legatum] Hæc prolixius habentur apud Appianum lib. II. in quo sic est: Ἔπεμψεν δὲ Αἰμίλιον ἐφ' ἑσπέρῃ τῇ πόλει, καὶ τὸν δὺ Μάρκον Ἀντώνιον τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῷ σφετέρῳ αὐτοκρατεῖ. ἦν τὰ ἔξω,

τὰ ἔξω, Κουρίωνα μὲν ἀντὶ Κάτωνος ἡγεῖσθαι σικελίας, Κόϊντον δὲ οὐαλέριον σαρδόος, καὶ ἐς τὴν ἰλλυρίδα γαίον Ἀντώνιον ἐπεμψε, τὴν ἐντὸς ἄλπεων Γαλατίαν ἐπέτρεπε Λικινίῳ Κράσσῳ. ἐπέλαβε δὲ καὶ νεῶν στόλους δύο γίνεσθαι κατὰ πουβλίου ἀμφίτε τὸν ἰόνιον, καὶ τὸν τὴν τορκυναίαν, καὶ ναυάρχους αὐτοῖς ἐπιγινομένους ἐπέστησεν ὁρτήσιόν τε καὶ δολαβέλλαν. οὕτω κατωνόμα & ὁ Καῖσαρ ἄλλον Πομπηίῳ γράφεσθαι τὴν ἰταλίαν, ἐς ἰβηρίαν ἰέναι.

Curionem Propr. cum legionibus III.] At lib. II. dicit cum legionibus IIII. Sic enim ait: Ijsdem temporibus. C. Curio in Africam profectus ex Sicilia, & iam ab initio copias P. Attij Vari despiciens, duas legiones ex IV. quas à Cæsare acceperat, & quingentos equites transportabat. Videndum igitur an ibi legi debeat duas legiones ex III. Nam Cæsar suprà dixit, se Domitianas cohortes, quæ fuerant XXX. hoc est, legiones III. (vt apud Ciceronem habetur lib. VIII. epist. VII. ad Atticum) protinus à Corfinio in Siciliam misisse. An potius hîc scribendum, cum legionibus II. nam alias duas Curio postea accersit, vt infrà habetur. Curionem autem non ante diem VIII. Kal. Maij Siciliam profectum esse, sed prius Romam cum Cæsare venisse, ibique à Senatu fasces accepisse, indeque post Cæsaris discessum cum Cicerone fuisse in villa eius Cumana, refert Cicero pluribus locis lib. X. ad Atticũ.

Siciliam M. Cato] Cicero lib. X. epist. XVII. ad Atticum: Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si venuisset; omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est. a.d. VIII. Kal. Maij, vt ad me Curio scripsit. Vtinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat: est enim rumor. ô, si id fuerit, turpem Catonem.

Inuenit in prouincia cum imperio Attium Varum] Cicero in Ligariana ita scribit de hac re: Interim P. Attius Varus, qui Prætor Africã obtinuerat, Vticã venit: ad eum statim concursum est: atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis impe-

imperitæ, nullo publico consilio deferebatur.

Hic venientem Vticam cum nauibus, Tuberonem] v.c. non habet particulam, cum. Tuberoni autẽ Africa prouincia eo anno sorte obuenerat, vt suprà dixit Cæsar, cùm ait: Africam sorte Tubero obtinere debebat. & Cicero in Ligariana: Tuberonis sors coniecta est ex S.C. cùm ipse non adesset. Ibidem refert Cicero, Tuberonem, quòd Roma abesset, & morbo impediretur, tardius Vticam venisse, Africa iam ab Attio Varo occupata, à quo, itemque à Q. Ligario portu prohibitus fuerit.

Coacto Senatu] De Cæsaris oratione quam habuit in Senatu plura Dio lib. XLI. De aduentu verò ad vrbem ita Trebatius lib. IX. ad Atticum epist. XIV. ad Ciceronem: Pompeium, inquit, Brundisio profectum Cæsarem postero die in opidum introijsse: concionatum esse. Inde Romam contendisse. Velle autem Kal. esse ad vrbem. Et Cicero ipse ad Atticum eodem libro.

Sed expectato legitimo tempore consulatus] Vox, consulatus, videtur abundare. Respexit autem ad legem, qua cauebatur, ne intra decennium idem magistratus peteretur. quo tempore Cæsar expectato, per populum obtinuerat, vt eius absentis ratio haberetur, ne ad consulatus petitionem eò veniente, Gallia res nouas moliretur. Cicero lib. VII. ad Atticũ, epist. III. Cur, inquit, tantopere pugnatum est, vt de eius absentis ratione habenda x. Tribuni plebis ferrent. & Cæsar ipse hoc loco: Latum ab decem Tribunis pl. contradicentibus inimicis.

Et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente] Placeret, diem, pro, dies: vt eximere diem apud Capitonem in rescripto, quod refert Agellius lib. IV. cap. x. Caius, inquit Capito, Cæsar Cos. M. Catonem sententiam rogauit. Cato rem, quæ consulebatur, quoniam non è Rep. videbatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducendæ, longa oratione vtebatur, eximebatque

dicendo diem,&c. Cicero lib.11. ep. 1. ad Q. Fratrem: Ibatur in eam sententiam, tum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit, &c. Cæsar tamen, extrahere diem, dixit, quod alibi Cicero tollere, vt de ipso Catone lib. 111. de legib. Aut, inquit, cum tanta causa est, vt opus sit Oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum, quorum generum in vtroque magnus noster Cato est. Dio lib. xxxix. Cæsaris locum illustrat, cùm de hac Catonis diem eximendi consuetudine sic ait: ὁδὶ δὴ Κάτων ἔτυχε μὲν δύο ὥρας δημηγορῆσαι, βραχέως δὲ πρὸς δημηγορίαν ἦν τι ἐπιχειρεῖ, καὶ τῆς ὅλης κατασκευῆς, ὥσπερ εἰώθει καταγέλωτι χαριεῖ. Cenim Treboni[a] Trib. pl. qui legem tulerat de prorogando Cæsari imperio in quinquennium, duas Catoni horas dederat ad dicendum, quas ille eam legem cum Fauonio dissuasurus, cui vna itidem hora concessa fuerat, interposita dicendi mora extraxit.

Cur fieri passus esset?] v. c. me[a] habet, cur ferri passus esset; & ita omnino legendũ, tum ob ea quæ paulo suprà habentur (latum ab decem Tribunis pl.) tum ob locum Ciceronis de hac ipsa re lib. 11. Philipp. Duo, inquit, tantùm tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. Vnum, ne quinquennij imperium Cæsari prorogaret, alterum, ne pateretur ferri, vt absentis eius ratio haberetur.

Illis se honori non futurum] v. c. habet, oneri, pro, honori; quæ lectio sine dubio verior est.

Se verò vt operibus ante studuerit] v. c. meus habet: Se verò vt operibus anteiri studuerit. nec dubito quin ea lectio germana sit. paulo pòst v. c. habet, Res quascunque agere instituerit, &c. non, instituerat. Item: Corfinio captum dimiserat, &c. sine dictione, ipse; quæ videtur adiecta.

Quas Sicilia & Sardinia à priuatis coactas] v. c. meus habet: Quas Sigili & in Cosano à priuatis coactas. Sed legendum: quas Igili, siue Igilij, & in Cosano, &c.

no,&c.Nam s.littera ex ea quæ præcedit dictione, inhæsit verbo Igili. Igilium autem & Dianium insulæ sunt, Cosæ vrbi,cuius infrà Cæsar meminit, obiectæ, vt tradit Plinius lib. III.cap.VI. cùm ait: Item insulæ Igilium & Dianium,quam Artemisiam dixere, ambæ contra Cosanum.Marcianus item Capella lib.VI. Igilium & Dianiũ eas insulas nominat. Item apud Pomponium Melam lib.II.cap. VII. in veteribus libris Igilium,non vt in vulgatis Iginium mendosè. Cùm autem dicit Cicero epist IV.lib.IX. Domitius, vt audio, in Cosano,& quidem paratus ad nauigãdum.& epist. XIII.De Domitio, vt scribis, ita opinor esse, vt & in Cosano sit,& consilium eius ignoretur:Itemque Cæsar hoc loco: Quas Igili & in Cosano à priuatis coactas, &c. id ita opinor accipiendum, vt non de villa Domitij,quæ erat in Cosano,sed de ipso litore,& agro Cosano,qui erat Igilio & Dianio insulis obiectus,quibus in locis naues Domitius parauerat,intelligatur.

Seruis, liberis, colonis suis repleuerat] Ita legitur hic locus in meo v.c. Item,coactus,non, coactis. Sallustius in Bello Catilinæ: Ipse cum liberis & colonis propter aquilam assistit.

Domum nobiles adolescentes] Videtur legendum: Domi nobiles adolescentes. Sic enim Hirtius locutus est lib. IV. de bello Alexandrino, cùm ait: Magnæ nobilitatis domi. Videndum etiam an illud, legatos, abundet.

Portas Cæsari clauserunt] Magis placet, vt est in meo v.c.Portas Cæsari clauserant. Item paulo pòst v. c.habet: Muros,classem,portasque refecerant.

Massilienſium XV.primos] Magistratus municipales, vt ex veteribus lapidum monumentis intelligimus, Quinque primi,Decem primi,Viginti primi dicebantur. Itemque Quinquennales, Decuriones, & XX.viri:à Græcis πεντέπρωτοι, δεκάπρωτοι, εἰκοσάπρωτοι. Cicero in oratione pro Sexto Roscio: Itaque, inquit,

Decurionum decretum ſtatim fit, vt Decem primi proficiſcantur ad L. Syllam, &c. Iulius Firmicus lib. III. cap. XII. Facient quoque publicis muneribus prępoſitos, ac popularium ciuitatum principes, vel decem primos, &c. Hos dicit Strabo lib. IV. appellari à Maſſilienſibus Τιμούχους; Senatum verò, Valerius Maximus lib. II. cap I. Sexcentos, vt fortaſſe ad illud, ex auctoritate, quod eſt paulo pòſt, addẽdum ſit, ſexcentorum. Videndus Dio lib. XLI. vbi de Maſſilienſium etiam reſponſo Cæſari reddito ſcribit. Item Cicero lib. X. epiſt. XIV. ad Atticum, in qua ſic eſt: Maſſilienſium factum cùm ipſum per ſe luculentum eſt, tum mihi argumento eſt, rectè eſſe in Hiſpanijs.

Volgarum, Arecomicorum] Suprà in notis ad lib. VII. de bello Gallico diximus, Volcarum Arecomicorum. ſine aliqua diſtinctione legendum eſſe, & ita eſt in v. c.

Naues longas Arelate numero duodecim facere inſtituit] Ita v. c. meus. & paulo pòſt. D. Brutum, hoc eſt, Decimum Brutum, non vt in vulgatis editionibus, Decium.

Quas Narbonæ hiemandi cauſa] Ita v. c. Sed videtur, pro, Narbonæ, ſcribendum eſſe, Cabilonæ, vbi legiones hiemare ſolebant, vt habetur lib. VII. in quo eſt: Q. Tullium Ciceronem, & P Sulpicium Cabilonæ, & Matiſconæ in Æduis ad Ararim collocat. Hirtius etiam lib VIII. dixit, C. Fabium cum IV. legionibus in Æduos hiemandi cauſa deductum, vt Ædui, quorum maxima erat auctoritas, ijs exercitibus continerentur. Narbona verò, quæ pacatiſſima eſſet, nullis egebat legionibus, quibus noui aliquid moliri prohiberetur.

Vibullij Rufi] v. c. addit prænomen L.

Per Vectones] v. c. Vertones, & ita Strabo, οὐέρωνες, itemque Ptolemæus.

Equ tes, auxiliaque totius Luſitaniæ] Videtur legendum,

gendum, toti Lusitaniæ. Deinde in v.c. est; Celtiberiæ. Sed magis placet, Celtiberis. Paulo pòst in eodem v. c. est: Constituuntque communi consilio, &c.

Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat ad VI. millia, auxiliaque, &c.] Omnino particula, ad, abundat, adiecta vt videtur ex duabus vltimis literis, at, eius verbi, quod præcedit, & t, in d, mutato ex librariorum prisca consuetudine, vt legendum sit: Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat VI. Nam sex legiones tunc Cæsarem habuisse intelligitur ex locis inferioribus, in quibus est: Singulaque latera castrorum, singulis attribuit legionibus munienda: reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit: Et paulo pòst apertius sex legionum numerum designat, cùm ait: Confisus præsidio legionum trium. Item: Hoc sperans legiones tres ex castris educit.

Præsidio proprio] Vox, proprio, in aliquibus codicibus non est, itemque verbum, congressæ, quod est paulo suprà.

Subitò iumentorum & equæ magnitudine] Octauius Panagathus ex Orosio, vt videtur, legebat: Subitò vi ventorum, &c. Sed Orosius habet: Subita vi ventorum. Paulo pòst Cæsar ipse vi ventorum interruptum pontẽ significat, cùm ait: Pons qui fuerat tempestate interruptus, pænè erat refectus. hùc perfici iussit. Dio lib. XLI. Ἡ γὰρ γίφυρα, πρὶν διελθεῖν αὐτοὺς, καταρραγεῖσα, πλεῖστον σφίσι συνήργησε, & pòst: Καὶ τούτῳ χειμῶνός τε πολλοῦ γιγνομένου, καὶ τῆς γεφύρας, ἣ ἐνέζευξαν, διαφθαρείσης. Simili modo dictum est illud infrà: Ita hostium perfidia, & vi tempestatis, puncto temporis interijt. Item vi ventorum vsurpauit Cicero pro Cluentio, cùm ait: Vt mare, qui sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari solet.

Quo cognito à Petreio & Afranio] Verba a Petreio & Afranio, videntur adiecta.

Diuersamque aciem in duas partes constituit] Su-

spicor verba in duas partes ab aliquo σχολιαστῆ adiecta esse; nam infrà dixit: Iniecta manuferrea, & retenta vtraque naue, diuersi pugnabant.

Pænè erat refectus ] Non dubito, quin legendum sit neque erat refectus. Potest tamé, ob ea quę sequuntur, retineri lectio vulgata.

Acies tertia faciebat ] v. c. habet: à tertia acie fiebat. Item paulo pòst, in alio codice est: Erat inter opidum Ilerdam, & proximum collem, Sed v. c. meus habet, vt impressi, nisi quòd habet planicia, non planicies, & post, subsidijs, non, præsidijs. Planitia verò scribebant antiqui pro Planicies, vt mollitia pro, mollicies. Et hìc est in vetustissima inscriptione proximis diebus Romę extra portam Capenam reperta. Cuius exemplum, quia Liuij locum de templo Martis illustrat, cò libentiùs subijciam:

SENATVS
POPVLVSQVE
ROMANVS
CLIVOM
MARTIS
PECVNIA. PVBLICA
IN. PLANITIAM
REDIGENDVM
CVRAVIT.

Hæc tum ratio nostros perturbauit] Ita v. c. meus. In alio est: Hæc tamen ratio, &c. vt, perturbabat, videatur legendum, non, perturbauit.

Hostem insolentem, atque acriter nostros insequentem ] v. c. meus haber, insoléter. & paulo pòst: Ab opido autem decliuis locus tenui fastigio vergebat, &c. pro eo quod est in vulgatis: Ab opido autem decliui fastigio vrgebat.

Cominus tamen diu stetissent] v. c. meus, tam diu stetissent, non, tamen. & pòst: niues proluit, non, profluxit, vt Faernus, & vulgati: quod antiquè dictum est,

pro,

pro,nix.Item in eodem codice infrà legitur: Tempus autem erat anni difficillimum,&c.at ciuitates, &c.

Quo neque frumenta in hibernis erant ] Locus, vt videtur,mendosus, à doctis viris emendatur mutata voce hibernis, in verbum herbis, quòd Plinius lib. XVIII.cap.VII.ita scribat: Frumenta hieme in herbis sunt. ad Plinij locum accedit M. Cato in oratione de Ædilibus vitio creatis apud Agellium lib. XIII. cap. XVI.in qua est: Nunc ita aiunt,in segetibus & in herbis bina frumenta esse. Potest addi & alius Plinij locus ex lib.XVIII,cap.XXI.in quo est: Sunt genera terræ, quarum vbertas pectinari segetem in herba cogat.

Eæ permanserunt aquæ dies quàm plures ] v. c. meus habet: Dies complures.& paulo pòst: Qui iter habebant ad Cæsarem.

His tamen omnibus annona creuit] Placeret: His tum omnibus.Quę lectio à doctis viris probatur.Paulo pòst v. c. habet: Quæ ferères non solùm inopia præsentis,&c.Sed illud, inopia, magis placeret, si induceretur.

Iamque ad denarios quinquaginta] v. c. XL. sed quinquaginta,verius est.Nam Lucanus lib.III.ait:

*Miles eget,toto tensu non prodigus emit*
*Exiguam Cererem.*

Pontem institutum perficit biduo]v.c.habet, perfecit.Item,comitatus, non, commentus, quod verius est;nam suprà dixit: Nuntiatur Afranio magnos comitatus, qui iter habeant ad Cæsarem, ad flumen constitisse.

Multa his]v.c.Multa huc. De tectis autem nauibus,quibus opponuntur apertæ, meminit Liuius lib. XXXVI. cùm ait: Biduum in apparatu morati, tertio die centum nauibus,quarum LXX tectæ erant, ceteræ apertæ,Phocæam petiuerunt.& Hirtius de bello Alexandrino: Magnoque impetu quattuor ad eam constratæ naues,& complures apertæ contenderunt. Cæ-

ſar etiam alibi conſtratas naues dixit, quæ ſcilicet haberent cataſtromata, quibus tecti milites pugnarent. Polybius appellat καταφράκτους.

Et montani,& exercitati in armis] Ita v.c.& paulo pòſt: Recentem eorum pollicitationem. Item: Et quoad licebat latiore vt ſpatio; aut producta longius acie circumuenire noſtros. Et infrà: Ab ſcientia gubernatorum,& artificis,&c. non, artificij.

Hoc primùm Cæſari ad Ilerdam nuntiatur] Faernus legebat: Hoc prœlium ex v.c. ſed vtrumque videtur adiectum,& fortaſſe rectius eſſet: Hoc Cæſari ad Ilerdam nuntiato.

Poſtremo & plures] Ita habet v.c. & Iacetani, non, Lacetani, qui Ἰακητανοὶ Straboni,& Ptolemæo. Et paulo ſuprà videtur legendum: Qui erant Oſcenſibus contributi,&c. ſine particula, cum: Sic enim Plinius lib. III. cap. III. dixit: Præter ciuitates cõtributas alijs, prouincia ipſa CCXCIV. continet oppida.

Illurgauonenſes, qui flumen Iberum attingunt] v.c. meus habet, Lurgauonenſes, quos Liuius lib. XXI. Ilergetas appellat, vt opinor,& Strabo, Ἰλεργέτας. Eosque dicit non longè ab Ibero abeſſe, οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος.

Extinctis rumoribus de auxilijs legionũ, quæ cum Pompeio per Mauritaniam venire dicebantur] v.c. meus, Mauretaniam, vt ſuprà, conſtanter. Diximus in veterib. item nummis reperiri MAVRETANIA: Extinctis autem rumoribus dixit, quomodo Cicero lib. III. ad Atticum, rumor extinguetur.

Itaque conſtituunt ipſi locis excedere] Magis placeret, ijs locis excedere.

Octogeſam adduci iubet] v.c. corruptè habet hoc loco, Otogeſma, propius tamen ad vulgatam lectionem, quàm Plinius, qui habet, Étouiſam.

Huc iam rem duxerat] vv.cc. habent partim adduxerat rem, partim, reduxerat rẽ, Sed Cæſar infrà dixit:

huc

huc rem deduxerat; vt hîc quoq. ita videatur legendũ.

Ac ſummo pectore extarent] v. c. ita edit: Ac ſummo pectore extare; & cum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundũ non impedirentur.

Ac nonnunquam ſuſtinere extremum agmen] Videndum an pro ſuſtinere, rectius ſit, diſtineri.

Totis verò caſtris milites conturbati] v. c. meus pro conturbati, habet, circulari. & paulo pòſt. Bellumque neceſſariò longius duci.

Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur] Libet hîc lectionem v. c. mei, licet hoc loco corruptiſſimi, repręſentare, ſi fortè aliquo alio libro adiuti docti viri, vulgatam lectionẽ aliquo modo reſtituere poſſint. Sic enim habet: Paucis ex his militibus arma in flumine ab equitatu excipiuntur, ac ſubleuantur. & paulo pòſt habet: Ac tantùm fuit in militibus ſtudij, vt millium ſex ad iter addito ad vallum circuitu. Sed fortaſſe illud, ad iter, abundat.

Locis ſuperioribus conſtitit] v. c. conſiſtit. & paulo ſuprà fortaſſe abundat verbum, viſos, cùm ſatis ſit ita: Quos vbi Afranius procul cum Petreio conſpexit.

Et totius diei pugna] v. c. Sed totius diei pugna. Ex quo videtur tollenda parentheſis ad verbum, ſuberát, appoſita: Dicit enim Cæſar, voluiſſe Afranianos milites intra montes ſe recipere, vt equitatum effugerent Cæſaris, & eius exercitum præſidijs in anguſtijs collocatis itinere prohiberent, ſed feſſos totius diei pugna, atque itineris labore, rem in poſterum diem diſtuliſſe. Paulo pòſt v. c habet, aquandi, non, adaquandi.

L. Decidius Saxo] v. c. habet Saxa, & Dio item lib. XLVII. Δεκίδιος Σάξας, licet in vulgatis ſit, Δεκίλιος, corruptè. Fuit hic metator Cæſaris, & L. Decidius Saxa nominatur à Cicerone lib. XIII. Philipp. Liuius tamen mendosè in epitoma lib. CXXVII. Didium Saxam appellat.

Ad lucem multum per ſe pudorem omnium oculis]

Non dubito qnin pro, lucem, legendum sit, luce. Aliter sensus constare non potest.

Hæc vicit in concilio sententia] v. c. euincit. & pòst: Nam quæ itinera ad Iberum atque Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur.

Necessarij victus causa] v. c. addit, nos, ante vocem necessarij; quæ videri potest adiecta. Et pòst habet; Quibus intercluſis ab exercitu Cæsaris. Item: Idque omnibus partibus ab eo flagitabatur.

Quod de colle non recederent] v. c. decederent. & sic infrà Cæsar locutus est, cùm ait: Quòd certè inde decedendum esset Afranio. & Hirtius lib. VI. Nec loco superiore decedunt.

Datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem] Quid si legamus? Datum iri tamẽ æquo loco pugnandi facultatem.

Hoc consilium Cæsaris à plerisque non probabatur] v. c. non habet præpositionem à. Sed ipse Cæsar ita infrà locutus est, cùm dixit: Consiliumque eius à cunctis probabatur. & alibi: Hoc consilio probato a ducibus. & in epistola ad Ciceronem: Tum meum factum probari à te triumpho & gaudeo.

Erat vnum iter] Posuit, vt videtur, verbum, pro verbo; debuit enim dicere, Erat vnum consilium, Ilerdam si reuerterent; alterum, si Tarraconem peterent. Hæc consiliantibus eis, &c. Sic enim habet v. c. pro consultantibus. Vsus est autem Cæsar eo verbo suprà.

Conquirit atque euocat] v c. habet, vocat, non, euocat. & ita Lucanus illo versu lib. IV. de hac ipsa re.

*Hospitiis ille ciet nomen: vocat ille propinquum.*

Deinde Imperatoris fidem quærunt] Videtur legendum: Dein de Imperatoris fide quærunt. Et paulo pòst ex v c, legendum: Armaque quod cum hominibus necessarijs, & cõsanguineis cõtulerint, quæruntur.

Ne quod in se scelus concepisse] Ita locutus est Cicero lib. I. in Verrem, cùm ait: Non istum maius in se scelus

scelus concepisse,&c. pro eo quod alibi,& Philipp. lib. xi. dixit, Suscipere in se scelus.

Postulant, vt iurent omnes] Postulat, omnino legendum; nam Petreius postulabat, vt iurarent omnes. Itaque sequitur: Princeps in hęc verba iurat ipse: idem iusiurandum adigit Afranium, &c. Sic enim legendū, deleta præpositione, ad, quæ ex formulę ignoratione irrepsit. Formula verò iusiurandi, qua vsus est Petreius, his videtur concepta verbis fuisse, vt ex Liuio docemus. Ex animi mei sententia iuro, vt ego exercitum, ducemque non deseram, neque predam, neq mihi separatim à reliquis consilium capiam. Si fallo, tunc me Iuppiter, &c. In hæc verba L. Afrani iures postulo, ceterique qui adestis. Locus Liuij habetur lib xxi. Vbi ita Scipio ait: Ex animi mei sentētia iuro, vt ego Rempubl. non deseram, neque alium ciuem Romanum deserere patiar. Si fallo, tūc me Iuppiter Optimus Maximus domum familiamque meam pessimo letho afficiat. In hæc verba L. Cæcili iures postulo, ceteriq. qui adestis. qui non iurauerit, in se hunc gladium strictum esse sciat, &c. Postquam verò dux ipse ita conceptis verbis iurasset, milites non in eadem prorsus verba, neque vniuersi sigillatim, sed simul omnes dicebāt, Idem in me. Constat hoc ex eo loco, quem lib. vi. de Bello Gallico adduximus ex lib. vi. Polybij, & Festo, qui ait: Præiurationes facere dicuntur ij, qui ante alios conceptis verbis iurant, post quos non in eadem verba (sic enim putamus legendum) iurantes tantummodo dicunt, Idem in me. Liuius lib. ii. Centurio erat M. Flauolei⁹: Victor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie. Si fallā, Iouem patrem, Gradiuumque Martem, aliosque iratos inuocat deos. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat, &c. Quod autem diximus suprà legendum esse: Idem iusiurandum adigit Afranium, sine, ad, præpositione, omnino id verum est; nam ita locuti sunt veteres Scriptores, nisi qui mendosi sunt. Dicebant

bant autem adigere iusiurãdum, vt adigere arbitrum. Liuius lib. XLVIII. Censores causas stipendij missorum cognoscebant, & cuius nondum iusta causa missionis vita esset, ita iusiurandum adigebant: Ex animi tui sententia. Cicero lib. IV. Academicorum: Hæc tum vera esse concessero, si adigam iusiurandum sapientem ne priùs, &c. Agellius lib. IV. cap. XX. Censor adigebat (ita enim legendum, non agebat) de vxoribus sollemne iusiurandum, verba ita concepta, & tu, &c. Itaque in v. c. suprà apud Cęsarem habetur: Omnibus iusiurandum adactis. & infrà: Prouinciam omnem in sua & Pompei verba iusiurandum adigebat. In veteribus item codicibus apud Sallustium in Bello Catilinæ. Cùm iusiurandum populares sui sceleris adiceret. Quod positum est pro, adigeret; vt cessit, pro, gessit, antiquè. in vulgatis autem corruptè prorsus est, adiceret. Sed non tantùm, iusiurandum adigere veteres dicebant, sed iureiurando etiam, vt apud Liuium lib. II. Omnium, inquit, primùm auidum nouæ libertatis populum iureiurando adegit. & lib. XXII, vt notauimus suprà: Milites sunt, quod nunquam antea factum erat, iureiurando à Trib. Mil. ad acti. & lib. XXI. Altaribus admotum tactis sacris iureiurãdo adactum.

Vana religio iusiurandi] v. c. meus habet: Noua religio iusiurandi; & infrà ita habetur apud Cæsarem, cùm ait: Relinquitur noua religio. Terentius: Quæ est ista noua religio? paulo suprà sic legitur in v. c. sed plerosque ij, qui receperant, celant. Item: Cæsar, qui milites aduersariorum in castra per tempus colloquij venerant.

Quos ille postea magno in honore habuit] Suprà lib. V. de bello Gallico dixit: Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit, &c. sine præpositione, in, quam tamen habet Liuius libro XXXVIII, vt ad eum locum notauimus.

Centuriones, amplioris que ordinis equites Roma-

nos

nos in Tribunicium restituit honorem] Locus, vt videtur, mendosus ita à Faerno restituebatur: Centuriones ampliori ordini, & Tribunos in Tribunicium restituit honorem. Quo nihil potest aptius excogitari ad postremum membrum sanandum. Sed cùm suprà Cæsar dixerit: Complúresque Tribuni militum, & Centutiones ad Cæsarem veniunt. Itemque Legatos de pace primorum ordinum Centuriones ad Cæsarem mittunt, videndum an ita supplendum sit primum membrum: Centuriones in priores ordines, vel, in primos ordines, & Tribunos, &c.

Frumenti copiam legionarij nonnulli habebant] v. c habet, nonnullam. & paulo pòst videtur subesse aliquod mendum in nota dierum XXII. referente præsertim Dione lib. XLI. nullam eos frumenti copiam attulisse, quòd sperarent se vnis castris peruenturos eò, quò decreuerant peruenire.

Ad Ilerdam reuerti] v. c. non habet prępositionem, ad. & paulo pòst habet: Ibi se reliquum consilij explicaturos confidebant. Quæ lectio verior est; nam paulo suprà dixit: Sed ex propositis consilijs duobus explicitius videbatur, &c. & infrà: Totius autem rei consilium his rationibus explicabat. Cicero lib. XIV epist. XII. Metuo, ne id consilij reperimus, quod non facilè explicare possimus. & ita ipse Cæsar alibi locutus est.

Plures rem posse casus recipere] Ita locutus est infrà lib. II. cùm ait: Si res tanta fortasse aliquem recipere casum.

Pluresque in locis campestribus substinebant] Placeret, Pluriesque. Nam compluries vsos esse antiquos Scriptores docet Agellius lib. v. cap. vlt. in quo refert locum M. Catonis ex lib IV. Originum, in quo est: Compluries eorum milites mercenarij inter se multi, alteri alteros occidere. compluries multi simul ad hostes transfugere: compluries in Imperatorem impetum fecere.

Moran-

Morantibus opem ferre poterant] Ita v.c. Videndum tamen an, laborantibus, rectius sit; nam ita Cæsar infrà locutus est, cùm dixit: Vndique suis laborantibus succurrebant.

In aduersarios tela conijciebant] v.c. habet: In aduersos, &c. pro quo videtur legendum, in auersos. & paulo pòst pro eo quod in vulgatis codicibus est, tum inquirebant, plerique libri habent, tamen inquirebãt. Sed in meo vetustissimo corrupta prima dictione legitur, rẽi inquirebatur.

Sese vniuersi in vallis dimitterent] v.c. demittere: Item paulo pòst: consistere, non, consisterent. Item: Tali dum pugnatur modo, lentè atque paulatim proceditur, &c. vehementiusque peragitati.

Ibique vna fronte] Ita v. c. Sed videtur legendum, ibiq. à fronte; nam suprà ita locutus est, cùm ait: Sed à fronte contra hostem fossam fieri iussit.

Hora circiter sexta eiusdem diei ] Videndum an, eiusdem diei, adiectum sit. Et paulo pòst cùm in v. c. sit: Cæsar relictis legionibus, sine dictione, his, videndum etiam, an sit legendum, Cęsar eductis legionibus, quomodo Faernus legebat.

Hora decima subsequi] Ita v.c. Non displicet tamen coniectura docti viri, omnia auxilia subsequi; nam in vetere etiam codice remanent aliqua huius lectionis vestigia, cùm habeat ora x^a.

Illi animaduerso] v. c. Illi enim animaduerso. & post videtur legendum: Castraque castris conferunt. nam sic Cæsar suprà dixit, cùm ait: Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset. Item; Castra castris hostium confert.

His eos supplices malis Cæsar] v.c. His eos supplices malè haberi. Sed prorsus malè. Quid si legamus? ijs eos supplicijs Cæsar, &c. Sic Sallustius in bello Iugurth. Namq. cùm omnia per mollicię agas, exercitum supplicio cogere, id est, dominũ, non Imperatorẽ esse.

Et

Et quò essent ad id expeditiores ] Faernus legebat: Et quò essent ad iter expeditiores. & paulo pòst: Illi impediendæ rei causa hora circiter octaua, &c. nam verba, quæ munitionis, & fiebat, videtur adiecta. v. tamen c. habet: Illi impediendæ munitionis causa, quę fiebat. & infrà: Hinc duas partes acies occupabant duæ.

Acies erat Afraniana duplex, legio v. & 111. in subsidijs locũ alariæ cohortis obtinebat] Faernus, vt aliàs diximus, legebat: Acies erat Afraniana duplex, ex legione prima & tertia: in subsidijs locum alariæ cohortes obtinebant. Sed huic lectioni refragatur Cæsar ipse, qui libro 111. dicit: erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ à Cæsare initio dissensionis ex S.C. quarum vna prima, altera tertia appellabatur. Erant igitur 1. & 111. cum Pompeio. Fortasse autem rectius legeretur: Acies erat Afraniana duplex legionũ v. Tertium in subsidijs locum alariæ cohortes obtinebãt. Hanc lectionem confirmant ea quæ paulo suprà apud Cæsarem habentur: Erant, inquit, vt suprà demõstrauimus, legiones Afranij 111. Petrei 11. Præterea scutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hispaniæ cohortes circiter LXXX. &c. Itaq. vni aciei quæ ex 111. legionibus constabat, Afranius, vt videtur, præerat; alteri, quæ ex 11. Petreius. LXXX. verò cohortes tertium obtinebant locum in subsidijs. Alarias autem cohortes suprà auxiliares dixit.

Sed primam aciem quaternæ cohortes ex v. legionibus tenebant ] Ita v. c. meus. Quæ lectio improbari non potest, licet ea, quam docti viri reponunt, speciosior sit, ex quaque legione; Vt verum esse videatur id, quod suprà ex demptis quartis quibusque cohortibus, fecimus, demptis quaternis è quibus, vel, quibusque cohortibus.

Aquæ, lignorũ, frumenti inopia ] Ita v. c. & post habet, delegit, nõ, deligit. Item legerẽ; Neq. corpore laborem, &c. potius quàm, dolorẽ, quod illud vsitatius sit.

Quos in sua potestate habuerit] Ita v. c. & paulo pòst habet: Quod plerunque hominum nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat.

Vltro inde præmium missionis ferrent] Dictio, inde, abest à v. c. & certè non est necessaria.

Néve quis inuitus sacramento cogatur] Quidam verbum, cogatur, in, rogetur mutant; quòd Cæsar lib. vi. de bello Gallico dixerit: Quos ex Gallia Cisalpina Cos. Sacramento rogauisset. Itemque Liuius lib. xxxii. Cùm quinque legatis profectus, obuios in agris sacramento rogatos arma capere, & se sequi cogebat. & lib. xl. Imperatum est, vt duas legiones ciuium Ro. tumulturias scriberet, & omnes maiores quinquaginta annis sacramento rogaret. Sed in v. c. meo habetur: Ne quid eis noceretur, néve quis inuitus sacramento dicere cogeretur. Quæ lectio vera est; nam sacramento milites dicebant, cùm ad iusiurãdum adigebantur. Liuius lib. iv. Tribuni auxilio nemo inuitus diceret sacramento. & pòst: Hoc decreto Cos. armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere. & lib. xxv. Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut maiores milites facti essent.

Pecuniam pro his rebus soluit] v. c. dissoluit. & paulo pòst habet, Sua sponte ad Cæsarem intus adierunt. Item: Cæsar vt cognosceret, postulant. Infrà: Q. Fusium Kalenum, &c. non, Fusium. Huius autem Kaleni denarius est, vt opinor, qui cum imaginibus Italiæ & Romæ, & inscriptione CORDI KALENI, reperitur.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM SECVNDVM
## DE BELLO CIVILI.

QVA est aditus ex Gallia, atque Hispania ad id mare] Locus multis mendis, vt videtur, perturbatus. Faernus legebat: Qua est aditus ad Galliam, atque Hispaniam ad id mare, &c. Alij delenda putant verba, ex Gallia atque Hispania, quòd glossemata sint, leguntque: Qua est aditus ab eo mari, quod vergit ad ostium Rhodani. Sed nimis longè discedunt à vulgata scriptura, licet ita locutus sit Cæsar paulo pòst, cùm dixit: quæ aditum habet à terra. Idem Faernus delebat vocem, reliqua; quod placet. & legerem: Qua aditum habet à terra, siue, habent, vt est in v. c. Cæsar paulo pòst dixit: Qua sit aditus ab terra.

Ex omni prouincia vocat] Euocat, magis placeret.

Æquandi loci causa facta, item ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus & lapides defendi possent] Totus hic locus ita videtur legendus: Aequãdi loci causa, facta itẽ ex fortissimis lignis, inuoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus & lapidis defendi possent, &c. Massilia enim cum loci natura & valle altissima, ab ea parte, qua adiri poterat, munirentur; Cæsar vt eius opera loco æquarentur; aggerem LXXX. pedum extruxerat, deinde turrem LX. pedes altam. Itaque distinctionis nota post verbum causa, ponenda est. Quòd verò, inuoluta, non, euoluta legendum sit, apparet ex Vitruuio, qui lib. X. cap. XXI. fortasse de hac ipsa re scribens, sic ait: Insuper corijs crudis totus aries erat inuolutus (& paulo pòst) & ipsæ corijs crudis erant inuolutæ, &c. Quòd item ignis iactus & lapidis, scribendum sit, ex eodem cap. Vitruuij appa-

ret, in quo est: Supraque tabulis & corijs firmiter fixis continentur. Insuper verò argilla cum capillo subacta ad eam crassitudinem inducatur, vt ignis omnino non possit ei machinæ nocere. & cap. xx. Circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis creberrimè textis, maximeque recentibus percrudis corijs duplicibus consutis, farctis alga, aut paleis aceto maceratis, circa tegatur machina tota.

Crebræ tamen per Albicos eruptiones fiebant] Faernus legebat ex v. c. Tum crebrę per Albicos eruptiones fiebant.

L. Nasidius] Hic, vt opinor, pater est. Q. Nasidij, qui in Sexti Pompeij denarijs dicitur, Q. NASIDIVS, vel vt in alijs est, Q. NASIDI V. antiqua scriptura.

In quibus paucæ erant æratæ] Rostratas alibi Cæsar æratas naues dixit, quas Græci χαλκίρεις dicunt. Virgilius Aenid. lib. x.

*Quot prius arata steterant ad littora puppes.*

Et Taurenta] v. c. habet Tauroenta; & sic Stephanus, cùm ait: Ταυρόεις κελτικὴ πόλις τῆς μασσαλιητῶν ἀποικος.

Aduersus eos proficiscitur] v. c. Aduersus eas proficiscitur.

Qui non in eius diei casu suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret] Liuius lib. XXVI. Extructis, inquit, vtrinque exercitibus in eius pugnæ casum, in qua vrbs Roma victori præmium esset, &c. & fortasse apud Cæsarem legi posset: Qui non in eius diei euentu suarum omnium fortunarum casum consistere existimaret.

Quæ ex signo facilè agnosci poterat] v. c. habet, quæ ex igni. Faernus verò legebat, ex insigni, pro, ex signo.

Sed Nasidianæ naues nulli vsui fuerunt] v. c. habet nullo vsui. Particula verò, sed, cùm non habeat quò referatur, videndum an pro ea, sedecim, reponendum sit.

sit. Nam Nasidianas naues sedecim fuisse suprà dixit. & infrà de eis sic ait : Itaque ex eo numero nauium nulla desiderata est· sed vna addita est, quam Messanę ex naualibus deduxit.

Paruamq.fecerunt] Videtur legendum, fecerant. & paulo suprà v.c. habet, nihilo secius, non, segnius.

Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt] v.c. Vbi turris altitudo perducta est, id contabulationis causa in parietes instruxerunt. Sed sententia poscit, vt legatur: eamque intra parietem incluserant.

Supraque ea tigna directo] v.c. derecta. Item: axibus, non, asseribus. & pòst: Dum intra eam contignationem.

Latas pedes IV. fecerunt] Mendum fortasse subest in notis. Nam cùm turris latitudo esset XXX. pedum quoquo versus, tres autem storiæ tria latera hostibus obuersa tegerent extra parietes præpendentes, maiori certè latitudine debuerunt esse.

Murumque perducerent] v.c. producerent.

Capreolis molli fastigio cõiungunt] Capreoli in testudine dicuntur à Vitruuio lib. x. cap. xx. tectorum ligna diuaricata, quæ fastigium continent. Molli autem dixit, quomodo Virgilius

*——— qua se summittere colles*
*Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo.*

Ad quem versum notat Nonius Marcellus dici molle, non arduum, neque erectum. Tacitus lib. de moribus Germanorum dixit de Danubio, molli & clementer edito iugo. & Pomponius Mela lib. I. cap. XIX. Sed quia contra os minus quàm ad dextram & leuam abscessit, mollibus fastigijs, donec angustos vtrinque angulos faciat, inflectitur.

Machinatione nauali, phalangis subiectis] v. c. palangis; antiquè, vt triumpus, & tropeum. Pollux: τὰ δὲ ὑπὸ νεῶν ξύλα οἷς ἐπολισθαίνουσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες, καὶ

φαλάγγαι. Nonius Marcellus dum interpretatur hanc vocem; adducit Varronis locum ex lib. xv. de vita P. R. in quo erat: Cùm Pœnus in fretum obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſimè pro palangis, carinis ſubiecerat, quo metu debilitaret noſtros. Palangæ, inquit Nonius, dicuntur fuſtes teretes, quí nauibus ſubijciuntur, cùm attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora ſubducuntur.

Faſtigio muſculi delabitur] v. c. elabitur. & pòſt: Hoſtes ex muro, &c. & ita Faernus. Paulo poſt, videtur abundare vox, muri; nám turris oppugnabatur.

Cum infulis] Græci ἱκετηρίους κλάδους dicunt. Feſtus: Infulæ ſunt filamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templaque velabantur. Seruius in Virgil. x. Infula faſcia eſt in modum diadematis, à qua dependent vittæ ab vtraque parte. Liuius lib. xxxi. appellat velamenta ſupplicum. Inde Tacitus: Mox velamenta, & infulas pro muris oſtentant. Item: Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miſerunt, &c. Q. Curtius: Neque commercio linguæ, aut ſupplicum velamentis inhiberi crudelitas poteſt.

Grauiterque eam rem pertulerunt] v. c. tulerunt. & paulo poſt: Interiectisque aliquot diebus.

Portis ſeſe foras erumpunt] Simili modo dixit Varro Marcipore: Ventíque frigidi ſe ab axe eruperãt, &c. & Virgilius Georg. lib. i.

*Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe*
*Diuerſi erumpunt radij.*

Sed muro, ſagittis, tormentisque fugientes perſequi prohibentur] Puto legẽdum, ſed ex muro, ſagittis, &c. & paulo pòſt pro, maiori cum fiducia, ſcribendum, maioríque fiducia.

Sed, vt ſuperioris temporis contentionem noſtri omnem remiſerant, ita priſtini diei caſu, &c.] Videtur legendum: Sed vt ſuperiore tempore contentionẽ, &c. ita priſtini diei caſu, &c. nam ſuprà dixit: Noſtri priſtini diei

ni diei perfidia incitati. Sed die proximi dixit M. Cato in oratione contra Furium, referente Agellio libro x. cap. xxiv.

Excisis, & coniectis] v.c. conuectis, & ita ex coniectura legebat Octauius Pantagathus. & paulo pòst idem v. c. habet: Atque ille congestitius ex materia fuerat agger.

Aduersus plutei obiectu] Suprà dixit: Tantùm aduersus in latitudinẽ patebat. Quo loco, vt hîc, aduersus positum est, pro à fronte.

Vt nullius perfidiæ, neque eruptioni locus esset] Videtur legendum: Vt nullus perfidiæ, neque eruptioni locus esset.

Cùm pænè inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur] Ita est in v.c.

Qui fiduciariam operam obtineret] Fiduciaria opera quid sit, quærendum. Fortasse verò pro, operam, scribendum esset, prouinciam. Nam error ex similitudine verborum, operam, & procĩam, fieri potuit. Liuius certè lib. xxx. aliquid tale dixit, cùm ait: Philippus magis de Argis, quàm de Corintho sollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, vt victori sibi restitueret; si quid aduersi accidisset, ipse haberet. Fiduciariũ regnum dixit Hirtius lib. iv. de bell Alexand.

Hæc omnibus referebat sermonibus] v.c. ferebat. & pòst: Magna esse in spe, atque expectari. Sed fortasse rectiùs esset: Magnã esse spem, atq. expectationem.

Atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat] Infrà lib. iii. Prœlio, inquit, ad Dyrrachium facto, latius inflatiusque multo quàm res gesta erat, fama percrebuerat. Ex Cicerone verò in Rullum ii. videtur apud Cæsarem vtroque loco, elatius, scribendum, non, latius. Ciceronis verba sunt: Quibus illi rebus elati & inflati.

Hæc se certis nuntijs] v.c. habet: Hæc secretis nun-

tijs, & paulo pòst: Quibus rebus perterritos ciues Romanos. Item: HS. CLXXX. Sed mendosè. Fortasse vera lectio esset: HS. centies nonagies.

Qui verba atque orationem aduersus Rempub habuissent] Non placet coniectura docti viri, qui putat, aduersus Pompeium, legendum esse, pro, aduersus Remp. Nam ipse Cæsar paulo pòst ait: Bona restituit ijs, quos liberius locutos hanc pœnam tulisse cognouerat, &c. Suprà verò dixit coactos esse ciues Ro. polliceri & pecuniam & frumentum ad Rempubl. administrandam; vnde eos, qui liberius aduersus eam Reipubl. administrationem locuti fuissent, bonis esse multatos.

Quas Cæsari esse amicas ciuitates] Totus hic locus ita legitur in v. c. Quas Cęsari esse amicas ciuitates arbitrabatur, ijs grauiora onera iniungebat, præsidiaque eò deducebat: qui verba, atque orationem aduersus Remp. habuissent, eorum bona in publicum addicebat, & iudicia in priuatos reddebat, &c. Pro, reddebat, verò, legebat Pantagathus, edebat.

Prouinciam omnem in sua & Pompeij verba per iusiurandum adigebat] v. c. non habet, dictionem, per, & certè ab imperitis videtur adiecta. Diximus autem suprà quid sit iurare in verba Imperatoris, & adigere iusiurandum.

Vt secum duas legiones Gadis conferret] v. c. habet, duabus legionibus, & ita planè legendum.

Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone] Deductis, hîc positum est pro, introductis. Alibi pro, eductis, vt lib. III. Itaque vno tempore præsidijs omnibus deductis, & oppugnatione dimissa.

Tanta ac tam secunda in Cæsarem voluntas prouinciæ reperiebatur] Cùm in v. c. sit: Tanta ac tam secunda in Cæsarem voluntate prouinciæ, &c. suspicari possemus verbum, reperiebatur, adiectum esse; quod item delebat etiam Faernus.

Insulam-

Insulamque Cæsari seruarent] Vsitatius esset, si, reseruarent, scriberetur.

Sibi consilium capturos] Videtur legendum: Se sibi consilium capturos. Paulo pòst vetus quidam liber habet: Hispalim recepit. In meo tamen vetustissimo est, Hispali.

Sese in Italiam venturum promisisset] Faernus legebat ex v.c. Sese Italicam venturum pronunciasset. Quidam tamen addunt Ilipam, adiuuante lectionem Plinio, qui lib. III. cap. I. habet, Oppida Hispalensis conuentus Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba, Ilipa cognomine Italica. Strabo lib. III. μετὰ δὲ ταύτας Ἰταλικὰ ἡ καὶ Ἴλιπα ὀνομαζομένη. Sed videtur apud Cæsarem legendum: Quibus rebus perterritus Varro, cum itinere conuerso equites Italicam præmisisset, certior à suis factus est, præclusas esse portas, &c. nec enim ab alijs certior fieri potuit, quàm ab ijs, quos præmisisset.

Ciuibus Romanis] Ciues Romanos dicit conuentus Cordubæ; vt Hispalensis conuentus dixit suprà, cùm ait: Quod eius factum adeò eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, &c.

Tributis quibusdam publicis priuatisque præmijs] Ita v. c. meus, nisi quòd poplicis antiquè habet, pro publicis. Sed, publicè priuatimque legendum esset, ex Dione, qui habet lib. XLI. ἐτίμησέ τε καὶ δίᾳ τῆς πολιτείας ἄλλους, καὶ τοῖς γε Γαδειρεῦσι πολιτείαν ἅπασαν ἔδωκεν. & ex loco inferiore, in quo est: Eadem ratione priuatim publiceque quibusdam ciuitatibus habitis honoribus.

Quæ ex fano Herculis collata erant in priuatam domum] Suprà dixit: Pecuniam omnem, omniaque ornamẽta ex fano Herculis in opidum Gadis contulit.

Prouinciæ Q. Cassium præfecit] Dio lib. XLI. τὸ μὲν ἔθνος τῶν Γαδειρέων τῷ Λογγίνῳ τῷ Κασσίῳ προσέταξεν, ἐπειδὴ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τῇ στάσει, ἣν ὕστερον τῷ Πομπηίῳ.

Sesequè Dictatorem dictum à M. Lepido Prætore] De hac re ita Dio lib. XLI. ἐν ᾧ δὴ ἔτι ὄντος αὐτοῦ, Μάρκος

Αἰμιλίῳ Λέπιδῳ, οὗτος ὁ καὶ ἐν τῇ τετραρχίᾳ ὕστερον ἡθέμενος, τῷ τε δήμῳ συνεβούλευσε σφᾶς τῶν, Δικτάτορας τε καὶ Καίσαρας προχειρίσασθαι, καὶ δι' ὃς εἶπεν αὐτὸν ὄλεθρος τὰ πάτρια.

Labefacta magna parte muri] Quid si legamus? Labefacto magna ex parte muro. Paulo pòst v.c. habet: Quæ iussu Bruti, non, missu.

Etiam ab initio] v.c. Et iam ab initio, &c. Duas autem legiones dicit, quas à Cæsare Curio acceperat ex quattuor, vt lib. 1. habetur.

Biduoque & noctibus tribus] Simili modo dixit Plinius lib. xiv. cap. xxii. Quòd biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset, &c. Vnde non est necesse mutare hanc lectionem in, biduoq. & nocte in nauigatione consumptis, vt quidam fecerunt, suspicati præpositionem in, mutatam esse à librario in iii. vnde factum sit tribus.

Appulit ad eum locum] v. c. appellit. & paulo pòst videtur legendum, à Clupea, non, à Clupeis. Sic enim apud Geographos omnes, & apud Cęsarem ipsum infrà, vbi est: x. nauibus longis à Clupea præstolans, &c. & ita habet Hirtius lib. v. de Bello Africo, licet ibi in v.c. sit, à clupeis, vt hîc.

Habetque non incommodam æstate stationẽ] Verbum, æstate, videtur abundare: legendumque post, quæ duobus, &c.

Hunc secutus M. Rufus Quæstor] Huius M. Cælij Rufi mentionem fecit Cæsar lib. 1. Aedilis autem pl. cùm esset, initio belli ciuilis cum Antonio & Curione ad Cęsarẽ profugit. Igitur eo anno Aedilis etiam à Cicerone dictus, hoc verò Quæstor à Cæsare appellatus, sequẽti Prętor designatus, in eo magistratu occisus est.

Nauibus x. quas præsidio onerarijs nauibus Curio ex Sicilia eduxerat] Vt locus suæ integritati restituatur, vna est vox addenda, altera tollenda, atque ita legendum: Nauibus longis xii, quas præsidio onerarijs Curio ex Sicilia eduxerat. Sic enim infrà habetur: Interim

terim aduentu longarum nauium Curio pronuntiare onerarijs nauibus iubet,&c. Item lib. III. Cùm Cæsar omnino XII. naues longas præsidio duxisset, &c. præsidio scilicet, onerarijs, quibus naues longæ præsidio ducuntur. Itaque Appianus lib. II. ita de hac re ait: *Κουρίων δὲ ὑπὲρ Καίσαρος ἐν ἀυτοῖς ἐν Σικελίᾳ ἐτέλει δύο τέλεσι στρατοῦ, καὶ ναυσὶ δυοκαίδεκα μακραῖς, καὶ ὁλκάσι πολλαῖς.*

C. Caninium Rebilum] v. c. addit dictionem ibi, vt sit: Ibi C Caninium Rebilum. Item castra Cornelia in vno codice est, pro, Corneliana, quomodo habet Plinius, Mela, & Ptolemæus.

Paulo amplius passus mille] v. c. passuum mille. & post, longè, non, longius.

Equitesque committunt prœlium] Copula, que, videtur abūdare. Quod autem dicit paulo pòst, Ijdem ordines, manipulique, &c. tantundem est, ac si dixisset, Ijdem Tribuni, Centuriones, hastati, principes.

Ne primam Sacramenti, &c. memoriam deponerent] v. c. habet: Ne primi sacramenti, &c. Sic etiam infrà: Et prioris sacramenti mentionem faciunt.

A quibus in contumeliā perfugæ appellarentur. His pauca ad spem largitionis addit] Totus hic locus in v. c. sic legitur: A' quibus contumelia perfugæ appellarentur. Huc pauca ad spem largitionis addidit.

Et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat] Videndum an vox, timoris, adiecta sit.

Ciuile bellum, genus hominum quod liceret liberè facere] Videtur legendum sine dubio: Quod liberet, licere facere, & sequi quod vellet. Sic enim est in meo vetustissimo codice, pro, vellent. Tacitus lib. XVIII. Gnarus ciuilibus bellis plus militibus, quàm ducibus licere.

Mutauerat consuetudo] Licet verbum, mutauerat, non ineptum efficiat sensum, videndum tamen an rectius sit, minuerat. Sic enim Hirtius lib. VIII, locutus est, cùm ait: Ac iam consuetudine diligentia minuere-

tur. Deinde v. c. habet: Qua offerrentur.

Municipia etiam diuersis partibus coniuncta] Non improbamus receptam lectionem. Sed cùm in v.c. sit: Municipia etiam aduersis partibus coniuncta, &c. videndum an rectiùs sit: Municipia ex aduersis partibus coniuncta, vt ad Marsos & Pelignos referatur, qui Pompeinarum partium primò fuerant.

Neque enim ex Marsis Pelignisque veniebant] Locus multis mendis, vt videtur, perturbatus, aliqua ex parte restitui potest. Si ita legatur: Namque ex Marsis Pelignisque veniebant, qui superiore nocte centuriones commilitesque, quin & nonnulli grauiores sermones militum vulgò duriùs accipiebãtur, &c. Illud, namque, itemque verbum, accipiebantur, habet v. c. Proxima verò nocte centuriones Marsos duos ex castris Curionis cum manipularibus suis viginti duobus ad Attium Varum venisse, suprà dictum est.

Nam neque prudentes] Faernus ex v.c. legebat, pudentes. & paulo pòst: Quòd illis licentiam timor augeat noster, his studia diminuat. sed legi etiam potest: Quòd illis licentiam timor augeat, his suspicio studia diminuat, &c. Reddit enim rationem, cur non oporteat pudentes suspicari sibi parum credi, ne scilicet talis suspicio illis studia diminuat. Verùm nimis longè à lectione veterum librorum discedere non debemus.

Quò minorem] v.c. Qua minorem. & paulo suprà: Quanto hæc dissimulari, aut occultari, &c.

Aut pudore, aut metu tenentur] Simili sententia vsus est suprà lib 1. cùm dixit: At lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam Trib. Mil. & Centurionum præsentiam afferre.

Neque tanti timoris, vt ipse deficiam] Videtur legendum, vt spe deficiam: Quod alij etiam notarunt.

Prouinciamque Siciliam] v.c. nõ habet particulam, que, & certè abundat. Item paulo pòst abundat particula,

cula,&,quam nec v.c.habet. Sed edit: in eorum potestatem veniatis.

At credo, si Cæsarem probatis, in me offenditis, qui de meis in vos meritis præiudicaturus non sum] Ita legitur hic locus in v.c.sed particula,si.potest videri adiecta,si legamus,in me offenditis. Offendendi autem verbo vsus est Cæsar infrà lib. 111. & Cicero pro Milone,cùm ait: Quæ si vos capit obliuio,aut si in me aliquid offenditis,cur non id meo potius capite luitur, quàm Milonis? Liber Faerni habet: At credo, si Cæsarem probatis,me offenditis.

Ducentas onerarias naues adduxerim.] Videtur legendum,abduxerim.& paulo pòst: Corfinienſem ignominiam, Italiæ fugam, Hispaniarum deditionem, Africi belli præiudicia sequimini ? Nam particula, an, pluries repetita, videtur ex postremis syllabis verborum quæ antecedunt adiecta. In veteri quidem codice apud me habetur: Corfinien'em ignominiam in Italię fuga,an Hispaniarum deditionem in Africi belli præiudicia sequimini ? Vt videri possit recepta lectio, quam retinebat Faernus,non omnino improbum sensum habere.

Consensu suo constituit Curio] Faernus ex v. c. legebat: Consensu suorum constituit Curio.

Non ita magno,aut difficili & arduo ascensu] Faernus legebat:Non ita magno,at difficili, &c. nam sequitur: Adiacent impeditæ valles, vt in ascensu nisi subleuati à suis, &c. Forrasse autem, magna,pro.magno,rectiùs esset.dixit enim suprà;Atq. valle non magna interiecta. Paulo pòst pro, committeretur, v. c. meus haber,committerent. Alius liber, committeret. quod fortasse rectius est.

Sed amissis equis] v.c.& Faernus,admissis-Et paulo pòst:Sed præoccupatus animus Attianorum militum timore & fuga,& cæde suorum, nihil de resistendo cogitabat, &c. pro eo quod in vulgatis est:

Sed

Sed præoccupatis animis, &c. cogitabant.

Priusquam telum abijci posſit] Faernus legebat, adigi, pro eo quod in v.c. est adici, vnde adijci alij fecerunt. Sed siue abijci, siue adigi legatur, vtrunque rectum est. Nam Cæsar ipse vtroque verbo vsus est: Abijcere quidem vsurpauit suprà, cùm dixit. Monet vt tragulam ad amentum deligata intra munitiones castrorum abijciat. & infrà cùm ait: Omnisque eius instructus exercitus, telis ex vallo abiectis, protegi posset. Adigere autem alibi, & lib. III. cùm inquit: Vt telum, tormentúmve missum adigi non posset. Reperitur item apud Cæsarem adijcerent, quod ex adicerent factum videtur ex antiqua scriptura, c. littera, pro, g. posita, vt CESSIT, pro, GESSIT.

Vbi ille sæpius appellatur] v.c. appellatus. & paulo pòst: Hac fugientium multitudine.

Circiter sexcentis interfectis, atque vulneratis] Diximus aliàs in v.c. apud me, scriptum esse: Circiter DC. interfectis ac ∞ vulneratis, quæ scriptura confirmatur loco Appiani ex lib. II. in quo est: Μάχης δὲ χαρτερᾶς γενομένης, Κουρίων & μὲ εἷς ἀνὴρ ἔπεσεν, Οὐάρου δὲ ἑξακόσιοι, καὶ κατεκόπησαν ἔτι πλείους. Et fortasse pro, ac ∞ vulneratis rectius esset, at ∞ vulneratis. Sed nihil temerè mutandum.

Minus v. & xx. millibus longè ab Vtica abesse] Videndum an vox, longè, adiecta sit.

Nihil contra se Regem ausurum existimabat] v.c. habet, nisurum. & paulo pòst: Quæ paucis equitibus pares esse non potuerint?

Capti homines, equitesque producebantur] Videtur legendum: Capti homines, equiq. producebantur.

Itinere totius noctis confecto] v.c. meus habet, confecti; quæ scriptura confirmatur loco Dionis ex lib. XLI. in quo est: ὁδὲ Κουρίων, καί τοι τῆς στρατιᾶς καὶ ἀπὸ τῆς πορείας καὶ ἀπὸ τῆς ἀγρυπνίας πεπαλαιωμένων, εἰς χεῖρας σφίσι ἦλθε.

Ad

Ad ſpem morabatur] v. c. ab ſpe. Sed vtrunque videtur abundare.

Elephantisque XL, lentius ſubſequitur] v. c. Elephantisque LX. & paulo pòſt: Ne militibus quidem, vt defeſſis, &c. Item: Sed ij erant numero CC. reliqui in itinere conſtiterant. hi quancunque in partem, &c.

Sed neque longius fugientes proſequi] Proſequi hîc, vt alibi apud Cæſarem, poſitum eſt pro, perſequi. paulo pòſt legendum omnino, auerſos, non, aduerſos; nam circumuenti ab equitibus erant.

Vnam, vt in reliquis rebus, ſpem reliquam] v. c. Vnam, vt in miſeris rebus, ſpem reliquam, &c. & ita ſine dubio legendum.

At Curio nunquam ſe amiſſo exercitu, quem à Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit, in eius, &c.] Ita v. c. In alijs deeſt vox, ſuæ.

Reliqui hoc timore] v. c. ob timorem. Et paulo pòſt habet idem v. c. lembunculi, pro, lenunculi. lenunculi tamen eſt in meo v. c. Et in veteri item apud me ſcriptione Lenuncularius, vt videtur à lenúculo: Q. CAECILIO. Q. L. NICANORI LENVNCVLARIO. R. TIB. Q. CAECILIVS. ANOPTES. TABVL. R. TIB. S. T. T. L. Lenunculus item reperitur apud Plautum, & Salluſtium hiſtor. lib. II. citante Nonio: Primo, inquit, incidit fortè per noctem in lenunculo piſcantis. Sic enim legendum putamus, non vt vulgò habetur: Indicit fortè ſupet noctem, &c. Marcellinus etiam lib. XIV. & XVI. habet lenunculum. Verùm Tacitus lib. XIV. Lembunculum appellat, cùm ait: Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinũ in lacum vecta. Gloſſarium verò, lemunculum edit, & interpretatur σκαφίδιον. Itemque Agellius lib. x. cap. XXV.

Aut naues adnare poſſent] Videtur legendum: Aut ad naues adnatare poſſent. Sic Hirtius lib. IV. Atque ad eas, quæ longius conſtiterant, naues adnatauit.

Miſſis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus]

rionibus] Numero videtur hîc positum, pro, loco, vt numero deorum colere dixit Cicero, pro deorum loco, in Verrem lib. v. vtrunque Cicero iunxit, cùm ait: Numero & loco hostium duci. Sed v.c. habet: Missis ad Varum noctu legatis cum centurionibus. vt cùm suprà Cæsar dixerit (Tribuni & Centuriones legatos ex suo numero ad Cęsarem mittunt) fortasse hîc legi possit: Missis ad Varum noctu legatis ex centurionibus, &c.

Ipse equo in oppidum vectus] Placeret, inuectus. Cicero de Prouincijs Cons. si in Capitoliũ inuehi victor gestiret. & lib. VI. de Rep. Sed cùm eris curru in Capitolium inuectus. Item Liuius lib. XLV. Vt ijs, quo die triumphantes vrbem inuecherentur, imperium esset. Paulo pòst v.c. habet: diebusque post paucis, &c. sine dictione æquè.

# NOTÆ
## AD LIBRVM TERTIVM
## DE BELLO CIVILI.

CONSVLES creantur Iulius Cæsar, & P. Seruilius] Suspicor nomen Iulius adiectum esse; nam Cæsar cùm de se loquitur, nõ solet illud ponere. Et fortasse cùm scriptum esset, Consules creantur ipse, & P. Seruilius, aliquis ad verbum ipse, addidit, Iulius Cæsar. Appianus lib. II. de Bello ciuil. ὑπάτους ἀπέφηνεν ἑαυτὸν τε καὶ Σερουίλιον ἰσαμεικόν. Sed ibi mendosè Πομπήιον legitur pro Σερουίλιον.

Is enim erat annus, quo per leges Consulem ei fieri licebat] Leges designat tum veteres, tùm nouam Corneliam, qua L. Sulla odio C. Marij, qui septies Cos. fuerat, veteres renouauerat, vt scribit Appianus lib. I. de Bell. ciuil. Veteres autẽ leges, quibus erat cautũ, ne quis eundem magistratum, intra quinquenniũ gereret, refert Liuius lib. VII. cùm ait: Præter hæc inuenio apud quosdam L. Genucium Trib. pl. tulisse ad populum,

lum,ne fœnerari liceret. Item alijs plebiſcitis cautum, nequis eundem magiſtratũ intra decem annos caperet,nec duos magiſtratus vno anno gereret. Cùm verò multi, vt ex Faſtis conſularibus apparet, his legib. per populum ſoluti,intra decem annos ſæpe bis,aut etiam ter eundem magiſtratum geſſiſſent (quòd ex epitome quoque Liuiana lib. VI. conſtat,in qua eſt: Delatus eſt vltrò Scipioni Africano à S. P. Q. R. conſulatus,quem cùm ille capere ob legẽ,quę vetabat quenquã intra decem annos iterũ Conſulem fieri licere, minimè vellet, ſicuti priore cõſulatu,legibus eſt ſolutus) lex Cornelia à Sulla lata eſt,qua veteres leges reuocauit.

Cùm fides tota Italia eſſet anguſtior] Simili modo Cicero anguſtias rei familiaris,anguſtias pecuniæ,item Ænarij anguſtias dixit. Plautus fidem ſubleſtã vſurpauit in Bacchidib.cùm ait: Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. & in Perſa. Nam ad paupertatẽ ſi admigrẽt in famiæ, grauior pauppertas fit. fides ſubleſtior. Tacitus lib. XVII. afflictã fidẽ dixit,cùm inquit: Multi afflicta fide in pace, ac turbatis rebus alacres. Suetonius dixit labefactatã. Redijt,inquit, certè nihilo opulentior,& qui propè labefactata fide omnia prædia fratri obligaſſet. Cæſar igitur fidem tunc anguſtioré fuiſſe tota Italia dicit,non tamen concidiſſe, vt dixit Cicero pro lege Manilia,cùm inquit: Nam tunc, cùm in Aſia res magnas permulti amiſerũt,ſcimus Romæ ſolutione impedita,fidem concidiſſe: non enim poſſunt vna in ciuitate multi rem atq. fortunas amittere, vt nõ plures ſecum in eandem calamitatẽ trahant. & lib. II. de Officijs. Nec enim vlla res vehemẽtius Remp. continet,quàm fides,quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.

Vt arbitri darentur] Expreſſit antiquã formulam legum XII. tabularum, in quibus eſt: Prætor arbitros tres dato. Appianus lib. II. de Bello ciuili videtur ad hunc locum reſpiciens πρυτάς appellaſſe, cùm ait:

Τὰς

Τὰς μὲν οὖν ἀποκοπὰς ἔδωκεν, πιμητὰς δὲ τῶν οὐσίων ἀπέφηνεν, οἷς ἔδει τοὺς χρήσας τοῖς δανείσασιν ἀντὶ τῶν χρημάτων διδόναι.

Per eos fierent æstimationes ] Magis placeret, per quos fierent æstimationes. nam librarij sæpe in eo peccant, vt eos scribant, pro, quos. In XII. tamen est: Prætor arbitros tres dato, eorum arbitrio, &c. De hac autem re ita Suetonius scribit in Cæsare cap. XLII. De pecunijs mutuis, disiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti, quasq. ante ciuile bellum comparassent. deducta (vel vt nos emendamus) deducto de summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum, aut perscriptum fuisset, qua conditione quarta pars ferè crediti deperibat.

Timorem nouarum tabularum ] Timebant enim creditores, ne primis tabulis abolitis, nouę conficerentur, quod nisi in rerum omnium perturbatione fieri non consueuit. Sallustius in Catilinæ bello: Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas, proscriptionem locupletiũ. & Cicero lib. II. Offic. Tabulæ nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Græci σισάχθειαν vocant tabulas nouas. Plutarchus in Cæsare: Καὶ σεισαχθείᾳ πνὶ τόκων τοὺς χρεωφειλέτας ἐκούφισεν.

Illis temporibus quibus in vrbem præsidia legionum Pompeius habuerat ] Faernus pro, in vrbem, vt est in v.c. legebat, ad vrbem, ex loco simili libri II. in quo de his legionibus, vt ipse putabat, scriptum sic est: Ne ad eius periculum reseruare & retinere eas ad vrbem Pompeius videretur. Sed videtur legendum, in vrbe, vt quidam codices habent, vna tantùm litera detracta, intelligendumque de eo præsidio, quo propter cædem Milonis Pompeius circa omnes Fori aditus, vt scribit Pædianus, dispositio, legem tulit de ambitu. Asconij verba sunt hæc ex argumento Milonianæ: Et

cum

cùm tractata ea res esset in Senatu, facto in Bibuli sententiam Senatusconsulto, Pompeius ab Interrege Ser. Sulpicio v. Kal. Mart. mense intercalari Cos. creatus est, statimque consulatum inijt. Deinde post diem tertium de legibus nouis ferendis retulit: Duas ex S. C. promulgauit; alteram de vi; alteram de ambitu, pœna grauiore & forma iudicij breuiore, &c. & pòst: Euntibus ad tabellam ferendam postero die iudicibus, qui fuit iudicij primus a.d. III. Id. Apr. clausæ fuerunt tota vrbe tabernæ; præsidia in Foro, & circa omnes Fori aditus Pompeius disposuit: ipse pro Aerario, vt pridie, consedit, septus delecta manu militum.

Quæ iudicia alijs audientibus iudicibus, alijs sententiam ferentibus] Omnino deesse videtur vox, testes, & illud, iudicibus, vel abundat, vel certè post verbum ferentibus reponendum; vt sit: Quæ iudicia alijs testes audientibus, alijs sententiam ferentibus iudicibus, singulis diebus erant perfecta, &c. Citati deinde testes (inquit Pædianus loco suprà citato) secundùm legem, quæ vt suprà diximus, iubebat vt prius quàm causa ageretur, testes per triduum audirétur, dicta eorum iudices obsignarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, iudices protinus sessum irent, tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem illo die iudicaretur.

Qui se illi in otio ciuilis belli obtulerant] Videtur legendum: Quòd se illi initio ciuilis belli obtulerant, si sua opera vti vellent, &c. nam voces, in bello, abundant. Causa igitur fuit, cur Cæsar condemnatos lege Pompeia restitui curarit, quòd scilicet eorum opera, & si vsus non sit, perinde tamen æstimabat, ac si vsus esset, quoniam sui fecissent potestatem. Sic enim legendum, non, suffecissent; itemque perinde, non, proinde. Cicero lib. XIII. epist. XLVII. ad Atticum: Erat in consulatus petitione mihi pollicitus, siquid opus esset, quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem, &c. Cæsar

autem eorum, quos restituit, opera, licet ipse per se, vt dicit, vsus non sit, per Curionem tamen in Sicilia vsus est. Cicero lib. x. epist. IV ad Atticum hæc à Curione audisse scribit: In primis nihil esse certius, quàm vt omnes, qui lege Pompeia condemnati sunt, restituerentur, itaque se in Sicilia eorum opera vsurum, &c. Vsus est igitur, vt diximus per Curionem.

Statuerat enim hos prius] Prius hîc pro, potius positum videtur, vt apud Cornelium Balbum ep. XXVI. lib. IX. ad Atticum, in qua est: Præstabo Cæsarem prius tuæ dignitatis, quàm suæ vtilitatis rationem habiturum.

In præripiendo populi beneficio] Quidam legunt in præcipiendo, Liuiano adducti exemplo ex lib. VI. in quo est: Non præcipiam gratiam publici beneficij. Sed Cicero lib III. de offic. præripere Collegis & Tribunis popularem gratiam, dixit.

Eò legiones XII.] Ita v. c. & rectè, licet quidam VII. reponant. Nam Appianus lib. II. de Bell. ciuil. habet XII. cùm ait: *ὧν δὲ ἐς πόλεμον Καίσαρι μὲν δέκα τέλη πεζῶν, ἡ χιλιάδες ἱππέων μύριοι.*

Vt angustè XV. millia legionariorum militum, & D. equites transporare possent] Erratum videtur à librarijs, vt sæpe fit, in notis numerum legionariorum militum indicantibus: id quod apparet vel ex eo maximè, quod sequitur: Atque eæ ipsę copiæ hoc infrequentiores imponuntur, quòd multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum deminuerat. Scribendum igitur: Vt angustè VII. legiones, & DC. equites transportare possent. Hanc scripturam confirmat Cæsar ipse, qui paulo pòst sic ait: Pridie Non. Ianuar. naues soluit, impositis, vt suprà demonstratum est, legionibus XVII. Item Appianus libro suprà citato, cùm inquit: *ἐξῆν δὲ τὴν θάλασσαν ἡμῖν ὑπὸ τῶν βήματος πέντε πεζῶν τέλη, καὶ ἱππέας λογάδας ἑξακοσίους, &c. καὶ δύο τελῶν ἐπελθόντων, οὓς ἡ τάδε προσλαβοῦν, ἀπήγετο χειμῶν*

μῶν & ὅτι ὀλκάδων. Plutarchus verò in Cæsare, omissis duabus legionibus, quas superuenisse dicit Appianus, v. tantùm edit legiones, & DC. equites. Sic enim ait: ἱππεῖς ἔχων λογάδας ἑξακοσίους καὶ πέντε τάγματα.

Hoc vnum inopia nauium Cæsari ad conficiendi belli celeritatem defuit ] Videndum an voces, inopia nauium, sint adiectæ χολιαστικῶς; nam alibi dixit: Equites cursum tenere, atque insulam capere non potuerunt. Hoc vnum ad pristinam fortunã Cæsari defuit.

Atque eæ ipsæ copiæ hoc infrequentiores imponuntur] Vox, copiæ, videtur abundare, adiecta fortasse ab eo, qui vocem, legiones, in legionarios milites mutauit. Has verò copias dicit VII. illas legiones, quas deminutas attritasque numero ob eas causas, quas memorat infrà, infrequentiores imposuisse ait. Idque verum esse vel ex eo intelligitur, quòd ad has VII. legiones adiunctis alijs IV. ab Antonio postea adductis, nihilominus in acie Pharsalica XXII. tãtùm hominum millia habuit, vt infrà Cæsar ipse scribit.

Pompeius anni spatium] v.c. & Faernus, annuum spatium. Pro eo verò quod in vulgatis est (Quòd vacuum à bello, atque ab hoste otiosum fuerat) libentius legerem: Quòd vacuus & otiosus, &c. vt non ad tempus, sed ad ipsum Pompeium referatur.

Regibusque omnibus & dynastis] Ita v. c. pro eo, quod alij reponunt, regionibusque omnibus. Cicero Philipp. lib. XI. itemque si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæ fecissent.

Societates earum prouinciarum ] Societates designat vectigalium, quas Publicani contrahebant, de quibus ita Tacitus lib. XIII. Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cũcta vectigalia omitti iuberet; idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum priùs laudata magnitudine animi, attinuere Senatores, dissolutionem

imperij docendo, si fructus, quibus Resp. sustineretur, diminuerentur: Quippe sublatis portorijs sequi (ita enim legendum, non sequens) vt tributorum abolitio expostularetur: pleraſque vectigalium societates (sic enim legimus, non, necessitates, vt quidam reposuerunt) à Cõsulibus & Tribunis pl. constitutas acri etiam tum populi Ro. libertate (ita enim huius loci postrema verba sunt scribenda.) Societates autem dicũtur etiam corpora ipsa, & collegia, quibus qui præerant, vocantur Magistri Societatum.

Vnam ex Sicilia veteranam] Videndum an ex Cilicia sit scribendum, quòd infrà Cilicienſis hæc ipsa legio appelletur his verbis: Cilicienſis legio coniuncta cum cohortibus Hiſpanis, quas transductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erat collocata. Eandem designat, vt videtur, Lucanus lib. VII. cùm ait:

*At medij robur belli fortiſſima denſant*
*Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat*
*Scipio, &c.* Et fortaſſe hac ipsa legione Cicero superiore anno, cùm proconsulari potestate Ciliciam obtineret, vsus est. Quo fit vt ex Cilicia magis, quàm ex Sicilia legendum putem; quamuis sciam M. Catonem ex Sicilia legionem vnam adduxiſſe.

Quam factam ex duabus Gemellam appellabat] Gemellæ legionis nomen frequens est in veteribus lapidum monumentis, atque eius appellationis rationem hanc affert Dio lib. LVIII. quòd ex reliquijs plurium legionum esset compacta. Dionis verba sunt hæc: Τὰ δ' καὶ ἑτέροις πσὶν ἀπὸ τε αὐτῆς ἐκείνου, καὶ ἀπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων ἀνεμίχθη, ἀφ' οὗπερ καὶ Δίδυμα ὠνομασμένα νενόμισται.

Quas Lentulus Cos. scribendas curauerat] Videtur legendum: Quas Lentulus conſcribendas curauerat, vel, ſcribendas. Nam de Lentulo ita infrà habetur: L. Lentulo, qui superiore anno Consul fuerat, &c. Igitur Consul tunc non erat.

His Antonianos milites admiſcuerat] Apparet tum ex hoc

ex hoc loco, tum ex alijs, quos infrà notabimus, superiorem librum mutilum esse, & mancum multis partibus, quæ suppleri aliquomodo poterũt, tum ex Dione & Appiano, tum ex Orosio, apud quem lib. VI. cap. XV. ita habentur hæc, quæ de Antonianis militibus desiderantur: At verò Dolabella partium Cæsaris, in Illurico per Octauium & Libonem victus, copijsq. exutus, ad Antonium fugit. Basilus & Sallustius diuidentes singulas legiones, quibus præerant, similiter & Antonius, Hortentius quoque ab intimo mari cum classe concurrens, omnes pariter aduersus Octauium & Libonem profecti, & victi sunt. Antonius cùm se Octauio cum XV. cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium à Libone deducti sunt.

Cottus ex Thracia] v. c. Cotys, ex quo factum est Cotus antiqua scriptura, vt Sulla, & Murrha, deinde corruptè Cottus, vnde mendosè est apud Ciceronem in Pisoniana, regi Cotto vendidisti, & infrà apud Cæsarem, regis Cotti. Dioni & alijs est, Κότυς.

Ex quibus DC. Gallos Deiotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia] Dio lib. XLI. Δηιόταρον Γαλάτων, & Ἀριοβαρζάνην τῆς Καππαδοκίας βασιλέα, partiũ Pompeianarum fuisse dicit. Hic autem Ariobarzanes à Cicerone lib. XV. ep. II. dicitur Eusebes & Philoromæus, vel, vt est in argenteo Græco nomismate, ΕΥCΕΒΗC ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟC.

Et Sasalem filium miserat] Lucanus lib. V.

*Tunc Sadalem, fortemq; Cotyn, fidumq; per arma*
*Deiotarum, & gelidæ dominum Rascipolin oræ*
*Collaudant, &c.*

Dio lib. XLI. habet Σάδαλον, cùm ait: Λογῖνον μὲ ἐνταῦτα ἔτι τε τὸν Σιτίωνον καὶ ἔτι Σαδάλου Θρακὸς ἰσχυρῶς ἐσφάλη. Et paulo pòst itidem, Σαδάλου Θρακός.

DCCC. quos ex seruis suis, pastorumque suorum coegerat] Ita v. c. Sed videtur legendum: DCCCC. quos ex seruis pastoribusq. suis coegerat, nam suprà lib. I. dixit:

ſeruos paſtores armant, atque his equos attribuit. Ex ijs circiter CCC. (vel vt hîc) DCCC. equites confecit.

Ex Gallograecia dederant] Pro, dederant, &, Tarcondatius, v.c. haber, tantundem, & Tarcondarius, pro quo, Dio, Tarcondimotus, & item Cicero lib. XV. ep. 1. cùm ait: In finibus Licaoniæ, & Cappadociæ mihi litteræ redditæ ſunt à Tarcondimoto, qui fideliſſimus ſocius, trans Taurum, amiciſſimusque populi Ro. exiſtimatur, & pòſt ſcribendum ex v. c. à Commageno Antiocho; nam ſic habent Græci ſcriptores, & Dio lib. XXXV. Τόν τε τῆς Κομμαγηνῶν βασιλέα Ἀντίοχον.

Huc Bardanos] v.c. Huc Dardanos, & ita omnino legendum; nam Dardani populi ſuprà Macedonas & Illyrios, quos ſtatim Cæſar edit, ponuntur à Geographis.

Omni in ora maritima] Particula, in, abeſt à v. c. & certè abundat. Paulo pòſt v.c. habet, D. Lælius. Quod autem dicit C. Caſſium Syriacis nauibus præfuiſſe, id veriſſimum eſt. nam in argenteis eius denarijs hæc præfectura acroſtirij ſigno indicatur, addito etiam nomine M. Seruilij eius legati, cùm in altera parte ſit, C. CASSI. IMP. in altera, M. SERVILI. LEG. Vterq. autem inter Cęſaris poſtea percuſſores numeratus eſt & in denarijs M. BRVTI. IMP. alter LONGVS, alter CASCA, notis cognominibus, deſcribuntur.

Rhodijs C. Marcellus cum C. Pomponio] Scribendum C. Coponio, vt aliàs diximus in Familijs Romanis. nam C. hic Coponius Prætor fuit anno DCCIII. & eum deſignat Pompeius Procos. in epiſtola ad M. Marcellum, & L. Lentulum Conſules lib. VIII. ad Atticum, cùm ait: Ego ad P. Lupum, & C. Coponium Prætores miſi, vt ſe nobis coniungerent. item Cicero lib. I. de Diuinatione cùm ſcribit, C. Coponium ad ſe veniſſe Dyrrhachio, cum Prętorio imperio claſſi Rhodianæ præeſſet. Malè autem Q. infrà prænominatur à Cæſare, cùm ait: Claſſi Rhodiæ Q. Coponium præfuiſſe.

fuisse. C. enim COPONIVS PR. Ex S. C. in eius denario dicitur, in quo, quòd Tibure oriundus esset, Herculis insignia expressa sunt. Appianus in Parthico Κοπώνιον ἄρχοντα nominat, & item Velleius lib. II. Coponium virum Prætorium.

Scribonius Libo] Ad hunc pertinent, vt opinor, argentei denarij cum inscriptione C SCRIBONIVS LIBO, in quibus Libonis puteal expressum est, de quo Horatius ——— *Puteálque Libonis*

*Mandabo siccis, &c.* Videndus Festus Pompeius.

Toti tamẽ officio maritimo M. Bibulus præpositus] Appianus lib. II Νῆες δὲ μακρὰι μὲ ἦσαν τῷ Πομπηίῳ ἐντελεῖς τοῖς πληρώμασιν ἑξακόσιαι, πολὺ δὲ ὁλκάδων καὶ σκαφῶν ἄλλο πλῆθος, ναύαρχοί τε πολλοὶ κατὰ μέρη, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Μάρκος Βίβλος. Sed in vulgatis libris corruptè habetur, Μάρκος Βιβύλλιος.

Postridie terram attingit Græcorum ] v. c. habet minus corruptè, Germaniorum, pro eo quod Victorius reposuit ex Dione & Appiano, Cerauniorum. Sed videtur hic locus ita interpungendus: Postero die terram attigit (Ita enim est in v. c. & lib. v. dixit: Prima luce terram attigit) Cerauniorum, saxa inter & alia loca periculosa quietam nactus stationem. Sic planè dixit lib. VI. de Bello Gall. In segetes misit, quas inter & castra vnus omnino collis intererat.

Erat Orici Lucretius Hispillo] Veteres libri variant in hoc cognomine; Alij enim habent Vispullo, siue, Bispullio, vt est in Pandectis quoque Florentinis, & Lexico Latinograeco, quod Vispulliones interpretatur κερδαίνας. Alij, Vispillo, siue Vespillo, quod rectius est; nam in argenteis denarijs dicunt extare Q. LVCRETIVS. Q. F. VESPILLO. Qui vt videtur, filius fuit eius Lucretij, quem Cicero in Bruto, vt acutum, & iurisperitum laudat. Vespillo etiã habetur in lib. de viris illustribus, in quo est: Ti: Gracchi corpus Lucretij Ædilis manu in Tiberim missum est; vnde ille Vespillo dictus.

Minucius Rufus] Hunc opinor esse, qui in argenteis denarijs dicitur, Q. MINVCIVS. RVFVS.

Sed neque ij sibi confisi ex portu prodire sunt ausi. Cùm Cæsar omnino XII. naues longas præsidio duxisset, in quibus erat & ipse: neque Bibulus, &c.] In codice, qui est apud me vetustissimus, ita huius loci postrema pars habetur: In quibus erant constructæ illi, &c. corruptè sine dubio, sed ita, vt ex eius scripturæ vestigijs vera lectio elici possit, quam putamus hanc esse: (cùm Cæsar omnino XII. naues longas præsidio duxisset, in quibus erant constratæ quattuor) parenthesi appositâ à dictione, cum, ad, quattuor. ex notis enim IIII. quæ quattuor significant, fluxit vox, illi, quam tamen vt mendosam asterisco notauit libri mei Corrector, adiecta ad marginem dictione, quattuor. Constratas autem naues dixit Cæsar, quas suprà, καταφράκτους à Græcis dici indicauimus, quasq. Cæsar ipse alibi tectas appellauit. Constratas quidem infrà his verbis: Atque omnes naues incendit XXXV. in quibus erant viginti constratæ. Tectas verò suprà lib. I. de Bell. ciuil. Massilienses, inquit, vsi L. Domitij consilio, naues longas expediunt numero XVII. quarum erant XI. tectæ.

Fusius Calenus] v. c. Fufius Kalenus. & ita scribendum esse suprà ex antiquis denarijs admonuimus. Paulo pòst cùm in eodem v. c. sit: In eas indiligentiæ suæ, ac doloris iracundia erupit, &c. Videndum an legi possit: In eas indiligentiæ suæ dolor ac iracundiæ erupit. Nam infrà de Bibulo dixit: Custodijsque diligentius dispositis. Item: Prodit Libo, atque excusat Bibulum, quòd is iracundia summa erat. & paulo pòst: Ne res maximæ spei, maximæque vtilitatis eius iracundia impedirentur. Liuius autem lib. VI. videtur simili modo dixisse: Victæ plebis dolor erupit. Faernus legebat, iracundiam.

A Salonis] Ita v. c. Salonæ. item Dioni, & Ptolemæo, & Lucano lib. V.

Qua

*Qua maris Adriaci longas facit vnda Salonas.*

Hirtius tamen lib. IV. de Bell. Alexan. Plinius, & Mela, itemque Vetus inscriptio habet, Salona: Stephanus vtrunque nomen ponit, cùm ait: Σαλώνα πόλις Ἰλλυρίδος, εἰσὶ καὶ Σαλῶναι πόλις Δελματίας.

Neque subsidium expectans, si in Cæsaris complexum veniret. Sed post discessum Liburnarum, &c.] Cùm in v.c. pro, complexum, sit, conspectum, & venire posset, pro veniret, videndum an ita legi debeat: Ne quod subsidium expectabat Cæsar, inconspectum venire posset &c. Vt inconspectum positum sit pro, non conspectum, vt suprà inuisum dixit pro, non visum, cùm ait: Communi enim fit vitio naturæ, vt inuisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, atque exterreamur. Bibulus enim cùm ex captiuis cognouisset Cæsarem subsidia expectare, omnibus viribus nitebatur, ne aliquod subsidium se inscio venire posset. Itaque cùm dictio sed, ex postremis litteris verbi posset, facta videatur, inducenda omnino, & alio principio legendum. Post discessum Liburnarum, &c. Sed hic quoque locus pendet ex ijs, quæ in libro II. diximus desiderari, in quibus erat, Scriboniũ Libonem (quem cùm M. Octauio Liburnicæ atque Achaicæ classi præfuisse paulo suprà dixit) Liburnis nauibus impositos milites XV. cohortium, quos per deditionem Antonij cepisset, ad Pompeium duxisse, post quarum discessum, M. Octauium cum reliquis Liburnis nauibus Salonas venisse. Dio lib. XLI. Ἐν ᾧ δὴ καὶ ταῦτα ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐγίγνετο, Μάρκος μὲν Ὀκταούιος, καὶ Λούκιος Σκριβώνιος Λίβων, Πούπλιον Κορνήλιον Δολαβέλλαν τὰ τε τοῦ Καίσαρος φρονοῦντα, καὶ ἐν τῇ Δαλματίᾳ ὄντα, ἐξήλασαν αὐτῆς, πρὸ τοῦ Πομπηίου ναυτικῷ χρώμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο Γάϊον Ἀντώνιον ἐπαμυνοῦσι οἱ ἐθελήσαντες, ἐς γε πόλεμόν τι κατέλεισαν. Κἀνταῦθα πρός τε τὴν ὀπισχωρίαν ἐγκαταλειφθέντα, καὶ λιμῷ πιεσθέντα, παντελῶς ὀλίγων εἶλον. Appianus libro II. Καὶ τῇ αὐτῇ ἡμερῶν Ἀντώνιός τε περὶ τὴν Ἰλλυρίδα

Ἰλλυρίδα ἦγε τὸν τοῦ Ὀκτωυίου Δολοβέλλαν, Πομπηίῳ στρατηγοῦντα.

Ibique concitatis Dalmatis]v. c Delmatis,& ita antiqui lapides,& Fasti Capitolini,in quibus est Delmaticus,non, Dalmaticus. Velius item Longus ex auctoritate Varronis ita præcipit scribendum,cùm ait: Placet etiam vt Delmatiam, non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam à Delminio maxima ciuitate tractum nomen existimetur.

Hissam] Infrà est, Issam, & ita Polybius, Mela, & Ptolemæus,itemque Strabo,in cuius epitoma est, Iassa. Plinio etiam Issæi. Paulo pòst in v.c.est: Neque denuntiationibus periculi,&c. sed magis placet,denuntiatione,vt in vulgatis.

Opidum & loci natura, & colle munitum] Quidam legũt, & manu munitum, pro,& colle munitum, quòd ita Cæsar alibi dixerit. Sed lib 1 de Massilia dixit: Pars ea,quæ ad arcem pertinet,loci natura, & valle altissima munita.

Sed celeriter ciues Romani] Videndum an legi possit: Eò celeriter ciues Romani. Paulo pòst in v.c. habetur: his sese munierunt.

Præfectis omnium mulierum crinibus] Vitruuius lib.x. cap.xvi. Nam quæ fiunt in capitibus foramina, per quorum spatia contẽduntur,capillo maximè muliebri,vel neruo, funes, &c. Sed Ctesibius in libro de machinis bellicis de hac ex capillo muliebri funium, quos Græci τόνους appellant,conficiendorũ ratione latius scribit his verbis: ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀγκῶσι τόνος, ἢ ἐκ πηχῶν γίνεται γυναικείων, αὗται γὰρ λεπταί τε ἔσαι, καὶ μακραὶ, καὶ πολλῷ ἐλαίῳ πεφυσῆσαι, ὅταν πλακῶσι, καὶ τονίαν πολλὴν λαμβάνουσι, ὥστε μὴ ἀπαδεῖν τῆς διὰ ξύλων ἰσχύος.

Maximè re frumentaria laborabant] v. c. à re frumentaria.& ita dixit lib.vii.de Bello Gallico: Ne à re, inquit, frumentaria duris subuectionibus laboraret. Paulo pòst in eodem v.c.est: Quare missis ad Cæsa-

rem

rem legatis. Item: Negligentiores Octauianos feciſſet,&c. non,effeciſſet.

Nacti occaſionem meridiani temporis diſceſſu eorum pueris mulieribusque, &c.] Videndum an legi debeat: Nacti occaſionem,meridiano tempore diſceſſus eorum:Pueris,&c. nam ſuprà lib.1 dixit: Interiectis aliquot diebus,noſtris languentibus, atque animo remiſſis,ſubito meridiano tempore cùm alius diſceſſiſſet,alius ex diutino labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet. In v.c.eſt: Pueris, mulieribusque in muro depoſitis. & pòſt: Tantis detrimentis acceptis, &c. non,receptis.

Demonſtratum eſt L. Vibullium Rufum Pompeij Præfectum] v.c. habet, Demonſtrauimus L. Vibullium,&c. Ex hoc autem loco intelligimus alterum ex Pompeij Præfectis, quos Cæſar à ſe captos dimiſit, fuiſſe L.hunc Vibullium Rufum,quem hactenus non nominauit,cùm alterum Cn. Magium,ſuprà nominatim appellauerit lib. 1. & in epiſtola ad Q. Oppium ſcripſerit ſe duos Præfectos Fabrûm Cn. Pompei deprehendiſſe,ambosque miſſos feciſſe.Cùm autem infrà dicat cognouiſſe Cæſarem miſſum in Hiſpaniam à Pompeio Vibullium Rufum, quem ipſe Corfinij captum dimiſerat,confirmare videtur id,quod hîc dicit, iterum in Hiſpania captum dimiſiſſe.

Illum ab Italia expulſum] v.c.non habet particulam,ab.& poſt habet, Afraniani exercitus, non,Africani, vt ad Afranij milites referatur, qui ſe Cæſari, Afranio ſuperato,dederant: ſed quàm rectè, aliorum ſit iudicium.mihi certè ea lectio non probatur.

Se morte Curionis, &c. militumque deditione ad Corcyram]Hæc habebantur,vt diximus,lib. 11. nunc autem deſiderantur.Suppleri autem poſſunt ex Dione, Appiano,& alijs. Item que ex Suetonio in Cæſare cap. xxxvi.in quo eſt: Omnibus ciuilibus bellis nullam cladem niſi per legatos ſuos paſſus eſt:quorum C. Curio in

rio in Africa perijt, C. Antonius in Illurico in aduersariorum deuenit potestatem; P. Dolabella classem in eodem Illurico; Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiserunt. De morte quidem Curionis ad ea quæ suprà protulimus ex Dione addi possunt & hæc ex Appiani lib. II. Κουρίων δὲ φιλονδυώως μαχόμενος, σὺν ἅπασι τοῖς παροδσιν ἔπεσε, ὡς δὴ τῷ Πομπήιῳ μυδένα ἄλλον ἐπανελθεῖν εἰς Ἰτύκλυ. τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τέλος τῆς ἀμφὶ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν μάχης ἐγένετο, ἡ δὲ κεφαλὴ Κουρίωνος ἀποτμηθεῖσα, ἐς Ἰόβαν ἐφέρετο. De Antonij verò deditione ad Corcyram Nigram (quæ à Ptolemæo dicitur Κόρκυρα μέλαινα Illurico litori opposita) præter ea quæ ex Appiano & Dione, itemque Orosio attulimus, ita Lucanus lib. IV.

*Clauditur extrema residens Antonius ora,*
*Cautus ab incursu belli, si sola recedat*
*Expugnat quæ tuta fames.*

Iam ipsis incommodis suis] v. c. habet, ipsi, non, ipsis. & post Faernus legebat: Interea expedire, & ipsis placere oportere, &c. Sed videndum an rectius sit: Interea & Pomp. & ipsi placere oportere, &c. nam Cæsar cùm de se loquitur, voce, ipse, vti solet, vt suprà libro I. Mittit ad Libonem in primis, vt ipse cum Pompeio colloqueretur. Hic autem cum Pomp. scriptum esset, Reip. ab aliquo videtur factum, qui existimarit ex ea lectione aptiorem sensum elici posse. Paulo pòst in v. c. est: depositis armis, &c. sine copula, que.

Vibullius his expositis Corcyræ] Alij legunt Vibullius his expositis à Cæsare. Sed v. c. meus retinet vulgatam lectionem, Corcyræ; vt fortasse legendum sit: Is expositus Corcyræ; nam nomen Vibullius videtur adiectum. & paulo pòst, verbum inciperet, itemque illud, antè, mihi suspecta sunt, vt fortasse totus hic locus ita sit legendus: Is expositus Corcyræ, non minus necessarium esse existimauit, de repentino aduentu Cæsaris Pompeium fieri certiorem, vti ad id consi-

lium

lium capere posset, quàm de mandatis agi.

L. Torquatus] Opinor designari L. Torquatũ eum, qui III. vir monetæ cudendæ, torque & alijs eius familiæ monumentis argenteos denarios cum inscriptione L. TORQVAT. Ex. S. C. signauit.

Cùm Græcos murum ascendere, atque arma capere iuberet, illi autem contra Imperium Populi Ro. pugnaturos se negarẽt. Oppidani autem etiam sua sponte Cæsarem recipere conarentur] Ita legitur hic locus in v.c. Imperium autem pro ipso Imperatore & magistratu positum videtur; erat enim Cæsar tunc Consul. Sic infrà: Erat plena litterarum, & imperiorum prouincia. Paulo pòst pro, dedit, vt est in vulgatis, v.c. habet, edidit.

L. Straberius] v.c. & antiqui lapides, L. Staberius. Horatius lib. II. Satyra III. illo versu:

*Hæredes Staberi summam incidere sepulcro.*

Item Appianus lib. II. proximè ad rectam scripturam habet σαμέει, cùm ait: Ἀπὸ δὲ τῆς ὡρίκου Καῖσαρ Ἀπολλωνίας ἠπείγετο, καὶ φθὰς Ἀπολλωνιατῶν αὐτὸν δεχομένων, σαμέει ὁρμάρχου ἐξέλιπε τὴν πόλιν.

Quorum cognita voluntate clam profugit Apolloniates ad Cæsarem, &c.] In v.c. ita legitur hic locus: Quorum cognita voluntate clam profugit Staberius Apollonia. Illi ad Cæsarem, &c.

Hos sequuntur Bellidenses Amatini] Legendum, Bullidenses & Amantiani, ex loco inferiore, in quo est: Qui commeatus Bullide, atque Amantia importari in oppidum prohibebat. Item ex Plinio, qui lib. IV. cap. x. sic habet: & Liberi Amantiani, atque Orestæ, coloniæ Bullidensis, & Diensis. Ptolemæus etiam & Stephanus, Βυλλὶς, Ἀμαντία.

Quæ imperaret, se facturos pollicérentur] Ita v.c. vt suprà: Contra imperium Populi Ro. pugnaturos se negarent. In vulgatis verò vtrobiq. deest dictio, se.

Tantusque terror incidit eius exercitui] Ita v.c. Vi-

dendum

rio in Africa perijt, C. Antonius in Illurico in aduersariorum deuenit potestatem; P. Dolabella classem in eodem Illurico; Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiserunt. De morte quidem Curionis ad ea quæ suprà protulimus ex Dione addi possunt & hæc ex Appiani lib. II. Κουρίων δὲ φιλοκινδύνως μαχόμενος, σὺν ἅπασι τοῖς παροῦσιν ἔπεσε, ὡς δῆθεν τῷ Πομπήϊος μηδένα ἄλλον ἐπανελθεῖν εἰς Ἰτύκλυν. τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τέλος τῆς ἀμφὶ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν μάχης ἐγένετο, καὶ ἡ κεφαλὴ Κουρίωνος ἀποτμηθεῖσα, ἐς Ἰόβαν ἐφέρετο. De Antonij verò deditione ad Corcyram Nigram (quæ à Ptolemæo dicitur Κόρκυρα μέλαινα Illurico litori opposita) præter ea quæ ex Appiano & Dione, itemque Orosio attulimus, ita Lucanus lib. IV.

*Clauditur extrema residens Antonius ora,*
*Cautus ab incursu belli, si sola recedat*
*Expugnat quæ tuta fames.*

Iam ipsis incommodis suis] v.c. habet, ipsi, non, ipsis. & post Faernus legebat: Interea expedire, & ipsis placere oportere, &c. Sed videndum an rectius sit: Interea & Pomp. & ipsi placere oportere, &c. nam Cæsar cùm de se loquitur, voce, ipse, vri solet, vt suprà libro I. Mittit ad Libonem in primis, vt ipse cum Pompeio colloqueretur. Hic autem cum Pomp. scriptum esset, Reip. ab aliquo videtur factum, qui existimarit ex ea lectione aptiorem sensum elici posse. Paulo pòst in v.c. est: depositis armis, &c. sine copula, que.

Vibullius his expositis Corcyræ] Alij legunt Vibullius his expositis à Cæsare. Sed v.c. meus retinet vulgatam lectionem, Corcyræ; vt fortasse legendum sit: Is expositus Corcyræ; nam nomen Vibullius videtur adiectum. & paulo pòst, verbum inciperet, itemque illud, antè, mihi suspecta sunt, vt fortasse totus hic locus ita sit legendus: Is expositus Corcyræ, non minus necessarium esse existimauit, de repentino aduentu Cæsaris Pompeium fieri certiorem, vti ad id consi-

lium

lium capere posset, quàm de mandatis agi.

L. Torquatus] Opinor designari L. Torquatũ eum, qui III. vir monetæ cudendæ, torque & alijs eius familiæ monumentis argenteos denarios cum inscriptione L. TORQVAT. EX. S.C. signauit.

Cùm Græcos murum ascendere, atque arma capere iuberet, illi autem contra Imperium Populi Ro. pugnaturos se negarẽt. Oppidani autem etiam sua sponte Cæsarem recipere conarentur] Ita legitur hic locus in v.c. Imperium autem pro ipso Imperatore & magistratu positum videtur; erat enim Cæsar tunc Consul. Sic infrà: Erat plena litterarum, & imperiorum prouincia. Paulo pòst pro, dedit, vt est in vulgatis, v.c. habet, edidit.

L. Straberius] v.c. & antiqui lapides, L. Staberius. Horatius lib. II. Satyra III. illo versu:

*Hæredes Staberi summam incidere sepulcro.*

Item Appianus lib. II. proximè ad rectam scripturam habet σαμέα, cùm ait: Ἀπὸ δὲ τῆς ὡρίου Καῖσαρ Ἀπολλωνίας ὑπεῖγετο, καὶ ὅμ' Ἀπολλωνιατῶν αὐτὸν δεχομένων, σαμέα ὀφθεὶς ἐξέλιπε τὴν πόλιν.

Quorum cognita voluntate clam profugit Apolloniates ad Cæsarem, &c.] In v.c. ita legitur hic locus: Quorum cognita voluntate clam profugit Staberius Apollonia. Illi ad Cæsarem, &c.

Hos sequuntur Bellidenses Amatini] Legendum, Bullidenses & Amantiani, ex loco inferiore, in quo est: Qui commeatus Bullide, atque Amantia importari in oppidum prohibebat. Item ex Plinio, qui lib. IV. cap. X. sic habet: & Liberi Amantiani, atque Orestæ, coloniæ Bullidensis, & Diensis. Ptolemæus etiam & Stephanus, Βυλλὶς, Ἀμαντία.

Quæ imperaret, se facturos pollicerentur] Ita v.c. vt suprà: Contra imperium Populi Ro. pugnaturos se negarent. In vulgatis verò vtrobiq. deest dictio, se.

Tantusque terror incidit eius exercitui] Ita v.c. Videndum

dendum autem an pro, incidit, rectius sit, incessit. Sic enim Cæsar dixit infrà: Tantusque eo facto timor incessit. Item: Magnúsque incesserat timor sagittarũ, &c. & suprà lib. 1. In castris Curionis magnus omnibus incessit timor. & alibi.

Cæsar profecto occupato itinere] A. Statius Lusitanus legebat: Cæsar profectus occupato itinere, ex loco simili apud Cæsarem. Alij, præoccupato itinere. Sed cùm in v. c. apud me sit, Cæsar præfecto occupato itinere, videndum an legi debeat, Cæsar præcepto itinere, vt verbum, occupato, glossema sit verbi, præcepto, quo vsus est Liuius, cùm ait: Nox, dieíque insequentis pars ad præcipiendum iter Philippo data est. Confirmat hanc lectionem Lucanus, vsus & ipse verbo præcepit, lib. vi. cùm inquit de Cæsare.

*Signa mouet, tectusq́, via dumosa per arua*
*Dyrrachio praceps rapiendas tendit ad arces.*
*Hoc iter aquoreo praecepit limite Magnus.*

Vt vigilijs castellisq. benemeritæ ciuitates tutæ essent præsidio] Faernus ex v. c. legebat esse, pro, essent; delebat item verbum, tutæ, ex coniectura; &, ciuitates, mutabat in, ciuitatem. Nos lectionem veterum librorum retinemus, in quibus est, esse, non essent, & tutæ itidem delemus, sed, vigilijs, mutamus in, vicis; &, ciuitates, parua mutatione, in, ciuitatis, totumque locum ita legendum existimamus: vt vicis castellisque benemeritæ ciuitatis esset præsidio. Nam quòd Apolloniatæ Cæsarem recepissent in vrbem, & commeatu opibusque eum adiuuissent, timebat Cæsar, ne ob id Pompeiani vicos eorum castellaque incenderent, agrósque depopularentur; itaque vt benemeritæ ciuitatis vicis castellisque præsidio esset, in eorum finibus ad flumen Apsum castra posuerat. Sic infrà locutus est, cùm ait: Non solùm vrbibus, sed pænè vicis, castellisq; singulis. Et Sallustius apud Nonium, vicos castellósque incendere dixit. In v. c. pro, ponit, scriptum

ſcriptum eſt,ſupponit.& pro, in naues poſitis, habet, in naues impoſitis.

Quantum nauium facultatem habebat]Faernus legebat,quam tum nauium facultatem habebat,&c. ſed vulgata lectio retineri poteſt, vt ſit, pro, copia nauium Antonium milites impoſuiſſe. Nam quòd non omnes qui Brundiſij erāt,fuerint in naues impoſiti,appareret ex eo,quod Kalenus expoſitis copijs, naues Brundiſium remiſerit ad reliquas tranſducēdas. Quantum autem nauium dictum videtur,vt ſuprà, Tantum nauium reperit. Quidam legunt: Quùm primum nauigandi facultatem habuit;vt ſit ſenſus,Kalenum impoſitis in naues militibus, idoneum ventum ad tranſducēdas copias expectare,vt eum nactus, ſtatim è portu ſolueret Sic infrà: Cæſar ad ſuos ſcripſit,vt nacti idoneum ventum,ne occaſionem nauigandi dimitteret.

Magno caſu]v.c. Magnóq caſu Sic ſuprà Nam ſicut magno accidit caſu. Paulo pòſt.in v.c. eſt. Atque vno eriam tempore accidit.

Cum M. Acilio,& Statio Murco legatis]Opinor legendum,cum M. Acilio, quòd eo tantum prænomine Acilia familia vtatur, licet in argēteo quodam denario ſit M. ACILIVS M. F ſed haud ſcio,an fabrili errato. Statius autem MVRCVS IMP. in argenteo item denario deſcriptus eſt,de quo diximus in noſtris familijs.

Huc addunt] Quidam legunt, adſuunt, pro, addunt,quod non placet; nam Cæſar ſic alibi loquutus eſt,& ſuprà lib. 1. cùm ait: Addunt ipſi, & affingunt mores. Item: Huc pauca ad ſpem largitionis addit. Et paulo pòſt: Huc addit pauca de cauſa, & de ſuis copijs ſuis.

Et perfecturum aliquid de Bibuli mandatis exiſtimabatur] Cùm in v.c. ſit, & profectum aliquid,&c. legendum an legi debeat: Et perfectum aliquid Vibulli mandatis exiſtimabatur. Habetur enim ſuprà, Cæſarem vbi primùm terram attigit Vibullium

lium cum mandatis de pace misisse, à quo existimabatur aliquid de illis mandatis esse perfectum, idque Bibulum ac Libonem deferre verisimile erat. Vibulli autem nomen in, Bibuli, facilè mutauit librarius ex antiqua consuetudine ponendi V, pro, B. & rursus B, pro, V.

Cæsar eo tempore cum legione vna profectus ad recipiendas vlteriores ciuitates, & rem frumentariam expediendam, qua angustè vtebatur, erat ad Buthrotum oppidum Corcyræ] Ita hic locus legitur, & interpungitur in v. c. meo, & rectè, vt videtur, nisi quòd verbum, opidum, non ita placet, vt illud, oppositum, quod est in vulgatis.

Vt componerentur, atque ab armis discederetur] v. c. habet, vt componeretur. Atque eodem modo de eadem re locutus est Cicero in oratione pro Sex. Roscio, cùm ait: Sciunt ij, qui me norunt, me pro illa tenui infirmaque parte, posteaquam id quod maximè volui fieri non potuit, vt componeretur, id maximè defendisse, vt ij vincerent, qui vicerunt.

Quòd de concilij sententia summam belli, rerumque omnium Pompeio permiserint] Lucanus ita de hac re lib. v. cecinit.

*Vos quorum finem non est sensura potestas,*
*Consulite in medium patres, Magnúmque iubete*
*Esse ducem. Lato nomen clamore Senatus*
*Excipit, & Magno fatum patriæq; suúmque*
*Imposuit*, &c.

Atque illum reliqua perfecturum] v. c. habet, persecturum. & paulo pòst: Neque tum respondendum Cæsar existimauit. Item, prodantur, quod fortasse rectius est quàm, prodatur. & infrà v. c. habet: Neque hanc rem illis esse impedimenti loco.

Quæ vbi Cæsar intellexit] Ita v. c. sed alij libri habent: Quem vbi Cæsar cognouit, &c. vt ad Libonem referatur. Fortasse autem rectius esset: Quod vbi Cæsar

sar cognouit,&c. Nam sic suprà lib. III. de Bell. Gall. dixit: Quod vbi Crassus animaduertit, suas copias propter exiguitatem non facilè diduci, non cunctandum existimauit, quin pugna decertaret, &c. & infrà hoc ipso libro: Quod vbi hostes viderunt, &c.

Ad neminem vnum ] Simili modo dixit Cicero: Nemo de nobis vnus excellat. & Auctor ad Herennium: Nemo vnus potuit debere, vt legibus interrogari non possit. Liuius lib. XXXVIII. Alij neminem vnum ciuem tantùm eminere. & Appuleius Apol. II. Qui vnum neminem in terris viliorem se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit.

Vbi primùm rursus adhibito Libone, & L. Luceio, & Theophane, quibusque communicare ] Ita habet v.c meus. Sed illud, rursus, videtur abundare, nam vbi primùm cum Theophane & alijs Vibullius de mandatis Cæsaris agere cœperit, hactenus dictum non est.

Eum ingressum in sermonem ] v.c. meus. Quem ingressum in sermonem. & ita Cicero locutus est lib. XV. epist. XI. ad Atticum, cùm ait: In quam orationem cùm essem ingressus, Cassius interuenit. Nec tamen reijcimus vulgatam lectionem; nam Cæsar lib. I. dixit: Marcellus, ingressus in eam orationem.

Cuius rei opinio tolli non poterit, cùm in Italiam, ex qua profectus sum, reductus existimabor. Bello perfecto, ab his Cæsar hęc facta cognouit, &c. ] Ita hic locus legitur, & interpungitur in v.c. qui apud me est. Infra eodem modo loquitur, cùm ait: Vt postea confecto bello reperiebamus. Item: Vt postea bello confecto cognitum est, &c. facta, autem pro, dicta, vt rursus facto, pro dicto, Cæsar sæpe posuit.

Vnum flumen tantum intererat Apsus ] Vel, Apsus, vel, tantum, abundare videtur. Suprà lib. I. sic locutus est, cùm ait: Atque vna valle non magna interiecta. Item: Quos inter & castra vnus omnino collis intererat. Paulo pòst in v.c. est: De pace legatos duos mitte-

re. Et pro, exponere posſent, videtur legendũ, exponere posſe. Item: Quae ex frequentia T. Labienus prodit, &: Nisi Cæsaris capite delato, pax esse non potest.

M. Cælius Rufus Prætor causa debitorum susceptal Dio lib. XLII. copiosius narrat hæc, quæ de M. Cælij Prætura, itemque de causa debitorum ab eo susceptа, Cæsar scribit. Sed corruptè Dio Cæcilium, vt lib. XLII. appellat, ait enim: ὁ δὲ δὴ Καικίλιος ὁ Μάρκος ἠγ ἀπώλετο, τολμήσας τὰ ὀφειλήματα ὑπὸ τῦ Καίσαρος ἀφιέντα, καὶ δαπάνην ἠπημένου τε αὐτῦ, καὶ ἐφθαρμένου, λῦσαι. καὶ διὰ τῦτο καὶ τὴν Ῥώμην, καὶ τὴν Καμπανίαν ἐκταράξας. οὗτος δὲ ἀντέσχεξε πρῶτος τοῖς τῦ Καίσαρος, δι' ἃ καὶ ἐφθονήθη. ὀργισθεὶς δὲ ὅτι τε μὴ ἠς ὠόμησε. ἠγ ὅτι ἠγ ὁ Τρεβώνιος ὁ συνάρχων αὐτῦ τῦ κληρωτὸς, ὥσπερ εἴθιστο, ἀλλ' αἱρετὸς ὑπὸ τῦ Καίσαρος ἐς τὴν ἀσυνομίαν προεκρίθη, λυσσήσας πρὸς πάντα τὸν συνάρχοντα, &c. emendandum igitur Κοίλιος pro Καικίλιος.

Quæ per arbitrium fierent] v. c. per arbitrum, non tamen improbamus, per arbitrium. Paulo pòst legerem: Sed ab hoc profectus initio, &c. interpunctionis nota ad nomen, Cælius, apposita.

Vnam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit: alteram nouarum tabularum] Ita v. c. pro, aliam. Quo modo locutus est Cæsar alibi, & libro I. de Bell. Gall. cùm ait: Gallia est omnis diuisa in partes tres: Vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani. De legibus autem à Cælio latis ita Dio lib. eodem: Νόμων ἰδίᾳ ἐξέθηκε, προῖκά τε πᾶσιν οἰκεῖν δοθὺς. ἠγ τὰ χρέα ἀποκόπτων. In vulgatis autem est mendosè, χρύσια ἀποκόπτων pro χρέα, &c. χρεῶν ἀποκοπὰς Græci dicunt, quas hîc Cæsar, tabulas nouas; & item Cicero loco suprà à nobis citato ex lib. II. de officijs, cùm ait: Tabulę nouæ quid habent argumenti, &c. Quod item Cæsar dicit, mercedes habitationum annuas conductoribus donauit, id sic habet Dio, προῖκά τε πᾶσιν οἰκεῖν δοθὺς. Quod genus largitionis improbat Cicero lib. II. de officijs, cùm ait:

Habitent

Habitent gratis in alieno. Quid ita? vt cùm ego emerim, ædificauerim, tuear, impendam; tu me inuito, fruare meo. Quid est aliud alijs sua eripere, alijs dare aliena?

De quibus rebus Seruilius Cos. ad Senatum retulit. Senatusque Cælium ab Rep. remouendum censuit: hoc decreto, eum Cos. Senatu prohibuit, & concionari conantem, de rostris deduxit ] Dio lib. XLII, Καὶ ὁ μὲ Σερουίλι@ ἐκεῖνον τότε σωεδρίου εἶρξε, ϗ ἀπὸ τοῦ βήματο@ καταβοῶντά π κατέσπασε, τὸν τε δίφρον αὐτῷ συνέτριψεν. Putamus autem Cæsarem hoc decreto, non, hoc Senatus consulto dixisse, propterea quòd auctoritas tantum Senatus de remouendo Cælio fuerit perscripta, Senatusconsultum, impedientibus Tribunis non sit factum, vt indicare videtur Dio his verbis: Καὶ κωλυθέντο@ μὲ μηδενὸς, οἱ δήμαρχοι γὰ ἐκώλυσαν, συγγεφέντο@ δὲ τῆ δόξαντο@, &c.

Clam nuntijs ad Milonem missis ] Hæc quoque apud Dionem eodem libro habentur. Scribit autem Asconius in Miloniana, quo anno Milo Clodium occidit, Cælium tunc Tribunatum pl. gerentem, causam Milonis cuius studiosissimus erat, omni adhibita opera tutatum esse. Eundem postea cùm Curione & Antonio Tribb. pl. ad Cæsarem veniisse, Quæstorem factum, in Siciliam Curionem sequutum esse tradit Cæsar lib. 1. Curionem, inquit, secutus M. Rufus Quæstor nauibus XII. quas præsidio onerarijs nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, &c. Demum à Cæsare Dictatore Prætor creatus, quòd Prætura Vrbana Trebonio extra sortem data esset, offensus, & post Cæsaris in Macedoniam transitum, turbas ciens, abrogato magistratu occisus est cum Milone. Dio lib. XLII. Νικῶ δὲ ἐκ τῆς Καμπανίας ἐκπεσόντο@ τῶ Μίλωνο@, ϗ φθαρέντο@, ἐς τε τὴν Βρεττίαν ἦλθεν ὁ Κοίλι@, ὡς ἐνταῦθά γέ π συνήσων, ϗ σὺν πρὸ πολλῶν λόγον τὶ ἄξιον ἀπώλετο. συνειφέντες γὰ οἱ τὰ τοῦ Καίσαρο@ πράσσοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. Liuius in epitoma li-

bro CXI. M. Cælius Rufus (sic enim legendum diximus) non, Cæcilius) Prætor cùm seditiones in vrbe quàm maximas concitaret, nouarum tabularum spe plebe concitata: abrogato magistratu, pulsus vrbe, Miloni exuli, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. Vterque cùm bellum molirentur, interempti sunt. Velleius Paterculus lib. II. M. Cælius, vir eloquio, animoque Curioni simillimus, sed in vtroque perfectior, nec minus ingeniosè nequam, cùm immodica quidem (vel vt nos legimus) ne à dijs quidem seruari posset, quippe prior illi res familiaris, quàm mens erat, in Prętura nouarum tabularum auctor extitit; nequijtque Senatus, & auctoritate Coss. deterreri; accito etiam Milone Annio, qui, non impetrato reditu, Julianis partibus infestus erat, & vrbe seditionem magis, occultè autem bellicum tumultum mouens, primò summotus à Rep. mox consularibus armis, auctore Senatu, circa Thurios oppressus est. Incepto pari similis fortuna Milonis fuit; qui, Compsam in Hirpinis oppugnans, ictusque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit; vir inquies, & vltra fortem temerarius.

Quòd magnis muneribus datis, gladiatoriæ familiæ reliquias habebat] Asconius in argumento Milonianæ de Milone refert nonnulla ad hunc locum pertinentia. Sunt autem hæc: Studio populi propter effusas largitiones, impensas quoque ludorũ scenicorum, ac gladiatorij muneris maximas, in quas tria patrimonia effudisse eum Cicero significat.

Ipse cùm Casilinum venisset] v. c. habet, veniret, &, Casilinum, vnico s, vt Strabo & alij, Κασιλίνον. item, Thurinum, vt Græci, Θυρίους. Paulo pòst v. c. habet: Et familia Neapoli visa, atq. proditio opidi appareret, &c. pro eo quòd Faernus legebat, familia Neapoli visa, de proditione opidi appareret.

Atque eum hostis loco habendum existimabat] Videtur

detur legendum, existimarat; præcedit enim, cœperat. Quod autem paulo pòst in v.c. habetur: Quę mandata ad se per Vibullium delata essent (cùm in alijs sit, per Bibulum) haud scio quàm rectè scriptum sit, non enim conuenit cum ijs, quæ supra de Vibullio dicta sunt.

Eò cùm à Q. Pedio Prætore cum legione lapide ictus esset] Mihi non fit verisimile designari Q. Pedium sororis Cæsaris nepotem, & eius ex quadrante hæredem; qui cùm legatus in Gallia primùm fuerit, vt ex lib. II. constat, deinde in Hispania, vt ex lib. VI. de Bello Hispaniensi, ex qua etiam triumphauit, vt Dio tradit, malè nunc Trib. Mil. diceretur, vt doctos viros video probare. Magis verò placeret vulgata lectio, si addatur verbum, misso, ex v.c. vt sit: à Q. Pedio Prætore cum legione misso. nam Senatum contra Milonem fugitiuos concitantem bellum decreuisse scribit Dio; & verisimile est, Pedium à Cæsare Prætorem eo anno cum Trebonio & Cęlio factum, in Campaniam cum legione missum esse, vbi aliàs Cæsaris res Q. Pedium curasse apparet ex epistola XVIII. lib. IX. ad Atticum. Nam quòd Q. Pedius nepos sororis Cæsaris fuerit, & ab eo hæres ex quadrante institutus, scribit Suetonius cap. XXCIII. his verbis: Sed nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes C. Octauium ex dodrante, L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante. Quòd item ex Hispania triumphauerit, refert Plinius lib. XXXV. cap. IV. cùm ait: Q. Pedius, nepos Q. Pedij consularis, triumphalisque à Cæsare Dictatore cohæredis Augusto dati, &c. Ex quibus locis non satis aptè, vt quibusdam placet, Q. Pedius Trib. Mil. à Cæsare hîc diceretur. Cùm autem in vetustissimo libro qui est apud me, hic locus ita legatur: eò cùm à P. Pedio proditore cum legione lapide ictus esset ex muro, videndum an de alio Pedio sit hîc intelligendum, & ex vestigijs corruptæ scripturæ, ita sit lectio

restituenda: eò cũ à P. Pedio funditore legionis lapide ictus esset ex muro, &c. nam particula, cum, ex superiore cum, videri potest irrepsisse, quæ postea mutandi vocem, legionis, in, legione, causam dederit. De Milonis autem interitu Cosam in agro Thurino, vt ait Cæsar, oppugnatis, siue vt Paterculus, Compsam in Hirpinis, quæ tamen eadem est, ita Plinius scribit lib. II, cap. LVI. L. Paulo, L. Marcello Coss. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxtà quod post annum T. Annius Milo occisus est, &c. Sed, post biennium, videtur apud Plinium legendum, vt fides historiæ constet. Annus enim hic, quo Milo occisus est, Consules habuit P. Seruilium Isaricum, & C. Iulium Cæsarem, vt initio lib. III. habetur, inter quos & L. Paulum, & C. Marcellum numerantur Consules L. Lentulus, & C. Marcellus.

Qui eò prædandi causa missi erant ] Faernus legebat, præsidij causa; quod video alijs etiam in mentem venisse. Paulo pòst v. c. habet: Ita magnarum initia rerum. quæ lectio magnopere placet.

Insulamque quæ contra Brundisinum portum est ] Ita v. c. à Mela verò appellatur hæc insula, Pharos. Paulo pòst fortasse melius legeretur: Quàm omnia litora & portus custodia teneri, pro eo quod in vulgatis est, custodia clausos tueri. Sic enim infrà locutus est Cæsar, cùm ait: Quòd tanta diligentia omnia litora à Pompeianis tenebantur, &c. Posset etiam legi: Custodia classium teneri. Sic enim infrà: Hæc à custodijs classium maximè vacabant. Nec tamen omnino displicet verbũ, clausos; nam Cicero sic locutus est, cùm dixit: Tanquam vnum aliquem portum tutum & clausum teneri.

Et vnam frumento onustam adduxit ] v. c. habet, abduxit; & ita videtur legendum. Quod autem dicit, (Et sagittarijs in terram expositis) id simile est. Liuius annis illis ex lib. XIXIX. in quo est; Copiæ omnes in ter-

ram

ram expositæ sunt. Eodem modo locutus est Hirtius lib. de Bello Alexandr. Item Cæsar ipse suprà libro 1. cùm dixit: Neque affectum valetudine filium in terram exponere patitur.

Nostri veterani in portum refugiebant] v.c. refugerunt. & paulo pòst habet: aquari prohiberentur, pro, aqua prohiberentur. Videndum autem an illud, à Brundisio, adiectum sit; nam verbum discessit, satis est ad sententiam.

Et hiems præcipitauerat] v.c. habet, Et hiems iam præcipitauerat. Sic Cicero in oratione pro domo sua: Tu tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu, &c. ac si dixisset, propè iam finito.

Duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis expectabant] Vel repugnantibus codicibus, expectabatur, legendum videtur. Durius autem tempus expectari dixit, quòd naues onerariæ, quibus milites trãsportabantur, commodius hieme, cùm turbida tempestas maris custodias teneret, quàm vere lenioribus flantibus ventis. Paulo pòst v. c. habet: Ne occasionem nauigandi dimitterent: si, vel ad litora Apolloniatium cursum dirigere, atq; eò naues eijcere possent, &c. Eijcere verò naues, quid sit, Cæsar ipse paulo pòst declarat, cùm ait: Gubernatorem in terram nauem eijcere cogunt. & Liuius lib. XLIV. Pars eorum qui propiores continenti littori erant, in Cytherã enatarunt; pars velis datis ad Chium naues eiecere. Itaque Appianus lib. II. scribit, Cæsarem per epistolam suis significasse, ne nauibus nimium parcerent, leuiusque (vt Cæsar ipse ait) tempestatis, quàm classis periculum æstimarent. Appiani verba sunt hæc: Ἐπιστολὴν πρὸς τὸν στρατὸν αὐτῷ ἐγέγραπτο ἄλλη, τὸν βουλόμενον αὐτῶν ἐπὶ τὰς ναῦς ἔπιδς τῷ Ποσουμίῳ, καὶ καταίρειν ἀναχθέντας ἐς χωρίον, ἐς ὃ, τε ὁ ἄνεμος ἐκφέρῃ, μηδὲν τῶν νεῶν φειδομένους. οὐ γὰρ νεῶν χρήζειν Καίσαρα, ἀλλὰ ἀνδρῶν.

Hæc à custodibus classium loca maximè vaca-

bant ] Videtur legendum, à custodijs classium.

Fusio Caleno] v.c.habet hîc, Fufio Kaleno, vt etiam suprà, & Appianus Κόϊντον Φούφιον Καλῆνον, itemq. Dio lib. XLII. Paulo pòst auctoribus veteribus denarijs, Cicerone, & alijs, scribẽdum C. Coponius. De Nymphęo autem videndus Appianus lib II. & Plinius lib. III. cap. XXII. qui promontorium illud appellat, nõ portũ, quiq; lib. eod. cap XXIII in finibus Apolloniatium alterum ponit Nymphæum, cuius meminit Strabo libro V. & Dio libro XLI.

Et cùm iam nostris] v. c. nostri, & ita Faernus, & paulo pòst vbique infrà legendum Lissum, vt habet v. c. & Strabo lib. VII. Item ex v. c. scribendum: Leuiusque tempestatis, quàm classis periculum æstimauerunt, &c non, existimauerunt; nã ita suprà locutus est Cæsar, cùm dixit: Hæc si grauia aut acerba videantur, multo illud grauius æstimari debere, &c. Et apud Sallustium in Bello Iugurth. habent veteres libri, vtrum grauius æstimet, non, existimet, vt vulgati codices.

Ita vt ad vnum] v.c. ad vnam. Et paulo pòst v.c. habet, detraheretur, pro, distraheretur.

In noctem coniectæ ] Ita Cicero locutus est in oratione pro Milone, cùm dixit: Age sit ita factum. quæ causa fuit cur Romam properaret? cur se in noctem conijceret?

Nauigijs compluribus sumptis] v.c. habet, summissi, pro, sumptis. Sed vtrunque videtur abũdare. Itemque paulo pòst abundant etiam illa, se compleuerat, nec sunt in vv. cc. qui, pro fortitudine, miro consensu habent, firmitudine.

Qui omnes ad eũ perducti] v.c. habet, producti, & paulo pòst: Quiq; eos armati ex præsidio secuti sunt, non, quinque eos, &c. Item: Incolumes se ad nostros receperunt, &c. quod magis placet.

Conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant] Ita v.c. Plinius lib. III. cap. XXII. Promontorium

rium Nymphæum, Lissum opidum ciuium Romanorum edit.

Ex omnibus copijs Antonius]Faernus (vt puto) ex coniectura fecit: Expositis copijs. Sed fortasse melius esset: Expositis omnibus copijs.

Pontones]Has infra appellat naues onerarias. Pro eo autem quod est in vulgatis, Lissi reliquit. v.c.habet, Lissi relinquit.

Quæ opinio erat edita in vulgus] Alibi dixit: Postquam in vulgus militum relatum est. vel vt est in v.c. elatum est. Paulo pòst v.c.habet: Hæc eodē ferè tempore,&c. Item: Ipsi iter secundùm eas terra direxerant. quod placet. nam in vulgatis est, terras.

Pompeius, quia expedito itinere flumē ei transeundum non erat] Videtur legendum: Pompeius expedito itinere, quia flumen ei,&c. Paulo pòst pro, Asparagum, v.c. vbique constanter habet, Asparagium.

Scipio detrimentis quibusdam circa montē Amanum acceptis, sese Imperatorem appellauerat] Scipionem Imperatorem appellatum ab exercitu fuisse, constat ex eius denarijs, in quibus ferè omnibus vtitur hoc titulo, Q. METELLVS. PIVS. SCIPIO. IMP. Sed ex Africa prouincia fuisse Imperatorem appellatum aliquando existimaui, quod multi ex ijs denarijs, in quibus Imp. dicitur, sint in Africa signati. Sed siue ex Africa, siue ex Syria prouincia, quam tunc obtinebat, sese Scipio Imperatorem appellauerit, ridiculum est, ob detrimenta circa montem Amanum accepta, eo titulo affectum esse. Quare mendum aliquod subest fortasse in verbo, detrimentis, pro quò reponendum videretur aliquod aliud verbum, quod opponatur detrimentis. Opponitur autem detrimento emolumentum, vt ostendit Cicero lib.111.de Finib. cùm ait: Et emolumenta & detrimenta, quæ ὀφελήματα & βλάμματα. appellant. Amani autem montis meminit Cicero epist, xx. lib.v. ad Atticum his verbis: Tarsum

veni a.d.III. non. Oct. Inde ad Amanũ contendi, qui Suriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui mons erat hostium plenus sempiternorum.

Et M. Bibulũ in obsidione habuerant] M. Bibulum Syriæ Procos. Parthi obsederunt, vt scribit Cicero lib. v. ep. xvi. ad Atticum. & lib. xii. ep. ixix. ad Cornificium. Bellum, inquit, quod est in Suria, Suriamque Prouinciam tibi tributam esse à Cæsare, ex tuis litteris cognoui, &c. quòd si pares copias ad confligendũ non habebis, non te fugiat vti consilio M. Bibuli, qui se opido munitissimo, & copiosissimo tam diu tenuit, quàm diu in Prouincia Parthi fuerunt.

Legiones, equitesq. ex Suria deduxerat] Videtur legendum, deduxit; nam paulo suprà dixit: Expectabat cum Scipione ex Suria legiones duas.

In Prouinciam cùm venisset] Designat Asiam prouinciam, quam scribit Strabo lib. xiii. Attalũ Pergami regem Populo Ro. ex testamento reliquisse. Quæri autem potest, cur Scipio in alienam prouinciam cùm venisset, pecunias in ea imperauit, aliaq. fecit, quæ in sua tantùm quisq. prouincia Procos. facere consueuit. Sed fortasse id facere Scipioni licebat ex auctoritate alicuius Senatusconsulti, quod à Senatu qui in castris tũc apud Pompeium erat, factum videri potest in eam sententiam, qua extat illud de C. Cassio apud Ciceronem lib. Philipp. xi. his verbis conceptũ: Senatui placere C. Cassium Ptocos. Prouinciam Suriã obtinere, vti qui eam optimo iure prouinciã obtinuerit, tumque à M. Crispo Procos. L. Statio Murco Procos. A. Allieno leg. exercitus accipere, eosq. ei tradere, cumque ijs copijs, & si quas præterea parauerit, bello P. Dolabellam terra marique persequi: eius belli gerendi causa, quibus ei videatur, naues, nautas, pecuniam, ceteraque, quæ ad id bellũ gerendũ pertineant, vt imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto ius potestatemq. habeat, vtq. quamcunq. in prouinciam eius belli gerendi causa

causa aduenerit, ibi maius imperium C. Cassij Proconsule sit, quàm eius erit, qui eam prouinciam tum obtinebit, cùm C. Cassius Proconsule in eam prouinciam venerit: regem Deiotarum patrem, & regem Deiotarũ filium, si, vt multis bellis sæpenumero, imperium Po.Ro iuuerint, item C. Cassiũ Proconsule copijs suis opibusq. iuuissent, Senatui populoq.Ro. gratum esse facturos: itemq. si ceteri reges, tetrarchæ, dynastæq. feciſſent, S.P.Q.R. eorum officij nõ immemorem futurum: vtique C. Pansa. A. Hirtius Consules, alter, ambóue, si eis videretur Rep. recuperata de prouincijs consularibus, prætorijs ad hunc ordinem primo quoque tempore referant. Interea prouinciæ ab his, quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex S. C. successum sit.

In capita singula seruorum liberorum ] Hæc Cicero lib.v. ad Atticum δημιοφάλεια vocat, cùm ait: Audiuimus nil aliud, nisi imperata δημιοφάλεια eos soluere non posse. & lib. III. ad Ap. Pulchrum epist. VIII. Nisi quòd, inquit, principes ciuitatum à me postulassent, ne in indictionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum, atque ostiorum inducerentur sumptus minimè necessarij. & lib. XIII. ad Atticum; Columnarium vide ne vllum debeamus.

Cuius modò rei nomen ] v.c habet, cuiusmodi rei nomen. & paulo pòst: Differta præceptis, &c. pro eo quod in vulgatis est, conferta præfectis. Item: Suo etiam priuato compendio, &c. sine dictione, imperio.

Vt in sorte fecerant ] Videndum an legi debeat, vt in Suria fecerant; nam ita Faernus legebat, & ita est in aliquibus codicibus. Vt dicat Cæsar Scipionem in Asia prouincia id feciſſe, quod Domitius Procos. in Suria fecerat, qui debitam biennij pecuniam à Publicanis in ea exegerat, & insequentis anni mutuam ab ijsdem præceperat.

Cete-

Ceteraſque eius deæ ſtatuas] Cùm in v. c. qui eſt apud me, ſcriptum ſit, ceteraque eius diei conſtituta, iamdiu eſt cùm ſtudioſos antiquitatis lectores admonui, videri mihi legendum eſſe, certaque eius rei die conſtituta, quòd ita Cæſar locutus ſit lib. VII. de Bello Gall. cùm dixit: Tempore eius rei conſtituto; & hoc ipſo libro: Certumque ei rei tempus conſtituitur. Alij, hanc coniecturam æmulati, repoſuerunt: certaque ei re die conſtituta, vel potius, certaque eius die cõſtituta. ego veſtigia veteris codicis, quoad fieri potuit, libenter ſum ſequutus.

Cuius pecuniæ ab ea parte, quæ libera appellabatur] Strabo extrema pagina lib. VII. Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν Λυγκηστίδα, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ὀρεστίαδα, καὶ Ἐλίμειαν, τὴν ἄνω Μακεδονίαν καλοῦσιν, οἱ δ' ὕστερον καὶ Ἑλλάδα.

Præſidijs aduerſariorum Calydone & Naupacto relictis] Videndum an pro, relictis, legendum potius ſit, deiectis. Sic enim Cæſar ſupra hoc ipſo libro locutus eſt, cùm ait: Præſidium equitum deiecit: nam infra vbi habetur, timens ne non reducti, ſed reiecti viderentur, &c. pro, reiecti v. c. habet, deiecti.

Adeſſe Scipionem cum legione] Videtur legendum cum legionibus; nam duas legiones Scipio in Suria habebat, vt ſupra dixit; nec veriſimile eſt, ſi vnam tantùm legionem habuiſſet, ad cuſtodiam impedimentorum octo cohortes relinquere voluiſſe.

Nam plerunq. in nouitate fama antecedit] Ita v. c. Poſſet etiam legi: Fama rem antecedit. Plinius libro XVI. cap. vlt. Magna Hyſſuum fama præceſſerat.

Cum cohortibus IIX.] Videtur legendum, cum cohortibus IIII. Nam ex duabus legionibus, quas Scipio habebat, id eſt, XXX. cohortibus, ſi detractæ IIX. cohortes fuiſſent, non ſatis paratus Scipio aduerſus Domitium, qui tres legiones habebat, & D. equites, pugnaturus erat.

Regis Cotti] Videtur legendum, Cotys. nam Κότυς habent

habent Græci Scriptores, à quibus Latinos acceptum nomen, Cotys, & inde, Cotus, feciſſe diximus ſuprà.

Sine auxilio Scipionis ] Videtur nomen Scipionis adiectum eſſe, cùm ſcriptum fuiſſet, eius, quòd ad Scipionem litteræ ſint.

Biduo commoratus] v. c. biduum. & infrà dixit: triduum moratus. Paulo pòſt in v. c. eſt: Ante frontem caſtrorum inſtruit. Item, pro caſtris ſe contineret, &c. idem v c. habet, caſtris ſe continere, qui magna expectatione veniſſet. nam ſuprà dixit adeſſe Scipionem magna opinione & fama.

Q Varus Præfectus equitum] An hic ſit Q. Varus, qui Præfectus itidem equitũ dicitur lib. VII. de Bello Gallico? Paulo ſuprà in v. c. eſt, à valle non diſcedere, pro eo, quod vulgati libri habent, à vallo. Putamus autem verbum valle, ex verbo, quod præcedit campus, fluxiſſe.

Ex fremitu equorum illata ſuſpicione] v. c. habet, incuſſa ſuſpicione. & poſt: Noſtri cognitis hoſtium inſidijs, pro eo quod in vulgatis eſt, Noſtri cognitis inſidijs, hoc eſt, detectis inſidijs, & ab hoſte cognitis.

Ad Domitium deduxerunt] v. c. adduxerunt. Et paulo pòſt pro, ijſque cuſtodiam nauium longarum tradidit, v. c. habet, ijſdemque cuſtodiam, &c.

In interiorem partem poſt opidum reduxit] Ita infrà: Vectibus in interiorem partem tranſduxit. Sed videndum an vtrobique in interiorem portum ſit legendum.

Ab Acilio poſita] Vel hîc Caninio ſcribendum, vel ſuprà Acilio reponendum, vt hiſtoria conſtet. & ita Faernus emendabat hunc locum, Paulo ſuprà videtur legendum, Oricum venit, ſine Præpoſitione, ad, quæ fluxit ex poſtrema ſyllaba præcedentis verbi præerat, à librarijs, vt fit, geminata.

In quibus ad libram fecerat turres] Videndum an legi debeat: In quibus altiores fecerat turres; nam ſequi-

ſequitur ſtatim, ex ſuperiore pugnans loco.

Simul ex terra ſcalis] Videtur legendum: ſimul & terra, ſcalis; & claſſe, mœnia.

Scaphis excepti refugerant] v. c. refugerunt, & ita dixit infrà: Caſſius exceptus ſcapha refugit. & pòſt legendum: Eam nauem expugnauit.

Eodemq. tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectam, quæ pænè inſulam contra opidum effecerat] Videndum an legi debeat: Eodemq. tempore exteriore parte molis, quæ tenui tramite obiecta (ſiue iniecta) Pæninſulã opidũ efficiebat, &c. Nam ſuprà de Pharo Cæſar ſic ait: Hæc inſula obiecta Alexandriæ portum efficit. Sed à ſuperioribus regionibus in lõgitudinẽ paſſuũ DCCCC. in mare iactis molibus, anguſto itinere, & ponte cum opido coniungitur. Orici autẽ ſitus, ſimilis huic fuiſſe videri poteſt ex eo, quòd moles, quæ cõtinenti opidum cõiungebat, Oricum vt Pæninſula eſſet efficiebat, & portum longum, tutumq. vt qui poſt opidum eſſet, reddebat. Itaq. de Orico dixit Plinius lib. III. cap. XXCIX. Epidaurus, & Oricum inſulę eſſe deſiere, &c. Tenui autem tramite potuit à librarijs facilè in verba, tenuit nãle, mutari. nam Mela lib. II. cap. III. ſic locutus eſt, cùm dixit: Tenui tramite in latum effunditur. & pòſt: anguſto tramite Peloponneſum annectit, &c. Exteriore parte, fecimus ex illis, ex altera parte, quòd paulo pòſt ſequatur, in interiorem partẽ, niſi quis malit, in interiorem portũ, quòd magis placeret. nam quia moles ipſa anguſta erat, ab eius exteriore parte, qua mari alluebatur, Pompeius quattuor biremes, phalangis ſubiectis, ſuculis atq. vectibus tractas, in interiorem molis partem, atque adeò in ipſum intimum portum trãſduxit, quibus Cæſaris naues defenſoribus vacuas, & vt Cæſar dicit, inanes aggreſſus, partem incendit, partem abduxit. Id autem Pompeius facere nullo negotio potuit, qui ſimul & claſſe mari, & terra ſcalis, vt ſuprà dixit, mœnia tentabat.

Phalan-

Phalangis verò ſubiectis, ſuculis atq; vectibus tractas diximus, quòd ita putemus legi debere; nam ſuprà lib. 11. dixit: Machinatione nauali phalangis ſubiectis ad turrim hoſtium promouent. & ſuculis, non ſcutulis eſt apud Vitruuium lib. 1. cap. 1. cùm ait: Tenduntur ſuculis & vectibus è neruo torti funes. & lib. x. cap. 111. Vectibus autem coacta ſucula verſabitur, & eriget per ſe machinam ſine periculo, &c. Scutularum autem nemo, quod ſciam, facit mentionem.

Biblide, atq. Mantinea] v. c. Bullide, atque Amantia; & ita ſcribendum ex Stephano, & alijs. At Cicero lib. x1. Philipp. Tenet, inquit, Byllidem, tenet Amantiam; inſtat Epiro. Byllidem igitur dixit, Græcam ſcripturam ſecutus, nam Latini more ſuo, v, in u, conuerſo, dixerunt Bullidem, vt Sulla, & alia.

Tertio die Macedoniam ad Pompeium] Ita v. c. ſine Præpoſitione, in. Et paulo pòſt habet, decernendi, pro, decertandi. Item: Totiusq. belli apparatum is eò contuliſſet, &c. cùm in alijs deſit, is.

Caſtra communit] Videtur legendum, communijt, & paulo pòſt v. c. habet: Comportare imperat. Item: In Epirum rei frumentariæ cauſa, Quinctilium & L. Canuleium legatum miſit; cùm in alijs deſit nomen Quinctilij.

Hæc expectans] v. c. ſpectans. & ſic ſuprà: Eadem ſpectans. Sed ſuprà item dixit: Hoc ſperans, & infrà: Hoc ſperans, vt mouendis caſtris commodiore re frumentaria vteretur. & Hirtius lib. v1. de Bell. Alexand. dixit: Illud ſperans.

Xv. millia paſſuũ circuitu amplexus] Florus lib. 1v. Cæſar, inquit, pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus, oſtẽtare aciẽ, ptouocare, laceſſere, nũc obſidione caſtrorũ, quæ erant xv1. milliũ vallo obducta, &c. Lucanus tamen lib. v1. habet xx. millia paſſuum, cùm ait:

*Parua Mycenææ quantum ſacrata Dianæ*
*Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.*

Diſtat

Distat autem Aricia à Roma stadijs CLX. quę sunt millia passuum XX. vt ait Strabo lib. v. cuius verba sunt hæc: Μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν ἐστὶν Ἀρικία ὄχθη πόλις ὅπη τῇ ὁδῷ τῇ ἀπὸ Ῥώμης σάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ'.

Quibus interim iumenta pascerentur] v.c. pascerent. & paulo pòst Faetnus pro, munitiones videbant, legebat, munitiones iungebant. Sed videtur ita totus hic locus emendandus: Perpetuas munitiones perducebāt ex castellis, &c. Verbum autem timebant, Faernus expungebat.

Aut ex subcoactis] v. c. meus habet, aut ex coactis, quæ lectio probatur à doctis viris, qui Plinij locum libro VIII. cap. XLVIII ita legunt: Lanæ per se coactam vestem faciunt, &c. Vnde LANARIVS COACTILIARIVS in veteri apud me inscriptione. In alio tamen codice est, subactis, non, coactis. Paulo pòst pro, magna vi vterque vtebatur, videtur legendum, magna vi vterque nitebatur. nam ita locutus est Hirtius libro IV. de Bell. Alexandr. cùm ait: Maioribus viribus niti videbat. Malè enim in vulgatis libris legitur, vti. Sic Virgilius: Magna nituntur opum vi. & Cicero: Resp. viribus suis nitens. Item Sallustius de Bello Iugurth, Exercitu circumdato summa vi Cirtham irrumpere nititur.

Cum legio Cæsaris IX. præsidium quoddam occupauisset] Videtur omnino legendum, præsidio collem occupauisset. Paulo enim suprà dixit: Pompeius, vt quàm plurimos colles quàm maximo circuitu occuparet, &c. & paulo pòst: Huic loco propinquum, & cōtrarium collem Pompeius occupauit. Verba tamen, huic loco, abundare videntur.

Recipere se iussit] v.c. & liber Faerni pro, iussit, habent, statuit.

Legiones reduci iussit] Faernus legebat, legionem; nam vna tantùm erat legio, hoc est, IX. vt ex locis superiōribus cōstat. De Pompeio autem cùm dixit: Si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese rece-

recepissent,&c. id ex vsitato more prolatum est,

Non reducti,sed reiecti] Diximus suprà in v.c.esse, deiecti,pro,reiecti.& paulo pòst v,item c.habet, constipati, non, conspicati, vel vt alij legunt, conspirati. Item pro, aduersus pilũ, Faernus reponebat, aduersus tumulum, quod non ita placet, vt lectio aduersus clinum, quomodo docti viri emendarunt, non longè discedentes à vulgata scriptura.

Præcipites Pompeianos egerunt] Post hæc verba in v.c.apud me adduntur hęc: Et terga vertere coegerũt.

Pauloque circa eum locum morati] Verbum, morati,abest à meo libro,& pro,circa, scriptũ est citrà eum locum.Item paulo pòst v.c.habet: At contra integras, atque incolumes copias,&c. Pro eo,quod est in libris vulgatis,at tum integras,&c.

Meminerant ad Alexiam] v. c Alesiam vbique apud Cæsarem constanter. & ita Græci scriptores habent.

Est etiam genus radicis] De hac radice ita Plutarchus in Cæsare: Ἀλλὰ ῥίζαν τινὰ κόπτοντες οἱ στρατιῶται, καὶ τάλακτι φυρῶντες, προσετίθεντο. καί ποτε καὶ διαπλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους, καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ὑπιδεχόμενοι, ἔδοξαν εἶσω, καὶ διερρίπτουν ὑπολέγοντες, ὡς ἄχει ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρη ῥίζας, οὐ πάυσονται πολιορκοῦντες Πομπήιον. ὁ μὲ τοι Πομπήιος οὔτε τοὺς ἄρτους, οὔτε τοὺς λόγους εἶα τούτους ἐκφέρεσθαι πρὸς τὸ πλῆθος. Hinc Suetonius in Cæsare cap. LXVIII. vt Dyrrachina, inquit, munitione Pompeius viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit, amouerique ocius, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Dioscorides lib.III.cap.LXVI. ἡ δὲ ῥίζα ἐφθὴ, ἐδώδιμος ὡσαὶ σταφυλῖνος.

Crebroque voces] v. c. Crebræque voces. Et paulo pòst: Priùs se cortice, & ex arboribus victuros. Item: Et odore tætro ex multitudine cadauerũ. Lucanus lib.VI.

*Sed languor cum morte venit, turbaq; cadentum*

*Aucta lues, dum mixta iacent incondita vivis*
*Corpora, &c.*

Tum aquæ ſumma inopia affectos] v.c. afficeret. Et paulo pòſt videtur legendum: Qui tamẽ à quibuſdam præſidijs aberant longius, &c. omiſſa voce, fouæs: vt illud, qui, ad puteos referatur.

Quibus quotidie melius ſuccedere tempus] v. c. habet ſubterere, pro, ſuccedere. Sed videtur mendum: nam ſi verbum videbant, mutetur in, videbatur, & vox tempus, inducatur, longè magis conſtabit ſententia. Sic enim loquuti ſunt veteres Scriptores. Plancus ad Ciceronem: Si proinde vt ego mereor, mihi ſucceſſerit. Cicero lib. de Oratore: ſi quando minus ſuccedet, magnum tamen periculum non adibit: Liuius libro xx. ſimul ſi ſucceſſiſſet cœptis, recepturum ſe afflictos. & Horatius: —— *Succedere rectè*
*Mœchis qui vultis.*

Nocte cohortes] v. c. habet, noctu: Et paulo pòſt, aduerſi, pro, aggreſſi. Item, intra multitudinem.

Interim certior factus P. Sulla] Hic, vt opinor, in veteribus denarijs dicitur P. SVLA, antiquè, pro, P. SVLLA, vt Luculus, & Cina. Niſi ad P. Sullam pertineant denarij, qui cum L. Autronio Cos. fuit, Sullæ Dictatoris fratris filius. Deſunt autem, vt videtur, hoc loco multa. Nam de cohorte, & de caſtello item, cui ea cohors præpoſita fuerit, nihil hactenus apud Cæſarem habetur; nec prẽterea cauſa apparet, cur P. Sullam Cæſar caſtris præfecerit. De cohorte quidem ita Suetonius in Cæſare cap. LXVIII. Denique vna VI. legionis cohors præpoſita caſtello, quattuor Pompeij legiones per aliquot horas ſuſtinuit, pænè omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum, quarum circiter XXX. millia (Sic enim legendum, non vt in vulgatis editionibus, c. ac xxx.) intra vallum repoſita ſunt. Nec mirum, ſingulorum ſi quis facta reſpiciat, vel Caſſij Scævæ, vel C. Acilij militis, ne de pluribus referam, Scæua excuſſo

excusso oculo, transfixus femore & humero, exx. ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit. Appianus lib. 11. meminit Scæuæ huius, cùm ait: ἐν δὲ ταῖς πείραις τοῦ τε φρουρίου ἐπιόντος τῷ Καίσαρι, στρατηλοχαγὸς, ᾧ Σκιδὰς ὄνομα ἦν, πολλὰ καὶ λαμπρὰ δρῶν, ἐς τε τὸν ὀφθαλμὸν ἐτρώθη βέλει, &c. Sed Appianus castelli portę præfuisse ait Minucium (vel vt vocat Lucanus Numicium) cui ea ferè tribuit, quæ Suetonius Scæuæ, cùm inquit: καὶ τὸ φρούριον ἐπεσώθη, πολλὰ καὶ τῷ φρουράρχου Μινουκίου παθόντος, ᾧ γε φασὶ τὼ μὲ ἀπίδα ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν ἀναδέξασθαι βέλη, τὸ δὲ σῶμα ἓξ τραύματα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὁμοίως ἐκκοπῆναι. Lucani versus ex lib. VI. sunt hi:

*Opportuna tamen valli pars visa propinqui,*
*Quam Numici castella vocant.* Sæpe autem in hoc nomine peccarunt librarij apud scriptores, vt Minucium pro Numicio, & rursus pro Minucio Numicium posuerint, vt suprà notauimus ad versum Horatij ex lib. I. Serm. Præfeciſſe verò P. Sullam castris eo potissimum tempore Cæsarem putamus, quoad Dyrrachium per proditionem occupandũ profectus multos suorum amisit. id quod tum ex ipso Cæsare paulo pòst, tum ex Dione intelligi potest, qui lib. XLI, sic scribit: Αὐτῷ δὲ δὴ τῷ Δυρραχίου μεταξὺ τῆς τε ἐλῶν καὶ τῆς θαλάσσης, νυκτὸς, ὡς καὶ προσδοκηθέντος, τῆς τε ἀμυνομένων περιφάσας, εἴσω μὲ τῆς τειχῶν παρῆλθεν. προσπεσόντων δὲ οἱ ἐκπαλαι πολλῶν μὲ κατὰ πρόσωπον, πολλῶν δὲ καὶ κατόπιν, οἱ πλοίοις ἀφικομένοις, ἐξαίφνης αὐτῷ ἐπέθεντο, καὶ συχνοὺς ἀπέκτειναν, καὶ ὀλίγου καὶ αὐτὸν ἐφθάρη.

Alter omnia agere ad præscriptum ] Illud, omnia, non est in v.c. Quod autem sequitur, alter liberè ad summam rerum consulere debet, videndum an mendosum sit; nam Cæsar suprà dixit: De summa rerum deliberare incipit. & alibi: Neq; de summa belli suum iudicium, sed Imperatoris esse existimat. Cicero quoque sic locutus est, cùm dixit: De suorum salute consulere. Item: De sua incolumitate grauius consulere.

Quæ res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſum] Ita locutus eſt ſuprà, vt ad eum locum notauimus. Videtur autem hîc legendum: Vt ſi res tanta fortaſſe aliquem, &c. Et paulo pòſt Faernus legebat: Pompeianis magnam res ad receptam difficultatem afferebat, pro, magna res. Item in v.c.eſt: Volcatius Tullus. Quæ ſcriptura confirmatur antiquis denariorum monumentis.

Suſtinuit cum cohortibus tribus] In v. c. apud me non eſt illud, cum. & paulo pòſt videtur legendum: Cum horum omnium ratio iniretur, &c. pro eo, quod in vulgatis eſt, haberetur.

Ad duorũ millium numero] Ita locutus eſt Siſenna lib. III. hiſtor. apud Nonium, cùm ait: Ad binûm millium numero ſaucijs vtrinque factis.

Millia ſagittarum circiter xxx.] Ex hoc loco appareret apud Suetoniũ in Cæſare capite ſuprà citato, mendosè legi, quarum c. ac xxx. millia, pro quarum circiter xxx. millia. Quod verò ſequitur, Cæſari renunciauerunt, pro eo v. c. habet renumerauerunt, ſiue, numerauerunt, vt eſt in alio libro manuſcripto.

Foramina ccxxx.] v.c. cxxx. & ita habet Plutarchus in Cæſare; licet Suetonius in Cæſare, Valerius Maximus lib. III. cap. xx. & Appianus lib. II. habeant cxx. ſed vt videtur, mendosè.

Donauit millibus ducentis æris] Vox, æris, non eſt in v.c. & rectè abeſt; nam ſeſtertiorum addendum ad intelligentiam loci. Item pro, donauit, habet v.c donatum millibus ducentis, ab octauis ordinibus ad primum pilum ſe traducere pronuntiauit, &c. Primum pilum enim Cæſar habet ſuprà, & infrà item in v. c. & Liuius lib. VIII. Ex quibus ordo vnuſquiſque tres partes habebat, earum vnam quanque primum pilum vocabant. & lib. XXXII. Quater intra paucos annos primum pilum duxi, & lib. XLII. Tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerunt. Item: Tribuni

Militum

Militum SP. Liguſtino in legione prima, primum pilum, virtutis cauſa aſſignarunt. Videndus Polybius libro VI. & Vegetius de re militari.

Eiusque opera] v.c. Eiusque ope. Et poſt ſine voce, poſtea, v.c. habet, vt libri vulgati: Cohortemque duplici ſtipendio, frumentóve, & ſpeciarijs, militaribusque donis ampliſſimè donauit. Vt intelligi poſſit, ſtipendium duplex, frumentumque in vſum cohortis dari ſolitum; alia verò militaria dona in ſpeciem. Liuius lib. VII. Ita rebus geſtis Conſul aduocata concione, P. Decij non cœptas ſolùm ante, ſed cumulatas noua virtute laudes peragit: & præter militaria alia dona, aurea corona eum, & centum bobus, eximioque vno albo opimo auratis cornibus donat. Milites, qui in præſidio ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum; in preſentia ſingulis bobus, binisque tunicis donati, & lib. XXIII. Prænestinis militibus Senatus Romanus duplex ſtipendium, &c. Militaria verò dona, cuiuſmodi fuerint, docet Suetonius in Auguſto cap. XXV. cùm ait: Dona militaria aliquanto faciliùs phaleras, & torques, quicquid auro, argentoque conſtaret, quàm vallares, & murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat.

Alteram noctem ſubnubilam nactus] Salluſtius libro I. Hiſtor. Sertorius nactus obſcuram noctẽ. Apud Cęſarem verò vel illud, alteram, abundat, vel aliquid deeſt, quod de Pompeio dictũ ſit, qui ſub nubila nocte aut caſtra mouiſſet, aut ad munitiones acceſſiſſet.

Extructis omnium caſtrorum portis] Fortaſſe, obſtructis, rectius eſſet; nam ſupra dixit: obſtructis in ſpeciem portis ſingulis ordinibus ceſpitum. Item: Portas obſtruit, foſſas tranſuerſis vijs perducit.

Fuſium Calenum] Diximus ſuprà in v.c. haberi, Fuſium, & ita nominari ab Appiano lib. II. Q. vero Sabinum dici Caium ab eodem Appiano, & item ſuprà ab ipſo Cæſare. licet in veteribus denarijs, quos tamen

men ipſe non vidi, dicant extare Q. Caluiſium Sabinum.

Rutilius Lupus] De hoc Rutilio Lupo meminit Cæſar lib. 1. & Prætorem eum nominat anni ſuperioris.

De voluntate ipſarum] Particula, de, non habetur in v. c. nec vox, vrbes, quæ paulo pòſt ſequitur, & certè videtur adiecta, vt illa etiam, ciuitates. Vt videatur ita legendum: Kalenus Delphos, Thebas, & Orchomenũ voluntate ipſarum ciuitatẽ recepit, nonnullas per vim expugnauit, reliquas circummiſſis legationibus, amicitiæ Cæſaris conciliare ſtudebat, &c. Sic enim legitur in v. c. non vt in vulgatis, amicitia. & ſic locutus eſt Cæſar ſuprà lib. VII. cùm dixit: Eam ciuitatem Aruernis conciliat. & lib. v. Principes ciuitatis ſigillatim Cingetorigi conciliauit.

Vti ne in eam telo, tormentóve adigi poſſet] v. c. Vti ne telo, tormentóve adigi poſſet, & ſic omnino legendum; niſi quis malit: Vti ne tela, tormentáve adigi poſſint. Sic enim dixit paulo ſuprà: Qui tantùm aberat à noſtro caſtello, vt telum, tormentúmve miſſum adigi non poſſet. Sed non eſt diſcedendum ab antiqua ſcriptura, & præſertim ab ea, quæ habet commodam lectionem.

Nihil adhuc arbitrari vitio factum eorum] Aliqua hîc videntur deſiderari ad ſententiam loci, qui fortaſſe ſic conceptus erat: Seſe omnia de pace expertum, nihil adhuc confeciſſe: arbitrari vitio factum eorum, &c. Paulo pòſt v. c habet: Sed magna etiam ex parte compellare, &c.

Præeſſe autem ſuo nomine] Ex Veteris codicis corrupta ſcriptura videtur legendum: Præeſſe enim ſuo nomine, &.

Quos eſſe anguſtos demonſtrauimus] Vel hinc apparet aliqua deeſſe in hoc libro. Paulo pòſt v. c. pro eo quod eſt in libris vulgatis, Vbi nihil proficere equitatum, habet, vbi nihil profici equitatu.

Sed

Sed etiam fructus ex arboribus deficiebant] Faernus legebat, frondes, pro, fructus. Sed videndum an ſtrictus legi debeat, quæ vox cùm minus eſſet vſitata, in fructus mutari facilè potuit; nam ſuprà dixit, vt foliis ex arboribus ſtrictis equos alerent: & v. c. habet, deficiebat.

Locupletesque ex egentibus fecerat] Ita v.c. Et paulo pòſt videtur legendum: Rem diſpulit coràm, pro eo quod vulgò legitur, rem diſpulit totam; nam ſequitur ſtatim: Illos ſecretò caſtigauit.

Monuitque equites] Vox, equites, non eſt in v.c. & certè abundat. Abundare etiam videntur ea, quæ ſequuntur paulo pòſt: Reliqua ſperarent. Vt ſit ſenſus loci. Monuit equites Cæſar, vt ex ſua amicitia, & ex præteritis ſuis officijs omnia ſperarent.

Diſcedere à noſtris] v.c. habet, diſcedere à nobis. & paulo pòſt: Poſtquam id facinus viſum eſt, &c. pro eo quod libri vulgati habent, poſtquam id difficilius viſum eſt. Itē: Perinde ac ſatisfacere, &c. ſine voce ſuis.

Per omnia ſua præſidia circumduxit] v.c. non habet illud, per. & paulo pòſt ſine voce, vniuerſi, habet: Vulgò verò in Epiro, &c. & certè illud, vniuerſi, abundat, cùm tantundem valeat vulgò, ac, vniuerſi. Cicero in oratione pro Muræna: ſed vulgò, paſſim. Quid eſt vulgò? vniuerſos.

Et ſpatijs locorum, & cuſtodiarum vera diligentia animaduerſa] Locum corruptum eſſe indicant varietates lectionum. Nam alij legunt cuſtodiarum varia diligentia; alij, vniuerſa diligentia. Sed v.c. meus habet corruptiſſimè: In cuſtodiarum viriam animaduerſa diligentia, Vt videri poſſit poſtremam ſyllabam vocis, viriam, ex ſequentis verbi primis litteris geminatam eſſe ita, am, ani, cùm ſcriptum fuiſſet, incuſtodiarum vera animaduerſa diligentia. Vel quod magis placet: Cuſtodiarum indiligentia animaduerſa. Nam aliusitem codex qui eſt apud me, pro voce, viriam; habet,

bet, inuiriam, vt fortaſſe ſcriptum fuerit, cuſtodiarum incuria animaduerſa diligẽter. (Vel ſi liceat longius à veterum librorum ſcriptura diſcedere.) Et ſpatijs locorum à cuſtodia vacuis diligenter animaduerſis. nam ſuprà dixit Cæſar: Hæc à cuſtodijs claſſium loca maximè vacabant.

Atque aggerem iubet comportare] Ita v. c. qui paulo pòſt habet: Fuluium Poſthumum. Lentulus verò Marcellinus, qui à Cæſare hîc nominatur, poteſt eſſe filius Cn. Lentuli Marcellini Conſulis anno DCXCVII. qui in argenteo denario LENTVLVS MARCELLINVS Cos. dicitur, ſed ſiue is, ſiue alius fuerit, qui Cæſaris Quæſtor deſcribitur, à Marcellis omnino adoptatus videtur, cùm eſſet Cornelia familia oriundus. Et fortaſſe P. Lentulus eſſe poteſt is, qui à M. Marcello adoptatus, vt in Bruto refert Cicero, ex ipſa adoptionis formula Marcellinus dictus eſt. Ad indicandum verò vtriuſque familiæ honorẽ in altera denarij parte, Idææ Matris ſimulacrum Marcellini ſignare conſueuerunt, de quo extant apud Ciceronem hæc verba in oratione de Aruſpicum reſponſis. Sacra iſta maiores noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocauerunt: quæ vir accepit is, qui eſt optimus à Populo Ro. iudicatus P. Scipio. Femina autem, quæ matronarum caſtiſſima putabatur, Q. Claudia. Valerius Maximus lib. VII. cap. v. P. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ clariſſimum lumen, is qui Conſul Iugurthæ bellum indixit, qui Matrem Idæam Phrygijs ſedibus ad noſtras aras, focoſq; migrantem ſanctiſſimis manibus excepit. Liuius lib. XXIV. Ouidius lib. IV. Faſt. Solinus cap. VII.

Millia paſſuum in circuitu XVIII. munitiones erat complexus] Vidẽdum an legi debeat, Millia paſſuum in circuitu XXVIII. munitionibus erat complexus. & item paulo pòſt, coniungeret, pro eo quòd vulgò habetur, contingeret.

Namque vt ad mare noſtræ cohortes IX. legionis] Cùm

Cùm in v.c.sit,inter cohortes,pro,noſtræ cohortes,videndum an ſcriptum fuerit, tres cohortes, & ex voce tres,factum ſit,illud,inter.

In interiorem vallum]Faernus legebat,anteriorem. Sed v.c.habet interiorem, quod placet. nam ſequitur ſtatim, interioris munitionis defenſores. Paulo pòſt v.c.habet:Tormentis cuiuſque generis.

Per mare nauibus expoſitis,in aduerſos noſtros impetum fecerunt] Faernus in ſuo libro habebat:Nauibus expoſiti in auerſos.

Hominum enim multitudine]v.c.Horũ enim,&c. vt fortaſſe,eorum,ſit legendum. Paulo pòſt v. c.pro, viribus deficeret,habet,à viribus deficeretur,item:Incolumemque ad eum deferte.

Præter principem priorem ] Ad huius loci intelligentiam faciunt,quæ à Sp. Liguſtino de ſe dicta refert Liuius lib.XLII. Biennium,inquit,miles gregarius fui aduerſus Philippum regem. Tertio anno virtutis cauſa mihi T. Quinctius decumum haſtatum aſſignauit. Inde miles voluntarius cum M.Porcio Cos.in Hiſpaniam ſum profectus. Hic me Imperator dignum iudicauit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſſignaret. Tertio iterum volũtarius miles factus ſum in eum exercitum,qui aduerſus Ætolos,& Antiochum miſſus eſt.à M.Acilio mihi primus princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus.quater poſt intra paucos annos primum pilum duxi,&c.Ex Cæſarisautem loco,apparet aquilam in prima cohorte principum in legione fuiſſe.

Atque opera vt demonſtrauimus,circum muniret] v.c.& Faernus habent, opere.& ita legendum. Cùm autem dixit Cæſar,demõſtrauimus,deſignauit locum, qui habetur ſuprà his verbis conceptus.In his cùm legio Cæſaris IX.præſidio collem occupauiſſet,& munire cœpiſſet, huic propinquum & contrarium collem Pompeius occupauit, atq.opere prohibere cœpit, &c. & poſt:Noſtri verò,qui ſatis habebant ſine detrimento

discedere, compluribus interfectis, v. suorum omnino amissis, quietissimè se receperunt, paulóque citra eum locum alijs comprehensis collibus, munitiones perfecerunt, &c. Ex quo loco videtur hîc apud Cæsarem legendum: Cùm se nonæ legioni Cæsaris obiecissent Pompeianæ copiæ, atq. opere, vt demonstrauimus (deinde desiderantur huiusmodi quædam: nostros prohiberẽt, magnis autem Pompeio detrimentis illatis, paulo citra eum locũ alios colles Cæsar occupauisset, eosque) circummuniret, castra eo loco posuit.

Ita complures dies manserant castra] Verbũ, manserant, suspectum est, vel saltem addenda vox, vacua. Deinde videtur legendũ: Eò signa legionis illata, pro eo quod vulgò legitur; Eò signo legionis illato, &c.

T. Pulcione] Videtur legendũ, T. Pulfione. sic enim lib. v. de Bell. Gall nominatur. Quod autem dicit, proditum exercitũ C. Antonij demonstrauimus, designat eum locum, quem desiderari in lib. II. diximus.

Eo loco propugnante] v. c. habet, è loco, &c. Et paulo pòst: Et quòd eo pulso legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes, &c.

Cùm portam quærerent castrorum, quòd eam munitionẽ esse arbitrarentur] v. c. Cùm portam quererẽt, castrorumq. eam munitionem arbitrarentur. Sed fortasse rectius esset: Cùm portam quærerent castrorum, quorum eam munitionem esse arbitrabantur. Nam arbitrabantur, est in alio codice, & ita Faernus legebat: Arbitrabantur autem eam munitionem esse castrorum, quorum portam quærebant.

Protinus his munitionibus defendente nullo] v. c. habet: Positis munitionibus. vt legi possit, potiti munitionibus. Dixit enim infrà, potitum se hostium castris. Sed cùm in alio codice sit, pro vt ijs munitionib⁹, posset etiam legi, prorutis munitionibus.

Celeri spe subsidij confirmata] Videndum an sit melius, celeris spe subsidij. Sic enim legebat Faernus,

& sic

& sic Cæsar ipse locutus est suprà lib. VII. cùm dixit: Spe celeris victoriæ.

Per aggeres ascendebat] Videndum an legi debeat: Per aggeres ascenderat. & paulo pòst, receptu suo timens, pro, receptui. Ita enim tertium casum esse formandum docuit Cæsar in libris Analogicis, vt scribit Agellius lib IV. cap XVI. & ita in veteribus libris reperitur. Nam paulo pòst, vbi habetur, eodem, quo venerant, receptui consulebant, v.c. habet ibi: eadem, qua venerant, receptu sibi consulebant.

Ex parte, ex qua proruebat] v.c. ex parte, quàm proruebat. vt fortasse legendum sit, Ex parte quã proruerat Faernus legebat: Ea parte, qua perruperat.

Tumultus, timoris, fugæ plena] v. c. & fugæ plena. Et paulo pòst Faernus legebat, admissis equis, pro, dimissis. Item v. c. confugerent, pro, conficerent.

His tantis rebus hæc subsidia succurrebãt] Sic alibi locutus est, cùm dixit: His difficultatibus. dnę res erãt subsidio & paulo pòst v. c. habet: Equites q. eius angustis portis, atq. his à Cęsaris militibus occupatis. Vel vt in alio codice: Portisq. à Cæsaris militib⁹ occupatis.

Propriam & expeditam victoriam interpellarũt] Ita locutus est Hirtius lib. de bell. Afric. cũ ait; Victoriã sibi propriã à Dijs immortalibus portẽdi. & de Bell. Alex. Victoriam se eis propriam daturũ pollicetur. Sed Cæsar partam iam atque exploratam victoriam dixit.

Trib. Mil. L. & centuriones xxx.] Videndum an illud, L. additum fuerit ex præcedenti L. legendumque sit: Tribunos Mil. & centuriones xxx.

Pars magna in fossis, munitionibusque, & fluminis ripis] Videndum an legi debeat: Pars magna in fossis munitionis, & fluminis ripis; nam suprà dixit: Ne in angustias inciderent, x. pedum munitionis sese in fossas præcipitant. & Hirtius de bell. Alex. Horum primis in ipsa fossa munitionis magna vi oppressis.

Signaque sunt militaria XXXII. amissa] Ita v. c. & ita

& ita Plutarchus in Cæsare, qui scribit, δύο καὶ τριάκοντα σημεῖα λαβεῖν τοὺς πολεμίους. Appianus verò habet XXIIX. errore ductus, vt videtur, ex ipsa numerorum transpositione, cùm in suo codice pro XXXII. legisset, XXIIX. sic enim habet: ἡ σημεῖα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν ἐν ταῖς δύο μάχαις ὀκτὼ καὶ εἴκοσι.

Pompeius eo prœlio Imp. est appellatus] In Cn. Pompeij argenteis denarijs, CN. MAGNVS IMP. dicitur ex Hispania prouincia, multo antè hanc victoriam, vt videri possit id nomẽ pluries obtinuisse. Nam ex Africa etiam prouincia Imperatorem appellatum esse Cn. Pompeium, scribit Plutarchus in Pompeio. Quæ verò sequuntur: Hoc nomen obtinuit; videntur esse superuacanea. Nisi dicamus à Senatu, qui tunc in castris Pompeij erat, id nomen obtinuisse. Cicero in Philippicis: An si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum duo millia occidisset, non cum hac consuetudine qua increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?

Insignia laureæ protulit] Placeret, prætulit, vt habet v.c. meus. Nam lictores laureatos consueuerant qui essent Imperatores appellati præferre, & litteras ad Senatum laureatas de rebus à se gestis mittere, vt ex Ciceronis epistola VIII. & IX. lib. VII. ad Atticum intelgi potest, & ex oratione item in Pisonem, in qua est: Appellatus est hic illius prouinciæ Imperator. ne tum quidem tabellas Romam cum laurea mittere audebas. & post: Primùm, quâ veneris cum laureatis tuis victoribus, quis scit? ex Liuio item pluribus locis apparet litteras etiam laureatas Imperatores mittere solitos fuisse. Plinius lib. XV. cap. VLT. de lauro. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia: additur litteris, & militum lanceis pilisque: fasces Imperatorum decorat.

Omnesque deductos ostentationis, vt videbatur, causa] v. c. habet, productos. Produci autem Labienus capti-

captiuos voluit, vt fidem faceret fugæ eorum. Sic suprà libro v. de Bello Gallico: Ambiorigem ostentant fidei faciendæ causa. Cùm enim in v.c. sit, quò maior perfugæ fides haberetur, fortasse scriptum erat, quò maior eorum fugæ fides haberetur.

Atque angustias præoccupatis castris] v. c. habet, in præoccupatis castris. vt fortasse totus hic locus ita sit legendus: Non iniquitatem loci, atque angustias, non præoccupatis castris ancipitem terrorem, intra extraque munitiones. Ancipitem autem timorẽ dixit, quòd timerent, ne intercluderentur, cùm intra extraque immineret hostis.

Causam fuisse cogitabant] v.c. habet, causæ, pro, causam. & paulo pòst: Quàm paruulæ sępe causæ, &c. sine voce, quorum, vt fortasse legi debeat: Quamque paruulæ sæpe causæ, &c.

Obiectæ religionis] Non est causa, cur obiectæ, in abiectæ, mutetur; nam Cicero libro de Diuinatione in Verr. sic locutus est, cùm ait: Tum illa, vt mos in Sicilia est omnium Veneriorum, & eorum qui Veneri se liberauerunt, vt Præfecto illi religionem Veneris, nomenque obijceret. & Liuius lib. xxxvi i i. Oratores ijdem redeunt excusantes, religione obiecta venire reges non posse.

Vel Tribuni vitio in exercitu esset offensum] v.c. habet, exercitum. Quod autem sequitur, in vnum locum coacto exercitu, &c. videtur sine voce, locum, in vnum coacto exercitu, legendum, Sic enim Sallustius in bello Iugurth. locutus est, cùm dixit: Paulatim milites in vnum conducit. Item: Eorum multitudinem in vnum cogit.

Qua facilitate] v.c. felicitate. & ita suprà: Incredibili felicitate Auster, qui per biduum flauerat, in Africum se vertit. Item: Quasi non felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam Imperatoribus, & res aduersæ odia concilient.

Si

Si non omnia cederent ſecunda] Legendum, caderent, vt eſt in v. c. Et paulo pòſt v.c. habet. Eius iuri potius. Vt ad Fortunam referatur, quæ in omni re, vt ipſe ait, dominatur. Alij libri habent: Cuius vis potius. Alij: exercitus potius.

Locum ſecurum ] Petrus Victorius ex antiquo codice, in quo eſt, locum ſecum (ita enim & in meo habetur) fecit, locum ſe æquum. Sed cùm alij libri habeant, locum ſe tantum, fortaſſe rectius eſſet: locum ſe tutum. Paulo pòſt. v. c. habet: Potitumeſſe hoſtium caſtris. Item: Interpellauiſſet.

Quod ſi eſſet factum] Videndum, an ſcribi debeat: Quod ſi ſit factum. Sic ſuprà: ſi id ſit factum, nocituru ſe nemini.

Atq. ij, qui ante dimicare timuiſſent] v.c. meus. Atq; ei qui ante dimicare, &c. vt fortaſſe legendum ſit: Atq; eo quod ante, &c. vt ſit, eo detrimentum in bonũ vertet, quòd qui ante dimicare timuiſſent, vltro, &c.

Pœnæ loco] Huc reſpexit Suetonius in Cæſare cap. LXVIII. cùm de Cæſaris militibus ita ſcribit: Quanta fortitudine dimicauerint, teſtimonio eſt, quòd aduerſo ſemel apud Dyrrachiũ prœlio, pœnã in ſe vltro deposcerũt, vt conſolãdos eos magis Imperator, quã puniẽdos habuerit. Vidẽdus Appian. lib. II. de bell. ciuil.

Relictisq. munitionibus] Videtur legendum, retentisq. munitionibus. Putabat enim Cæſar ſibi in caſtris non eſſe permanendum, quod famem timeret. Sic lib. V. de bell. Gall. vbi ſcripti libri habent, retentis, mutatum eſt id verbum in, relictis. & Dio lib. XLI. de Cæſare ſcribit poſt cladem apud Dyrrachium acceptam, timuiſſe famem, ſi in caſtris permanſiſſet. ὁ οὖν Καῖσαρ ὡς τὰ στρατόπεδα τειχίσειε, καὶ ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπιλείποι, δείσας μή τοι περιπεδρώσῃ (id enim eſt retentis caſtris) καταπολεμηθῇ, &c. πάντα μὲν τὰ ὠνούμενα κατέσπευδε, πάντα δὲ τὰ παρασκευαζόμενα περιεῖδεν.

Et ne citiſſima eius profectio cognoſceretur ] Faernus

nus legebat: Et ne citissimè. Sed v. c. habet, & quàm fuerissimè.

Ad flumen Genusum] Liuius lib XLIV. vocat Genusuum, & corruptè item Ptolemæus, *Γενύασσον* lib. III. Lucanus lib. V. incorrupta scriptura cum Cæsare Genusum edit, cùm ait:

*Prima duces iunctis vidit consistere castris*
*Tellus, quàm volucer Genusus, quàm mollior Apsus*
*Circumeunt ripis.* Erat igitur Genusus propè Apsum flumen, vbi primùm Cæsar & Pompeius castra posuerant.

Ipsique incolumes] v. c. ipsi incolumes. Et pòst: Militesque omnes intra vallum continuit, &c. sine voce castrorum. Item: XIX. millia passuum, pro, IIX. millibus passuum.

Equitatumque ex Italia expectaret] v. c. spectaret, & ita alibi Cæsar locutus est. Paulo pòst in eodem v. c. est: & suis vt esset auxilio, & ad opprimendos aduersarios ne occasioni temporis deesset.

Sed Cæsarem Apollonia à directo itinere auerterat] Faernus, à recto itinere. v. c. à directo itinere. Sed fortasse legendum: Sed Cæsarem Apollonia de recto itinere auerterat. Ex varietate itē aliarum lectionū posset legi: Sed Cæsar Apolloniā recto itinere diuerterat.

Latius, inflatiusque] Videtur legendum, elatius, inflatiusque, vt diximus suprà. & paulo suprà ex v. c. legēdum: Accessit etiam ex improuiso. Item: Heracliam Sinticam. Sic enim habet Liuius lib. XLII. & XLV. Plinius lib. III. cap. X. & Ptolemæus.

Vt pluribus dimissi itineribus à Cæsare ad Domitium] v. c. habet, dimissis. Vnde apparet legendum: Vt pluribus dimissis à Cæsare ad Domitium.

Paucis ante diebus] v. c. pro, diebus, habet, mensibus. & paulo pòst, Larisam, &, Larisæos, vnico s. quo modo scribendum esse docent antiqua numismata ΛΑΡΙCΑΙΩΝ.

Sed

Sed postea casu ciuitatis comprehensis ex captiuis cognito] Videtur omnino legendum, Gomphensis, pro, Comprehensis. Sequitur enim: Collata fortuna Metropolitum (siue vt est in v. c. Metropolitarum) cum casu Gomphensiũ, vel vt Faernus legebat, Gomphensi. Vox autem Gomphensis, obscura librario cùm esset, mutata est in comprehensis, otiosum verbum, & corruptum, vt apparet ex eo, quod in v. c. est, compressis. De Gomphis à Cæsare captis, & item Metropoli ita scribit Dio lib. XLI. Γόμφοις μὲν δὴ πολίχνῃ τινὶ θεσσαλικῇ προστετῶν, καὶ κρατήσας, πολλοὺς τε ἔκτεινε, καὶ τάπερ ἐλήφθησαν, &c. αὐτίκα γοῦν μητρόπολις ἑτέρου τινὸς πόλισμα ἐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἀμαχὶ ὡμολόγησεν.

Consulares, Prætoriosque seruorum habere numero, dicerent] Plutarchus in Pompeio: ἐν αἰτίαις, inquit, ἦν Πομπηΐῳ οὐ Καίσαρος καταφρονῶν, ἀλλὰ τῷ πατρίδα, καὶ τῷ βουλῇ, ὅπως δὴ παντὸς ἄρχῃ, καὶ μηδέποτε παύσῃ τοῖς ἀξιοῦσι τῆς οἰκουμένης ἄρχειν, χρώμενος καὶ ἱππαρέταις καὶ δορυφόροις, &c. Eadem refert in Cæsare, cùm ait: ὃς δὴ μὴ βουλόμενον ἀποδόσθαι τῷ μοναρχίαν, ἀλλ' ἀγαλλόμενον ἡγεμόνων τοσούτων ἐξηρτημένων αὐτῷ, καὶ φοιτώντων ὅθι σκηνοῖ.

Alij domos, bonaq; eorum, qui in castris erant Cæsaris, petebant] Cicero lib. XI. epist. VI. ad Atticum: Me, inquit, discessisse ab armis nunquam pœnituit, tanta erat in illis crudelitas, vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata, vt iam omnium iudicio constitutum esset, omniũm vestrum bona prędam esse illius victoriæ. & post: L. Lentulus Hortensij domum sibi, & Cæsaris hortos, & Baias desponderat.

L. Hirtij] v. c. habet L. Hirri. Sed notauimus suprà ad librum primum, Hirij, scribendum esse. Missum autem à Pompeio fuisse L. Hirium ad Orodem Parthorum regem, scribit Dio lib. XLI.

Vt præstaret, quod proficiscenti promisisset] v. c. non habet particulam, vt, & pro verbo promisisset, habet, recepisset.

Quod

Quod gestum in Hispania diceret] Plutarchus in Cæsare: Ἀφράνιος δὲ, (νεωστὶ γὰρ ἐξ ἰβηρίας ἀφίκετο) κακῶς στρατηγήσας, διαβαλλόμενος ὅτι χρήμασι πεπροδώκει τὸν στρατὸν,

Quod satis perspectum habere videretur] v.c. habet: Quùm satis perspectum militum animum habere videretur. & post: Quod nam Pompeius propositi, &c.

Hoc sperans] v.c. habet, Hæc sperans. Sed, spectans, alibi Cæsar dixit. Et post in v.c. est: Vt essent animo parati ad prœlium. Item: Ex delectu horum annotum, &c. non, ex delectis. Et: Plerique sunt ex colonis Transpadanis, &c. non, & pleræque sunt ex colonijs Transpadanis.

Animo percipiebant] v. c. meus habet, præcipiebant, &c. quo modo Cæsar alibi (vt notauimus suprà) locutus est. & hanc ipsam rem, eodem modo expressit Plutarchus in Cæsare, cùm ait: Καὶ τὸ νίκημα τῆς ἐλπίδος μεγαλητόρες. Liuius lib. VII. Adeò duorum militum euentum, inter quos pugnatum erat, vtraque parte animis præceperat.

Quarum vna prima, altera tertia appellabatur] Notauimus suprà ad librum VIII. de Bell. Gall. quarta, non, tertia, hîc scribendum esse. Quartam enim hanc legionem appellat Lucanus lib. VII. cùm ait:

*——— cornu tibi cura sinistri*
*Lentule cum prima, quæ tum fuit optima bello,*
*Et quarta legione datur. tibi numine pugnax*
*Aduerso Domiti, frons dextri tradita Martis.*

Malè autem libro suprà memorato apud Hirtium legio hæc modò XV. modò XII. dicitur, & malè item hîc III. cùm sit vbique IV. scribendum. In prima verò legione cùm omnes conueniant, in hoc tamen dissentiunt, quod Appianus lib. II. in dextro cornu Lentulum, aliter ac Lucanus; in sinistro Domitium ponit, sic enim ait: Πομπήϊος μὲν ὁ κατὰ Σκιπίωνα ἐν μέσῳ, ἢ ὅπη τὸ λαιὸν Δομίτιος, ὅπη δὲ τὸ δεξιὸν Λέντλος. Et Plutarchus in Cæsare, &

Quæ res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſum] Ita locutus eſt ſuprà, vt ad eum locum notauimus. Videtur autem hîc legendum: Vt ſi res tanta fortaſſe aliquem, &c. Et paulo pòſt Faernus legebat: Pompeianis magnam res ad receptam difficultatem afferebat, pro, magna res. Item in v.c.eſt: Volcatius Tullus. Quæ ſcriptura confirmatur antiquis denariorum monumentis.

Suſtinuit cum cohortibus tribus] In v. c. apud me non eſt illud, cum. & paulo pòſt videtur legendum: Cum horum omnium ratio iniretur, &c. pro eo, quod in vulgatis eſt, haberetur.

Ad duorũ millium numero] Ita locutus eſt Siſenna lib. III. hiſtor. apud Nonium, cùm ait: Ad binûm millium numero ſaucijs vtrinque factis.

Millia ſagittarum circiter XXX.] Ex hoc loco appareret apud Suetoniũ in Cæſare capite ſuprà citato, mendosè legi, quarum c. ac XXX. millia, pro quarum circiter XXX. millia. Quod verò ſequitur, Cæſari renunciauerunt, pro eo v. c. habet renumerauerunt, ſiue, numerauerunt, vt eſt in alio libro manuſcripto.

Foramina CCXXX.] v.c. CXXX. & ita habet Plutarchus in Cæſare; licet Suetonius in Cæſare, Valerius Maximus lib. III. cap. XX. & Appianus lib. II. habeant CXX. ſed vt videtur, mendosè.

Donauit millibus ducentis æris] Vox, æris, non eſt in v.c. & rectè abeſt; nam ſeſtertiorum addendum ad intelligentiam loci. Item pro, donauit, habet v.c donatum millibus ducentis, ab octauis ordinibus ad primum pilum ſe traducere pronuntiauit, &c. Primum pilum enim Cæſar habet ſuprà, & infrà item in v. c. & Liuius lib. VIII. Ex quibus ordo vnuſquiſque tres partes habebat, earum vnam quanque primum pilum vocabant. & lib. XXXII. Quater intra paucos annos primum pilum duxi, & lib. XLII. Tres & viginti centuriones, qui primos pilos duxerunt. Item: Tribuni

Militum

Militum SP. Liguſtino in legione prima, primum pilum, virtutis cauſa aſſignarunt. Videndus Polybius libro VI. & Vegetius de re militari.

Eiusque opera] v.c. Eiusque ope. Et poſt ſine voce, poſtea, v.c. habet, vt libri vulgati: Cohortemque duplici ſtipendio, frumentóve, & ſpeciarijs, militaribusque donis ampliſſimè donauit. Vt intelligi poſſit, ſtipendium duplex, frumentumque in vſum cohortis dari ſolitum; alia verò militaria dona in ſpeciem. Liuius lib. VII. Ita rebus geſtis Conſul aduocata concione, P. Decij non cœptas ſolùm ante, ſed cumulatas noua virtute laudes peragit: & præter militaria alia dona, aurea corona eum, & centum bobus, eximioque vno albo opimo auratis cornibus donat. Milites, qui in præſidio ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum; in preſentia ſingulis bobus, binisque tunicis donati, & lib. XXIII. Prænestinis militibus Senatus Romanus duplex ſtipendium, &c. Militaria verò dona, cuiuſmodi fuerint, docet Suetonius in Auguſto cap. XXV. cùm ait: Dona militaria aliquanto faciliùs phaleras, & torques, quicquid auro, argentoque conſtaret, quàm vallares, & murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat.

Alteram noctem ſubnubilam nactus] Salluſtius libro I. Hiſtor. Sertorius nactus obſcuram noctẽ. Apud Cęſarem verò vel illud, alteram, abundat, vel aliquid deeſt, quod de Pompeio dictũ ſit, qui ſub nubila nocte aut caſtra mouiſſet, aut ad munitiones acceſſiſſet.

Extructis omnium caſtrorum portis] Fortaſſe, obſtructis, rectius eſſet; nam ſupra dixit: obſtructis in ſpeciem portis ſingulis ordinibus ceſpitum. Item: Portas obſtruit, foſſas transuerſis vijs perducit.

Fuſium Calenum] Diximus ſuprà in v.c. haberi, Fufium, & ita nominari ab Appiano lib. II. Q. vero Sabinum dici Caium ab eodem Appiano, & item ſuprà ab ipſo Cæſare. licet in veteribus denarijs, quos tamen

men ipſe non vidi, dicant extare Q. Caluiſium Sabinum.

Rutilius Lupus] De hoc Rutilio Lupo meminit Cæſar lib. 1. & Prætorem eum nominat anni ſuperioris.

De voluntate ipſarum] Particula, de, non habetur in v.c. nec vox, vrbes, quæ paulo pòſt ſequitur, & certè videtur adiecta, vt illa etiam, ciuitates. Vt videatur ita legendum: Kalenus Delphos, Thebas, & Orchomenũ voluntate ipſarum ciuitatẽ recepit, nonnullas per vim expugnauit, reliquas circummiſſis legationibus, amicitiæ Cæſaris conciliare ſtudebat, &c. Sic enim legitur in v.c. non vt in vulgatis, amicitia. & ſic locutus eſt Cæſar ſuprà lib. VII. cùm dixit: Eam ciuitatem Aruernis conciliat. & lib. v. Principes ciuitatis ſigillatim Cingetorigi conciliauit.

Vti ne in eam telo, tormentóve adigi poſſet] v. c. Vti ne telo, tormentóve adigi poſſet, & ſic omnino legendum; niſi quis malit: Vti ne tela, tormentáve adigi poſſint. Sic enim dixit paulo ſuprà: Qui tantùm aberat à noſtro caſtello, vt telum, tormentúmve miſſum adigi non poſſet. Sed non eſt diſcedendum ab antiqua ſcriptura, & præſertim ab ea, quæ habet commodam lectionem.

Nihil adhuc arbitrari vitio factum eorum] Aliqua hîc videntur deſiderari ad ſententiam loci, qui fortaſſe ſic conceptus erat: Seſe omnia de pace expertum, nihil adhuc confeciſſe: arbitrari vitio factum eorum, &c. Paulo pòſt v.c habet: Sed magna etiam ex parte compellare, &c.

Præeſſe autem ſuo nomine] Ex Veteris codicis corrupta ſcriptura videtur legendum: Præeſſe enim ſuo nomine, &.

Quos eſſe anguſtos demonſtrauimus] Vel hinc apparet aliqua deeſſe in hoc libro. Paulo pòſt v.c. pro eo quod eſt in libris vulgatis, Vbi nihil proficere equitatum, habet, vbi nihil profici equitatu.

Sed

Sed etiam fructus ex arboribus deficiebant] Faernus legebat, frondes, pro, fructus. Sed videndum an ſtrictus legi debeat, quæ vox cùm minus eſſet vſitata, in fructus mutari facilè potuit; nam ſuprà dixit, vt folijs ex arboribus ſtrictis equos alerent: & v. c. habet, deficiebat.

Locupletesque ex egentibus fecerat] Ita v.c. Et paulo pòſt videtur legendum: Rem diſpulit coràm, pro eo quod vulgò legitur, rem diſpulit totam; nam ſequitur ſtatim: Illos ſecretò caſtigauit.

Monuitque equites] Vox, equites, non eſt in v.c. & certè abundat. Abundare etiam videntur ea, quæ ſequuntur paulo pòſt: Reliqua ſperarent. Vt ſit ſenſus loci. Monuit equites Cæſar, vt ex ſua amicitia, & ex præteritis ſuis officijs omnia ſperarent.

Diſcedere à noſtris] v.c. habet, diſcedere à nobis. & paulo pòſt: Poſtquam id facinus viſum eſt, &c. pro eo quod libri vulgati habent, poſtquam id difficilius viſum eſt. Iteé: Perinde ac ſatisfacere, &c. ſine voce ſuis.

Per omnia ſua præſidia circumduxit] v.c. non habet illud, per. & paulo pòſt ſine voce, vniuerſi, habet: Vulgò verò in Epiro, &c. & certè illud, vniuerſi, abundat, cùm tantundem valeat vulgò, ac, vniuerſi. Cicero in oratione pro Muræna: ſed vulgò, paſſim. Quid eſt vulgò? vniuerſos.

Et ſpatijs locorum, & cuſtodiarum vera diligentia animaduerſa] Locum corruptum eſſe indicant varietates lectionum. Nam alij legunt cuſtodiarum varia diligentia; alij, vniuerſa diligentia. Sed v.c. meus habet corruptiſſimè: In cuſtodiarum viriam animaduerſa diligentia, Vt videri poſſit poſtremam ſyllabam vocis, viriam, ex ſequentis verbi primis litteris geminatam eſſe ita, am, ani, cùm ſcriptum fuiſſet, incuſtodiarum vera animaduerſa diligentia. Vel quod magis placet: Cuſtodiarum indiligentia animaduerſa. Nam aliusitem codex qui eſt apud me, pro voce, viriam; ha-

bet,inuitiam,vt fortaſſe ſcriptum fuerit, cuſtodiarum incuria animaduerſa diligẽter. (Vel ſi liceat longius à veterum librorum ſcriptura diſcedere) Et ſpatijs locorum à cuſtodia vacuis diligenter animaduerſis.nam ſuprà dixit Cæſar:Hæc à cuſtodijs claſſium loca maximè vacabant.

Atque aggerem iubet comportare] Ita v.c.qui paulo pòſt habet: Fuluium Poſthumum. Lentulus verò Marcellinus, qui à Cæſare hîc nominatur, poteſt eſſe filius Cn.Lentuli Marcellini Conſulis anno DCXCVII. qui in argenteo denario LENTVLVS MARCELLINVS Cos.dicitur, ſed ſiue is, ſiue alius fuerit, qui Cæſaris Quæſtor deſcribitur, à Marcellis omnino adoptatus videtur,cùm eſſet Cornelia familia oriundus. Et fortaſſe P.Lentulus eſſe poteſt is,qui à M.Marcello adoptatus, vt in Bruto refert Cicero, ex ipſa adoptionis formula Marcellinus dictus eſt. Ad indicandum verò vtriuſque familiæ honorẽ in altera denarij parte, Idææ Matris ſimulacrum Marcellini ſignare conſueuerunt, de quo extant apud Ciceronem hæc verba in oratione de Aruſpicum reſponſis. Sacra iſta maiores noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocauerunt:quæ vir accepit is, qui eſt optimus à Populo Ro.iudicatus P. Scipio. Femina autem, quæ matronarum caſtiſſima putabatur, Q.Claudia. Valerius Maximus lib.VII.cap.v. P. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ clariſſimum lumen,is qui Conſul Iugurthæ bellum indixit, qui Matrem Idæam Phrygijs ſedibus ad noſtras aras, focoſq; migrantem ſanctiſſimis manibus excepit. Liuius lib. XXIV. Ouidius lib. IV. Faſt. Solinus cap. VII.

Millia paſſuum in circuitu XVIII. munitiones erat complexus] Vidẽdum an legi debeat, Millia paſſuum in circuitu XXVIII. munitionibus erat complexus. & item paulo pòſt,coniungeret, pro eo quòd vulgò habetur,contingeret.

Namque vt ad mare noſtræ cohortes IX. legionis] Cùm

Cùm in v.c.sit,inter cohortes,pro,noſtræ cohortes,videndum an ſcriptum fuerit, tres cohortes, & ex voce tres,factum ſit,illud,inter.

In interiorem vallum ]Faernus legebat,anteriorem. Sed v.c.habet interiorem, quod placet. nam ſequitur ſtatim, interioris munitionis defenſores. Paulo pòſt v.c.habet:Tormentis cuiuſque generis.

Per mare nauibus expoſitis,in aduerſos noſtros impetum fecerunt] Faernus in ſuo libro habebat:Nauibus expoſiti in auerſos.

Hominum enim multitudine]v.c.Horũ enim,&c. vt fortaſſe,eorum,ſit legendum. Paulo pòſt v.c.pro, viribus deficeret,habet,à viribus deficeretur,item:Incolumemque ad eum deferte.

Præter principem priorem ] Ad huius loci intelligentiam faciunt,quæ à Sp. Liguſtino de ſe dicta refert Liuius lib.XLII. Biennium,inquit,miles gregarius fui aduerſus Philippum regem. Tertio anno virtutis cauſa mihi T. Quinctius decumum haſtatum aſſignauit. Inde miles voluntarius cum M.Porcio Cos.in Hiſpaniam ſum profectus. Hic me Imperator dignum iudicauit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſſignaret. Tertio iterum volũtarius miles factus ſum in eum exercitum,qui aduerſus Ætolos,& Antiochum miſſus eſt.à M.Acilio mihi primus princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus.quater poſt intra paucos annos primum pilum duxi,&c.Ex Cæſaris autem loco,apparet aquilam in prima cohorte principum in legione fuiſſe.

Atque opera vt demonſtrauimus,circum muniret] v.c.& Faernus habent,opere.& ita legendum. Cùm autem dixit Cæſar,demõſtrauimus,deſignauit locum, qui habetur ſuprà his verbis conceptus.In his cùm legio Cæſaris IX.præſidio collem occupauiſſet,& munire cœpiſſet, huic propinquum & contrarium collem Pompeius occupauit, atq.opere prohibere cœpit, &c. & poſt:Noſtri verò,qui ſatis habebant ſine detrimento

discedere, compluribus interfectis, v. suorum omnino amissis, quietissimè se receperunt, paulóque citra eum locum alijs comprehensis collibus, munitiones perfecerunt, &c. Ex quo loco videtur hîc apud Cæsarem legendum: Cùm se nonæ legioni Cæsaris obiecissent Pompeianæ copiæ, atq. opere, vt demonstrauimus (deinde desiderantur huiusmodi quædam: nostros prohiberét, magnis autem Pompeio detrimentis illatis, paulo citra eum locú alios colles Cæsar occupauisset, eosque) circummuniret, castra eo loco posuit.

Ita complures dies manserant castra] Verbú, manserant, suspectum est, vel saltem addenda vox, vacua. Deinde videtur legendú: Eò signa legionis illata, pro eo quod vulgò legitur; Eò signo legionis illato, &c.

T. Pulcione] Videtur legendũ, T. Pulfione. sic enim lib. v. de Bell. Gall nominatur. Quod autem dicit, proditum exercitũ C. Antonij demonstrauimus, designat eum locum, quem desiderari in lib. II. diximus.

Eo loco propugnante] v. c. habet, è loco, &c. Et paulo pòst: Et quòd eo pulso legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes, &c.

Cùm portam quærerent castrorum, quòd eam munitionẽ esse arbitrarentur] v. c. Cùm portam quęrerét, castrorumq. eam munitionem arbitrarentur. Sed fortasse rectius esset: Cùm portam quærerent castrorum, quorum eam munitionem esse arbitrabantur. Nam arbitrabantur, est in alio codice, & ita Faernus legebat: Arbitrabantur autem eam munitionem esse castrorum, quorum portam quærebant.

Protinus his munitionibus defendente nullo] v. c. habet: Positis munitionibus. vt legi possit, potiti munitionibus. Dixit enim infrà, potitum se hostium castris. Sed cùm in alio codice sit, pro vt ijs munitionib', posset etiam legi, prorutis munitionibus.

Celeri spe subsidij confirmata] Videndum an sit melius, celeris spe subsidij. Sic enim legebat Faernus, & sic

& sic Cæsar ipse locutus est suprà lib. VII. cùm dixit: Spe celeris victoriæ.

Per aggeres ascendebat] Videndum an legi debeat: Per aggeres ascenderat. & paulo pòst, receptu suo timens, pro, receptui. Ita enim tertium casum esse formandum docuit Cæsar in libris Analogicis, vt scribit Agellius lib IV. cap XVI. & ita in veteribus libris reperitur. Nam paulo pòst, vbi habetur, eodem, quo venerant, receptui consulebant, v.c. habet ibi: eadem, qua venerant, receptu sibi consulebant.

Ex parte, ex qua proruebat] v.c. ex parte, quàm proruebat. vt fortasse legendum sit, Ex parte quā proruerat Faernus legebat: Ea parte, qua perruperat.

Tumultus, timoris, fugæ plena] v. c. & fugæ plena. Et paulo pòst Faernus legebat, admissis equis, pro, dimissis. Item v.c. confugerent, pro, conficerent.

His tantis rebus hæc subsidia succurrebāt] Sic alibi locutus est, cùm dixit: His difficultatibus duę res erāt subsidio & paulo pòst v. c. habet: Equites q. eius angustis portis, atq. his à Cęsaris militibus occupatis. Vel vt in alio codice: Portisq. à Cæsaris militib⁹ occupatis.

Propriam & expeditam victoriam interpellarūt] Ita locutus est Hirtius lib. de bell. Afric. cū ait; Victoriā sibi propriā à Dijs immortalibus portēdi. & de Bell. Alex. Victoriam se eis propriam daturū pollicetur. Sed Cæsar partam iam atque exploratam victoriam dixit.

Trib. Mil. L. & centuriones XXX.] Videndum an illud, L. additum fuerit ex præcedenti L. legendumque sit: Tribunos Mil. & centuriones XXX.

Pars magna in fossis, munitionibusque, & fluminis ripis] Videndum an legi debeat: Pars magna in fossis munitionis, & fluminis ripis; nam suprà dixit: Ne in angustias inciderent, x. pedum munitionis sese in fossas præcipitant. & Hirtius de bell. Alex. Horum primis in ipsa fossa munitionis magna vi oppressis.

Signaque sunt militaria XXXII. amissa] Ita v. c. & ita

& ita Plutarchus in Cæsare, qui scribit, δύο καὶ πεντήκοντα σημεῖα λαβεῖν τοὺς πολεμίους. Appianus verò habet XXIIX. errore ductus, vt videtur, ex ipsa numerorum transpositione, cùm in suo codice pro XXXII. legisset, XXIIX. sic enim habet: ἡ σημεῖα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν ἐν ταῖς δύο μάχαις ἑκατὸν ἡ εἴκοσι.

Pompeius eo prœlio Imp. est appellatus] In Cn. Pompeij argenteis denarijs, CN. MAGNVS IMP. dicitur ex Hispania prouincia, multo antè hanc victoriam, vt videri possit id nomẽ pluries obtinuisse. Nam ex Africa etiam prouincia Imperatorem appellatum esse Cn. Pompeium, scribit Plutarchus in Pompeio. Quæ verò sequuntur: Hoc nomen obtinuit; videntur esse superuacanea. Nisi dicamus à Senatu, qui tunc in castris Pompeij erat, id nomen obtinuisse. Cicero in Philippicis: An si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum duo millia occidisset, non cum hac consuetudine qua increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?

Insignia laureæ protulit] Placeret, prætulit, vt habet v.c. meus. Nam lictores laureatos consueuerant qui essent Imperatores appellati præferre, & litteras ad Senatum laureatas de rebus à se gestis mittere, vt ex Ciceronis epistola VIII. & IX. lib. VII. ad Atticum intelgi potest, & ex oratione item in Pisonem, in qua est: Appellatus est hic illius prouinciæ Imperator. ne tum quidem tabellas Romam cum laurea mittere audebas. & post: Primùm, quâ veneris cum laureatis tuis victoribus, quis scit? ex Liuio item pluribus locis apparet litteras etiam laureatas Imperatores mittere solitos fuisse. Plinius lib. XV. cap. vlt. de lauro. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia: additur litteris, & militum lanceis pilisque: fasces Imperatorum decorat.

Omnesque deductos ostentationis, vt videbatur, causa] v.c. habet, productos. Produci autem Labienus capti-

captiuos voluit, vt fidem faceret fugæ eorum. Sic suprà libro v. de Bello Gallico: Ambiorigem ostentant fidei faciendæ causa. Cùm enim in v.c. sit, quò maior perfugæ fides haberetur, fortasse scriptum erat, quò maior eorum fugæ fides haberetur.

Atque angustias præoccupatis castris] v. c. habet, in præoccupatis castris. vt fortasse totus hic locus ita sit legendus: Non iniquitatem loci, atque angustias, non præoccupatis castris ancipitem terrorem, intra extraque munitiones. Ancipitem autem timorē dixit, quòd timerent, ne intercluderentur, cùm intra extraque imminueret hostis.

Causam fuisse cogitabant] v.c. habet, causæ, pro, causam. & paulo pòst: Quàm paruulæ sępe causæ, &c. sine voce, quorum, vt fortasse legi debeat: Quamque paruulæ sæpe causæ, &c.

Obiectæ religionis] Non est causa, cur obiectæ, in abiectæ, mutetur; nam Cicero libro de Diuinatione in Verr. sic locutus est, cùm ait: Tum illa, vt mos in Sicilia est omnium Veneriorum, & eorum qui Veneri se liberauerunt, vt Præfecto illi religionem Veneris, nomenque obijceret. & Liuius lib. xxxvi i i. Oratores ijdem redeunt excusantes, religione obiecta venire reges non posse.

Vel Tribuni vitio in exercitu esset offensum] v.c. habet, exercitum. Quod autem sequitur, in vnum locum coacto exercitu, &c. videtur sine voce, locum, in vnum coacto exercitu, legendum, Sic enim Sallustius in bello Iugurth. locutus est, cùm dixit: Paulatim milites in vnum conducit. Item: Eorum multitudinem in vnum cogit.

Qua facilitate] v.c. felicitate. & ita suprà: Incredibili felicitate Auster, qui per biduum flauerat, in Africum se vertit. Item: Quasi non felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam Imperatoribus, & res aduersæ odia concilient.

Si

Si non omnia cederent ſecunda] Legendum, caderent, vt eſt in v. c. Et paulo pòſt v.c. habet. Eius iuri potius. Vt ad Fortunam referatur, quæ in omni re, vt ipſe ait, dominatur. Alij libri habent: Cuius vis potius. Alij: exercitus potius.

Locum ſecurum ] Petrus Victorius ex antiquo codice, in quo eſt, locum ſecum (ita enim & in meo habetur) fecit, locum ſe æquum. Sed cùm alij libri habeant, locum ſe tantum, fortaſſe rectius eſſet: locum ſe tutum. Paulo pòſt. v.c. habet: Potitumeſſe hoſtium caſtris. Item: Interpellauiſſet.

Quod ſi eſſet factum] Videndum, an ſcribi debeat: Quod ſi ſit factum. Sic ſuprà: ſi id ſit factum, nocituru ſe nemini.

Atq. ij, qui ante dimicare timuiſſent] v.c. meus. Atq; ei qui ante dimicare, &c. vt fortaſſe legendum ſit: Atq; eo quod ante, &c. vt ſit, eo detrimentum in bonũ verteret, quòd qui ante dimicare timuiſſent, vltro, &c.

Pœnæ loco] Huc reſpexit Suetonius in Cæſare cap. LXVIII. cùm de Cæſaris militibus ita ſcribit: Quanta fortitudine dimicauerint, teſtimonio eſt, quòd aduerſo ſemel apud Dyrrachiũ prœlio, pœnã in ſe vltro deposcerũt, vt conſolãdos eos magis Imperator, quã puniẽdos habuerit. Vidẽdus Appian. lib. II. de bell. ciuil.

Relictisq. munitionibus] Videtur legendum, retentisq. munitionibus. Putabat enim Cæſar ſibi in caſtris non eſſe permanendum, quod famem timeret. Sic lib. v. de bell. Gall. vbi ſcripti libri habent, retentis, mutatum eſt id verbum in, relictis. & Dio lib. XLI. de Cæſare ſcribit poſt cladem apud Dyrrachium acceptam, timuiſſe famem, ſi in caſtris permanſiſſet. ὁ οὖν Καῖσαρ ὡς ταῦτά τε συνέβαινεν, καὶ ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπελελοίπει, δείσας μή τοι περιπεδῶν (id enim eſt retentis caſtris) καταπολεμηθῇ, &c. πάντα μὲν τὰ ὠνοδομημένα κατέσκαψε, πάντα δὲ τὰ παρεβεβλημένα περιέθηκεν.

Et ne citiſſima eius profectio cognoſceretur ] Faernus

nus legebat: Et ne citissimè. Sed v. c. habet, & quàm suetissimè.

Ad flumen Genusum] Liuius lib. XLIV. vocat Genusuum, & corruptè item Ptolemæus, Γενύσσον lib. III. Lucanus lib. V. incorrupta scriptura cum Cæsare Genusum edit, cùm ait:

*Prima duces iunctis vidit consistere castris*
*Tellus, quàm volucer Genusus, quàm mollior Apsus*
*Circumeunt ripis.* Erat igitur Genusus propè Apsum flumen, vbi primùm Cæsar & Pompeius castra posuerant.

Ipsíque incolumes] v. c. ipsi incolumes. Et pòst: Militesque omnes intra vallum continuit, &c. sine voce castrorum. Item: IIX. millia passuum, pro, IIX. millibus passuum.

Equitatumque ex Italia expectaret] v. c. spectaret, & ita alibi Cæsar locutus est. Paulo pòst in eodem v. c. est: & suis vt esset auxilio, & ad opprimendos aduersarios ne occasioni temporis deesset.

Sed Cæsarem Apollonia à directo itinere auerterat] Faernus, à recto itinere. v. c. à directo itinere. Sed fortasse legendum: Sed Cæsarem Apollonia de recto itinere auerterat. Ex varietate itē aliarum lectionū posset legi: Sed Cæsar Apolloniā recto itinere diuerterat.

Latius, inflatiusque] Videtur legendum, elatius, inflatiusque, vt diximus suprà. & paulo suprà ex v. c. legēdum: Accessit etiam ex improuiso. Item: Heracliam Sinticam. Sic enim habet Liuius lib. XLII. & XLV. Plinius lib. III. cap. X. & Ptolemæus.

Vt pluribus dimissi itineribus à Cæsare ad Domitium] v. c. habet, dimissis. Vnde apparet legendum: Vt pluribus dimissis à Cæsare ad Domitium.

Paucis ante diebus] v. c. pto, diebus, habet, mensibus. & paulo pòst, Larisam, &, Larisæos, vnico s. quo modo scribendum esse docent antiqua numismata ΛΑΡΙCΑΙΩΝ.

Sed

Quod gestum in Hispania diceret] Plutarchus in Cæsare: Ἀφράνιος δὲ, (νεωστὶ γὰρ ἐξ ἰβηρίας ἀφίκετο) καινῶς στρατηγήσας, διαβαλλόμενος ὅτι χρήμασι πεφθαρῶσι τὸν στρατὸν,

Quod satis perspectum habere videretur] v.c. habet: Quùm satis perspectum militum animum habere videretur. & post: Quod nam Pompeius proposiți, &c.

Hoc sperans] v.c. habet, Hæc sperans. Sed, spectans, alibi Cæsar dixit. Et post in v.c. est: Vt essent animo parati ad prœlium. Item: Ex delectu horum annorum, &c. non, ex delectis. Et: Plerique sunt ex colonis Transpadanis, &c. non, & pleræque sunt ex colonijs Transpadanis.

Animo percipiebant] v. c. meus habet, præcipiebant, &c. quo modo Cæsar alibi (vt notauimus suprà) locutus est. & hanc ipsam rem, eodem modo expressit Plutarchus in Cæsare, cùm ait: Καὶ τὸ νίκημα τῆς ἐλπίσι πεφιλοπόνει. Liuius lib. VII.. Adeò duorum militum euentum, inter quos pugnatum erat, vtraque parte animis præceperat.

Quarum vna prima, altera tertia appellabatur] Notauimus suprà ad librum VIII. de Bell. Gall. quarta, non, tertia, hîc scribendum esse. Quartam enim hanc legionem appellat Lucanus lib. VII. cùm ait:

*——cornu tibi cura sinistri*
*Lentule cum prima, quæ tum fuit optima bello,*
*Et quarta legione datur. tibi numine pugnax*
*Aduerso Domiti, frons dextri tradita Martis.*

Malè autem libro suprà memorato apud Hirtium legio hæc modò XV. modò XII. dicitur, & malè item hîc III. cùm sit vbique IV. scribendum. In prima verò legione cùm omnes conueniant, in hoc tamen dissentiunt, quod Appianus lib. II. in dextro cornu Lentulum, aliter ac Lucanus; in sinistro Domitium ponit, sic enim ait: Πομπήϊος μὲ ὁ κινδυνὸς Σκιπίων ὁ μέσῳ, ἢ ὅτι τῷ λαιῷ Δομίτιος, ὅτι ἢ τῷ δεξιῷ Λέντλος. Et Plutarchus in Cæsa-

re,& Pompeio ait: Πομπηίῳ δὲ τὸ μὲν αὐτὸς εἶχε τὴν κεράτων, τὸ δὲ Δολοβέλλιον Δομίτιος.

Quas tran(ductas ab Afriano docuimus] Designat locum qui desideratur in lib. II.

Hæc erant millia LV.] v. c. meus habet: Hæc erant numero millia XLV. Quam lectionem confirmat Plutarchus, qui in Cæsare sic scribit: πεζικοὶ μὲν οὖν πεντακισχίλιοι παρετάξαντο δισμυρίοις καὶ δισχιλίοις. & Appianus libro II. de Bell. ciu. Καίσαρι μὲν οὖν ἦσαν δισχίλιοι ὅπλα δισμυρίοις, καὶ τούτων ἱππεῖς ἦσαν ἀμφὶ τοὺς χιλίους. Πομπηίῳ δὲ ὑπὲρ τὸ διπλάσιον, καὶ τούτων ἱππεῖς εἰς ἑπτακισχιλίους. Ex quibus locis videtur legendum apud Cæsarem: Numeroque cohortes XC. expleuerat, &c. inuersis litteris, pro, CX. Nam cùm cohors ex quingẽtis hominibus constaret, vt infrà suo loco dicetur, legio verò decem cohortes haberet; necesse est nouem legiones, quas Pompeium habuisse suprà dictum est, nonaginta cohortes efficerẽt. quod confirmat etiam Orosius, qui eas LXXXVIIII. numero fuisse ait.

Euocatorum circiter duo millia] Faernus legebat, circiter duæ, & ad cohortes referebat. Item: Dispersæ erant, pro, dispersérat, ad easdem cohortes referens.

Dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat] Enipeum fluuium designat, vt ex Appiano intelligitur & Lucano, qui ait lib. VII.

*At iuxta fluuius, & stagna vndantis Enipei.*

In sinistro cornu obiecerat] Præpositio, in, abest à v. c. & paulo pòst habet v. c. Tametsi erat Dyrrhachinis prælijs vehementer attenuata.

Cohortes in acie LXXX. constitutas habebat] Ita v. c. & Orosius, hoc est, octo legiones in tertia acie: nam in cornibus tres tantùm constitutas habebat, nempe decimam in dextro, nonam & octauam in sinistro, vt numerus XI. legionum constet, quas Cæsarem trãsduxisse duobus commeatibus habetur suprà. Vidẽdus Florus lib. IV. cap. II. vbi habetur: Si exercitus, hunc XI. legiones, inde XVIII.

Ipso

Ipse contra Pompeium consistit] v. c constitit, quomodo in Pandectis Florentinis antiqua scribendi ratione habetur, ex qua constiteremus, pro, consisteremus positum reperitur. Paulo pòst v. c. habet, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, &c. Quæ lectio verissima est. Nam cùm statim sequatur: Atque ex his quartam instituit, &c. necesse est vt præcedat tertia, de qua ita paulo pòst: Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit, &c. Ac fortasse suspicari quispiam ex hoc loco poterit, nouem tantùm legiones Cęsarem in hac ad Pharsalum pugna habuisse, ex quibus tres in cornibus, vt dictum est, posuisse, sex reliquas in tertia acie locasse; ex quibus singulis, detractis singulis cohortibus, quartam aciem constituisse, quę ex sex cohortibus constiterit, vt scribit Plutarchus in Pompeio, cùm ait: μετεπέμψατο ἀπὸ τῆς ὀπισθοφυλακίας ἐξ ἑκάστης σπείρας ἑξακοσίους, καὶ καταστήσας ὄπισθεν τῶν δεξιῶν, κελεύσας ἡσυχίαν ἄγειν, ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ὄντας. & Appianus lib. II. Σωσὶς δὲ ὁ Καῖσαρ, χιλίους εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνίδρυσεν, οἷς ἐκέλευσεν, ὅταν αὐδῶνται τοὺς πολεμίους φεύγοντας, ἀναπνεῖν, &c. Quibus sanè verbis videri potest Plutarchus æmulatus locum Cęsaris, qui paulo pòst habetur: Quod vbi Cęsar animaduertit, quartæ aciei, quam instituerat sex cohortium numero, signum dedit, &c. Ita enim legendum, non, ex cohortium, &c. Atque has sex cohortes plurimum ad victoriam Cæsari contulisse scribit Frontinus libro II. cap. III. de stratagematis, cùm ait: Sex deinde cohortes in subsidio retinuit ad res futuras, sed dextro latere conuersas in obliquum, vnde equitatum hostium expectabat, collocauit. Nec vlla res ad victoriam plus eo die Cęsari contulit. Diximus autem suprà, cohortem quingentos milites habuisse, vnde pro sex cohortibus χιλίους πεζοὺς, Plutarchus posuit. Itaque si nouem tantùm legiones Cæsar ad bellum Pharsalicum transduxit, vt ex locis mo-

dò adductis apparet, videndũ est an suprà initio huius libri pro, xv. millia legionariorũ militum, legẽdum sit, v. legionum milites. & post: impositis, vt suprà demonstratum est, legionibus v. i i. die terrã attigit. Sic enim de hoc secundo commeatu, quo Antonium iv. legiones transduxisse Plutarchus scribit, cùm Cæsar ipse v. transduxisset, habetur apud Cęsarem: Nacti, inquit, Austrum, naues Brundisio soluunt, atque altero die Apolloniam Dyrrhachiumque præteruehuntur, &c. Videndum item an illa quæ paulo supra habentur, cohortes in acie lxxx. constitutas habebat, &c. sincera sint, nam cohortes lxxx. hoc est, legiones v i i i. adiunctis tribus, illis, quæ erant in cornibus constitutæ, xi. legionum numerum efficiunt. Itaque omnino tota hæc de numero legionũ Cæsaris historia ita perturbata est, vt vltima primis non respondeant.

In earum cohortium virtute constare ] Alibi dixit, consistere, vt paulo suprà, consistit, positum est in v. c. pro, constitit. Cõtra lib. v i i. de Bell. Gall. vbi scriptum est: Quòd suum periculum in aliena videat virtute consistere, v. c. habet ibi, constare. vt lib. vi. in quo est: Quòd pænè in eo si opidum retinuissent, summam victoriæ constare intelligebant. At lib. i. de Bell. ciuil. Neque quisquam omnium erat, qui non in eius diei casu suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret.

Erat Crastinus ] Ita v. c. & ita Lucanus libro v i i. cùm ait:

*Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,*
*Sed sensum post fata tua dent Crastine morti.*

Quam constituistis operam date ] sunt, qui legunt, quam consueuistis. Sed nihil mutandum; nam constituistis, pro, consueuistis alibi posuit Cæsar, vt lib. v i i. de Bell. Gall. Quieta Gallia Cæsar, vt constituerat, in Italiam ad conuentus peragendos proficiscitur. At libro v. dixit: Discedens ab hibernis Cæsar, vt quotannis fa-

nis facere consueuerat,&c.quod positum est pro,constituerat,siue instituerat,vt alibi dixit: Vt instituerat, in Italiam ad conuentus peragendos profectus est.

Atq.cum milites electi circiter cxx. voluntariè] Faernus legebat voluntarij,quos Græci ἐθελοντὰς dicunt.

Ex dextro cornu procurrit] v.c.procucurrit,& infrà, infestis pilis procucurrissent. Item: Vniuersi procucurrerunt. &, Celeriter procucurrerunt. & sic Cæsarem scripsisse Charisius tradit. Deinde videtur legendum: Leuius quoque casura pila spectabat, &c. non, leuiusque.

Quæ studio pugnandi incenditur] Faernus legebat ex v.c. Qui studio pugnandi incenduntur. Et infrà: Et ordines suos conseruauerunt. Item: à latere aperto circumuenire cœperunt,&c. non,circumire.

Quam instituerat ex cohortium numerò] Videtur legendum,vt suprà diximus, sex cohortium numero. & pro,infestisque signis, magis placeret, infestisque pilis. Nam Cæsar eas cohortes admonuerat, ne pila mitterent, sed faciem equitum infestis pilis vulnerarent,& vt Orosius tradit, milites sedulò monebat his verbis: Faciem feri.

Loco excederent] Videndum an legi debeat, loco cederent; nam suprà dixit: Sed paullum loco motus cessit. Et paulo pòst: à sinistra parte circumuenta, sine verbo erat.

Eam partem, cui maximè confidebat] Designat Afranij cohortes, quas in dextro cornu collocarat, & legionem Cilicien sem,siue(vt suprà habetur) Sicilien sem. Paulo pòst v.c.non habet illa,quàm maximè, sed tantùm,alijs diffisus.

Vt facilè existimari posset]v. c. æstimari. Et paulo pòst: Qui non necessarias conquirerent voluptates. Sic dixit Valerius Max.lib.11.cap.vi. Audierant enim lautitiam inde,& immodicos sumptus, & omnia non necessariæ voluptatis genera fluxisse.

Querens, tantam se opinionem fefelliſſe] v. c. habet: Querens, tantum ſe ſuam opinionum fefelliſſe. Quod autem infra eſt: Vniuerſi ſimul Lariſſam verſus ſe recipere cœperunt. v. c. meus habet, vniuerſi iuris eius Lariſam verſus ſe recipere cœperunt. Quomodo in alijs codicibus reperiſſe ſe Petrus Victorius teſtatur. Ex quo, viris equis, alij fecerunt. Sed Velleius lib. II. videtur eo modo locutus, cùm ait: Oppreſſus auſpicijs Pompeij, inſidijs filij Pharnacis, Mithradates vltimus omnium iuris ſui regum præter Parthicos, &c. Ad locum autem Cæſaris facit quod ſcribit Valerius Max. lib. IV. cap. V Magnus Pharſalica acie victus à Cæſare, cùm poſtera die Lariſam intraret, opidique illius vniuerſi populus obuiam ei proceſſiſſet, ite, inquit, & iſtud officium præſtare victori.

Militibusque ſuis iuſſit] v. c. habet, commendauit, pro, iuſſit, & paulo pòſt: circiter millia XV. vt Oroſius. & rectè. nam ſi ex XLV. millibus, quot Pompeius habuit, in deditionem venerunt ampliùs XXIV. millia, eorum qui ceciderunt, verus erit numerus XV.

Seſe Sullæ ſimiliter dediderunt] [v. c. non habet vocem, ſimiliter. Sed habet, aquilæ. IX. pro, LIX. vt videatur legendum IIX. nam ex nouem legionum aquilis, quas Pompeius habuit, veriſimile eſt aliquam vnam ſeruatam fuiſſe. Cùm autem tres manipulos cohors haberet, & ſinguli manipuli ſua ſigna, videndum an numerus ſignorum, quæ relata ſunt, ſincerus ſit.

Cum claſſe ad Brundiſium venit] Illud, ad, vel abundat, vel ex poſtrema ſyllaba vocis Aſiat. factum videtur, cùm veriſimile ſit ſcriptum fuiſſe cum claſſe Aſiat. Brundiſium venit. Nam claſſi Aſiaticæ Lælium præfuiſſe, dictum eſt ſuprà. & eodem modo de Caſſio dixit Cæſar ſupra item: Ijſdem ferè temporibus Caſſius cum claſſe Syrorum, &c.

Longius productam] Ita v. c. non, perductam. & Hirtius lib. VIII. de Bello Gallico: Cum fuga vehementi

menti Voluſenum longius produxiſſet.

Vibone ad fretum] v.c. habet, Liboque ad fretum. Et rurſus infrà: Profectus eſt, & Libonem, pro eo, quod in vulgatis eſt, profectus eſt Vibonem.

Atque omnes naues incendit, è quibus erant xxv. roſtratæ] Ita v.c. nam illud, xxxv. videtur adiectum. Et poſt: Eo eo ipſo tempore nuntij, &c. ſine voce, quidam. Item: Caſſius ad Sulpicianum, &c. Et poſt: Pari atque antea ratione egit. ſecundum nactus ventũ, &c.

Qui ex veteribus legionibus erant relicti præſidio nauibus] Veteres legiones poſuit pro, veteranas, vt Hirtius lib. IV. de Bell. Alexan. cùm ait: Thorius Cordubam veteranas legiones adducit.

Et quantum itineris] v.c. habet: & quantumcunque itineris. Et paulo pòſt idem liber habet, Arcem ante captam eſſe, non, arcem Antiochiam. Quod autem dicit, ciuiumq. Ro. qui illic negotiantur: id ſimile eſt illi formulæ, quæ habetur in veteri inſcriptione: CIVES ROMANI QVI MYTILENIS NEGOTIANTVR, vbi Mytilenæ numero multitudinis dicuntur, vt paulo ſupra apud Cæſarem Mytilenos, pro eo quod veteres omnes Geographi, Mytilenem dicunt.

Nam quicumque] v.c. Qui cum. Vt fortaſſe vera lectio ſit: Namque cùm ex fuga Pompeium ſequerentur. De hac autem re ita Lentulus filius ad Ciceronem epiſt. XIV. lib. XII. Sed ijdem illi (Rhodij ſcilicet) qui fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clariſſimos non receperunt.

Naues ſoluere iubebantur] Fortè legendum, cogebantur. Sed v.c. habet, naues ſoluerunt.

Ad ciuitates perferebatur] Videtur legendum: Ad ciuitates Aſiæ perferebatur; nam ſequitur: Pompeius depoſito adeundæ Suriæ conſilio, &c. & ſic Cæſar locutus eſt lib. VI. de Bell. ciuil. cùm ait: Celeriter ad omnes Galliæ ciuitates fama defertur.

Et à quibuſdam priuatis ſumpta] Videndum, an

desit vox, mutuò. Et paulo pòst videtur legendum: Quos partim ex familijs societatum delegerat. Societates autem designat Publicanorum, qui vectigalia publica redempta habebant.

T. Appium] v.c. haber, T. Ampium, pro quo, Tampium habet Velleius. T. Ampia verò familia nota est ex antiquis denarijs, & lapidibus.

Vt ijs testibus summa pecuniæ vteretur] v.c. meus habet, in summam pecuniæ, &c. vt fortasse legendum sit; in sumenda pecunia.

Quod ante ipsam Mineruam collocatum esset, & ad simulacrum Mineruæ spectauisset] Ita legitur hic locus in v.c.

Vt in muris armata ciuitas discurreret] Hunc locum ita æmulatus est Orosius: Tantus verò in aëre armorum strepitus fuit Antiochiæ, vt quasi aduentu hostium in muros concurrerent, siue vt habet Valerius Max. lib. 1. cap. VI. in muros concurreretur. Ex quibus locis apparet apud Cæsarem legendum esse, in muros.

Pergami in in occultis ac remotis templis] v.c. pro, remotis, habet, reconditis, siue vt est in alio libro, conditis. De hac re ita Valerius Max. libro suprà memorato: Sonum tympanorũ Pergami abditis delubris editum, &c. Designantur autem Bacchi templa, quę erant Pergami, vt docet Dio lib. XLI. v.c. habet, Pergamiq;.

Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pauimento extitisse] Videtur legẽdum vnico verbo coniunctim, intecto, vt ad pauimentum referatur, quod esset id lapidibus constratum, ex quo palma extiterit. Valerius Max. lib. 1. cap. VI. Palmam viridem Trallibus in æde Victoriæ sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum iustę magnitudinis enatam. Plutarchus in Cæsare: Περὶ Τράλλεις ἐν ἱερῷ νίκης ἀνδριὰς ἑστήκει Καίσαρος, καὶ τὸ πρὸ αὐτὸ χωρίον, αὐτό τε στερεὸν φύσει, καὶ λίθῳ σκληρῷ κατεστρωμένον ἰῶ ἄνωθεν. ἐκ τούτου λέγουσιν ἀναφῦναι φοίνικα διὰ τῶν βάσεων τοῦ ἀνδριάντος. Dio lib. XLI.

Quas

Quas ex Pompeianis militibus confecerat] Dio libro XLI. scribit, Pompeianos milites, qui in deditionem venerant, à Cæsare in suas legiones descriptos fuisse. & Plutarchus in Cæsare: ὡς δὲ πεζῶν τ' ἀλόντων κατέμιξε τοὺς πλείους ὁ Καῖσαρ εἰς τάγματα.

Photinus] Sic & Lucanus eum appellat. Plutarchus tamen Ποθεινὸν vocat. Paulo pòst Faernus legebat: Corripi atque interfici iussit.

Bibuli filios duos] Seneca ad Marciam, cap. XIII. Bibuli melioris, quàm fortioris viri, duo simul filij interfecti sunt, Ægyptio quidem militi ludibrio habiti, &c. & Valerius Max. lib. IV. cap. I. M. Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, cùm in Suria moraretur prouincia, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus Ægypti occisos cognouit. Paulo suprà apud Cæsarem in v.c ita habetur: Qui inueterauerant compluribus Alexandrię bellis, hi omnes Ptolemæum patrem in regnum reduxerant. Bibuli filios, &c.

Hùnc vsum rei militaris habebant] Videndum an legi debeat, magnum vsum, &c. Sic enim locutus est lib. I. de Bell. Gall. cùm dixit: Quòd non magnum in re militari vsum habebat. Item: Qui magnum in castris vsum habebat. & lib. II. de bell ciuil. Quòd magnum habere vsum rei militaris sciebat.

Quarum erant. L. auxilio missæ] Ita v.c. Appianus tamen habet LX. Et paulo pòst v. c. habet, rostratæ omnes, pro, constratæ.

Hæc insula obiecta Alexandriæ portum efficit] Virgilius hunc locum imitatus videtur, cùm cecinit lib. I.

*——— insula portum*
*Efficit obiectu laterum ———*

Paullum suo cursu decesserint] Docti quidam viri legendum putant, deflexerint, pro, decesserint, quòd ita poscat linguæ Latinæ consuetudo. Sed nihil mutandum putamus: nam Cicero in oratione pro Cluen-

tio, de via decedere, dixit. vt Suetonius in Iulio, cap. xxxi. Cùm decessisset via diu errabundus, &c. & Q. Curtius lib. v. Nullo regente decesserant militari via.

Quæque vbique naues] v. c. habet, quæque vbi naues, vt forrasse legendum sit, quęque ibi naues. Et paulo pòst habet: Deduxit autem circum omnes propinquas prouincias. Item: Nec tractu opidi, &c. vt etiam Faernus Sed fortè, hoc tractu opidi, legendum est.

Magnis enim iacturis sibi quisque eorum omnes conciliabat] Eodem modo dixit suprà lib. vi. de Bell. Gall. Eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant, &c. Quod videtur positum pro, largitionibus.

Procurator regni in parte Cæsaris] Docti viri, pro, in parte, reponunt, in potestate; eo potissimum adducti, quòd paulo suprà Cæsar dixerit: Quo facto Regem, vt in sua potestate haberet, Cæsar effecerat. Placet tamen vt retineamus vulgatam lectionem, quæ confirmatur Hirtij loco, ex lib. iv. in quo est: Hanc locis superioribus fundere in partem Cæsaris non intermittebat. & post: Erat autem magna multitudo opidanorum in parte Cæsaris, quàm domicilijs ipsorum non mouerat, &c. Duas autem designat partes, vnam Arsinoæ filiæ maioris Ptolemæi & Achillæ, alteram Regis Ptolemæi & Cæsaris, in qua erat Photinus Eunuchus.

Hæc initia belli Alexandrini fuerunt] Hæc verba non habentur in v. c. & certè videntur adiecta.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM IV. HIRTII DE BELLO ALEXANDR.

VT quam anguſtiſſimam partem opidi] Videndum an legi poſſit Vt quia anguſtiſſimam, &c. Volebat enim Cæſar hanc paludē à reliqua parte opidi excludere, quòd ea & pabulum & aquam præbere largè poſſet. Paulo pòſt pro, illud exſpectans, placeret, illud ſpectans, quomodo alibi Cæſar locutus eſt.

Per quas fines Ægypti] Placeret, qua fines Ægypti. &c. Et paulo pòſt v. c. habet: Magnumque numerum in opidum telorum, atque tormentorum conuexerant. Deinde legendum videtur: Et innumerabilem hominum multitudinem adduxerant; nam paulo pòſt dicit: Hac multitudine diſpoſita.

Integris viribus ad auxilium ferendum opportuni eſſent] v. c. habet, opponi poſsēt, pro, opportuni eſſent. & pòſt: Subiectisque eas rotis, &c. vt illud, eas, ad ambulatorias referatur, de quibus vidēdus Vitruuius lib. x. cap. IXIX. Item v. c. habet hoc loco, directis pluteis, non, plateis. Vt videatur ita hic locus interpungendus eſſe, & legendus: Funibus iumentisque obiectis pluteis in quamcūque, &c. Nam pluteorum obiectu protegebantur iumenta & homines, qui turres mouebant. Et lib. 1. habetur: Miles dextra ac ſiniſtra muro tectus, aduerſus plutei obiectu.

Vt noſtri illorum opera imitari viderentur] v. c. habet, imitati, non, imitari. & paulo pòſt videtur legendum: Populum Ro. paulatim in conſuetudinem eius regni venire, &c. ſine verbo, occupandi, quod adiectum videtur.

Vt ad extremum caſum periculi omnes deducti viderentur] Ita v. c. meus. Qui paulo pòſt habet: puteis foſſis aquam dulcem, &c. nam infra dixit, ad

fodien-

fodiendos puteos. Item in v.c.est: Munitiones nudari nolebat,&c.non,nudare. Et post videtur legendum: Cùm longius prædictum processissent. nam verba à nauibus,videntur adiecta.

Cæsar ad terram detraxit] v. c. detrahit. & post: si quid grauius illis accidisset. Videndum item an paulo post legi debeat: vt vix ædificia defendi possent, &c. pro eo quod in vulgatis est,ædificijs. nam suprà lib. III. de bell. ciuil. dixit: Vt cùm esset legio præsidio Messanæ,vix opidum defenderet.

Videbant enim non auxilia Cæsaris] Videtur legendum;Cæsari,&c.& paulo pòst v.c.habet: Ad naturale & domesticum bonum refugere cupiebant.

Vna in cursu litore Ægyptio defecerat] Videndum an legi debeat, decesserat. Sic enim suprà lib. III. de bell.ciuil.habetur: Quęque tempestate paullulum suo cursu decesserint,& paulo post v. c. habet: Qui intrassent,& ad explicandum, & ad receptum, &c. Item: Quàm reliquam classem potueris explicare, &c. pro, possis, & rursus in v.c.est paulo pòst: Nostris enim prorsus, neque terra, neque mari effugium dabatur, Omniaque victoribus, &c.

Per paucos de summa] v.c.habet,de summa rerum. Alibi tamen de summa re Cæsar dixit.& post v.c. habet.Reliquis etiam esset cauendum, &c. pro eo quod in vulgatis est,cadendum.

Neque numero nauium præstantibus] v.c. habet: Neque numerum nauium præstantibus. quod magnopere placet.Et post pro,neque flexi ad virtutem,v. c.habet, neque flecti; Vt videatur legi posse, Neque electi,vel si magis placet,neque freti.

Capitur hoc prælio quinqueremis vna, & biremis] Ita v.c.& paulo post in v.c.habetur:Et illa in vrbe vno tempore tentari posse confidebat. Item: Distinendæ manus causa constratis nauibus aggreditur, præmijsque magnis propositis,&c.

Neque

Neque verò diutius ipsi ex munitione se continere potuerunt] Videtur legendum, in munitione, &c. & post v.c. habet. DCCC. passuum interuallum, &c. pro, interuallo. Sed cùm supra habeatur DCCCC. videndum vter locus sincerior sit.

Pugnabatur à nostris] v.c. habet, à nobis, quod videtur rectius.

Cohortium trium, qui in ponte] v.c. habet, quæ in ponte. Et paulo supra: Quorum fuga incitati Alexandrini, plures ex nauibus egrediebantur. Item infrà: Nonnulli feliciore exitu expeditas ad ancoram naues consecuti, incolumes discesserunt. Pauci alleuatis scutis, & animo, &c.

Aut suopte consilio] v.c. Aut suo priore consilio, per occultos nuntios Regi probatos, &c. & sic alibi, secretis nuntijs, vt est in v.c.

Puellæ fiduciario regno] Quid sit fiduciarium regnum, diximus suprà in notis ad lib. 11. de Bell. ciuili. vbi fiduciàriam prouinciam reposuimus, pro, fiduciariam operam, vt est in vulgatis.

Bonitate tantùm adductus, ac non prudentissimo consilio] Ita v. c. Et post: Sine quo nulla vnquam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat. Item: Et illi triremem hostium perforassent, ac demersissent.

Auctoritate ea, quæ plerunque adest victori, placarat] Magis placeret, pacarat. Item, pro, à mari coniungitur, legerem, mari coniungitur, sine particula, à. Ait enim Nilum lõgè distantibus locis diuisum mari coniungi. Item verba, à Cæsare, delerem; nam satis est, intercluſum à se retineri. & paulo pòst in v.c. habetur: Quorum impetum Mithradates magna cum prudentia, consuetudine nostra castris vallaris sustinuit. vt fortasse legendum sit, magna cum prudentia constantiaque militum, consuetudine, &c.

Planicies ex omnibus partibus subiecta] v.c. habet, planicia;

planicia;antiquè.&paulo pòst videtur legendũ:Vnum latus erat deiectum ad flumen Nilum. Sic enim locutus est Cæsar lib.11.de bell. Gall.

Magnis arboribus excisis] Videndum an verbum, excisis,abunder;nam paulo pòst habetur,proiectis.

Cæsar re præclarissimè gesta] Ita paulo pòst locutus est.Hic tamen v.c.habet: Cęsar pręclarissima re gesta. Item: Et loci natura munita animaduerteret.

Non quòd id minori numero militum cõsequi difficile factu putaret] Videndum an legi debeat: Non quod id minori militum numero difficile factu putaret. & paulo pòst v.c.habet: Vna,quam liberum accessum habere demonstraui.

Cohortes illò circuire castra] Faernus legebat: Cohortes tres circuire castra.&paulo pòst v.c.habet: Magnam multitudinem hostium in castris interfecerunt. Item: Magna ruina oppressis, pro eo quod in vulgatis est,magna vi oppressis.

Cæsar magnæ victoriæ fiducia] Legendum,Cæsar magna victoriæ fiducia. & pòst: Atque ea parte opidi victor introijt. Item videndum an legi debeat paulo pòst: Neque eum fefellit,quin hostes eo prœlio audito,&c.nam sic locutus est Cæsar lib.111.de bell. ciuil. cùm dixit:Neque verò Cæsarem fefellit, quin ab his cohortibus initium victoriæ oriretur.

Deducere ex regno statuit] Dio lib.xtt.scribit Arsinoem in triumpho à Cæsare Romam fuisse ductam.

Quinctumque Patiscium] Cicero libro xii. epist. xviii. Patiscum PRO Q.nominat.Sed v.c.habet Patisiũ; vt fortasse is sit,quem idem Cicero Petisium dicit lib. Philipp, xii. & xiii. & Appianus,vbi scribit de morte Cæsaris. Paulo suprà ad C. Plætosium, Quæstorem legendum,vt in v.c.non Prætorium.

Interim legati à Pharnace responsum referũt] v.c. habet,respõsa.ítẽ paulo pòst:Has esse opportunitates. Et:Cùm aduentaret Nicopolim,&c,sine particula,ad.

Cùm

Cùm extra fossam in equitatum Regis ] v. c. in equites Regis. Et post videtur legendum: Auersosque hostes aggrederetur, pro eo quod in vulgatis est, auersos. Item: Cùm paullulum auersus hostis cessisset, fossam autem transire vt secunda acies conata esset.

Eaque quæ morte essent miseriora ] Placet vt legatur, ea, pro, eaque, vt est in v.c. Supplicia verò designat ea, de quibus infrà: Neque exectis virilitatem restituere posse, quod quidem suppliciũ grauius morte Ciues Ro. subijssent. Videndus Appianus lib. 11.

Se reliquis ex fuga collectis, cõpulisse audiret] v. c. habet: se reliquijs ex fuga collectis contulisse audiret, & post: Crebrò incommoda accipiebant.

Literas in Achaiam, atque Calenum misit ] Placeret, litteras in Achaiam ad Kalenum misit, vt sibi classem mitteret, &c. non mitterent, sic enim est in v.c. & Cæsar lib. 111. de Bell. ciuil. dixit: Altera quam ex Achaia à Fusio, siue Fufio, vt nos legimus, legato euocauerat. quo loco v. c. malè habet, ex Achaia, atque Fusio. Kalenus verò Fufiæ familiæ cognomen est.

Ad insulam Tauridem] Hanc appellant Latini scriptores Tragurium, & Græci itidem, τραγύριον. Paulo post in v.c. habetur: Neque numero parem esse fortunæ dimicationi, &c. non, futuræ; quod placet. Sequitur enim: Fortunæ rem committere noluit.

Pentiremem vnam ] v. c, Penteremem. Item, dicrotas. Quod autem dicit, post diem tertium, id valet, ipso die tertio, vt latius suprà libro 1. de Bello Gallico.

Erat Maeum nobilissimum ] v. c. Erat in eum nobilissimum, &c, Vt fortasse legẽdum sit; Erat in ea nobilissimum, &c. & ad Issam referatur. Paulo pòst, pro, His autem temporibus, v, c. habet, Ijs autem temporibus, &c. & Palæpharsali, pro, prœlio Pharsali.

Tam

Tam etiam maiore] Videndum an legi debeat: Cum periculo magno, tamen maiore periculi fama, &c.

Vel initis signis] Faernus legebat, vel mutis signis, ex v.c. in quo est, vel mutuis signis.

Sestertia c.] v.c. meus habet: Sestert. c. sed scribendum HS. c. hoc est, HS. cẽtenos, hoc est, denarios xxv. singulis militibus. Idem Hirtius suprà lib. VIII. de Bello Gallico dixit: Militibus pro tanto labore ducenos sestertios, centurionibus II. millia numûm prędæ nomine pollicetur.

Medobragam] Suprà dicuntur Medubricenses, & vetus item inscriptio, MEDVBRICENSES.

Ita magna etiam sollicitudo periculorum ad iacturas, & detrimenta rei familiaris adiungebatur] Ita v.c. Et paulo pòst: Augetur odium ex ipso delectu, &c. sine copula, &.

Eoque ipso die meridiana hora] v.c. tempore postmeridiano. Et post: Inter saxa, quæ iacebant in itinere. Item: Relato domum Cassio, &c. sine particula, ad. Manilius autem Tusculus puto mendosum esse, pro quo scribendum esse Mamilius Tusculanus. Liuius facit mentionem Mamilij cuiusdam Tusculani, id cognomen adepti, quòd familia Mamilia Tusculò oriunda esset.

Secundarij veriti] v.c. Secundani. Pro cohortibus autem xxx. fortasse Hirtius scripsit, legionibus III. hoc est, xxx. xxi. II.

Ijsdem cruciatibus affectus L. Mergilio Squillus] Videtur legendum: Isdem cruciatibus affecti L. Mergilio, & Squillus, nominantur plures. Nam supra habetur: L. Mergilio, L. Licinius Squillus.

Nam palàm sestertijs decem cum Calpurnio paciscitur, & cũ Q. Sextio L.] v.c. habet: Nam alàm. ss. x. cum Calpurnio paciscitur, & cum Q. Sextio L. &c. hoc est, sestertium decies centena millia cũ Calpurnio, & sestertium quinquagies cum Q. Sextio paciscitur.

Vtrum

Vtrum nil timere] v.c. timeret. & paulo pòst in v.c. habetur: Æquè autem Romę delectum instituit, quosque ex omnibus conuentibus, colonijsq; conscriptos habebat, transmarina, &c. Vt legendum videatur: Quem autem Romæ delectum instituit, quosque ex omnibus conuentibus, colonijsque conscriptos habebat, transmarina, &c.

Totum exercitum lustrat] v. c. habet, notum, vt legi possit, nouum. Moris autem fuisse vt Duces & Imperatores nouum exercitum lustrarent, diximus suprà ad lib. v. de Bell. Gall.

Qui eo tempore Tr. Mil. in legione vernacula fuerat] Ita v.c. Placeret tamen vt legeremus, erat, pro, fuerat; nam dixit, eo tempore. Nisi, fuerat, pro erat, vt alibi, positum est. Traiectum autem suprà dixit fretum Herculeum, quâ exercitum traijcere parabat. Itaq. infrà dicit, ad secundam legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur ad traijciendum.

Noctu cum v. cohortibus vndeuicesimanorú egreditur] Videndum an legi debeat, cum VI. cohortibus vno & vicesimanorum. Nam reliquę IV. cohortes, XXI. huius legionis, quam Cassius habebat, paulo pòst nominantur. Quod autem sequitur, manè peruenit, &c. id mancum videtur; nam nomen loci desideratur, quò peruenit. Supplendum igitur, manè Ilurgim peruenit, hoc est, Ἰλούργιν, vt habet Ptolemæus; siue vt Plinius appellat, Ilurgitin.

Carbonam contendit] Videtur legendum, Carmonam: Sic enim suprà lib. II. de Bell. ciuil. appellat, cùm ait: Ijsdem diebus Carmonenses, quæ est longè firmissima totius prouinciæ ciuitas. & Strabo lib. III. habet Κάρμων, licet Ptolemæus Χαρμώνια.

Hic cum legio XXX. & XXI. & cohortes IV. & V. legio] Videtur legendum: Hic cum legio XXX. & vigesimæ primæ cohortes IV &c. nam Cassius egressus fuerat cum VI. cohortibus legionis XXI. nunc autem

tem reliquæ IV.& V.legio,& XXX. conueniunt.

Interim Torius] v.c.Thorius, & ita est in veteribus denarijs, qui ab ipso Thorio signati circumferuntur. In nomismate etiam Græco, quod putamus in Ætolia cusum esse à Proconsule ibi Thorio, inscriptum est, ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ, in cuius altera parte Calydonius aper signatus est ad Ætolos per Meleagrum pertinens, in altera Iunonis Sospitæ caput, quæ Lanuuij colebatur, vnde oriundus erat Thorius, cum inscriptione, ΗΡΑ ΛΑΝΟΙΑ ΠΡΟΜΗ, quod nostram de Lanuuio opinionem mirificè adiuuat, quæ habetur in libro de Familijs, Lanuuij scilicet, non Lauinij Iunonem sospitam cultam fuisse. Illud autem ΠΡΩΜΗ videtur respondere Latino verbo, REGINA, quod habetur in argenteo Thorij denario, in quo est: I. S. M. R. hoc est, vt nos interpretamur, IVNO SOSPITA MAXIMA REGINA, pro quo in Græco est, IVNO LANVVINA REGINA. Videndus liber de familijs in Papia gente. M. autem Marcellus, qui paulo suprà nominatus est, designatur is, qui Aeserninus dictus est, de quo meminit Dio lib. XLIII.

Maioribus viribus vti videbatur] Pro verbo, vti, Libentius legerem, niti; nam sic alij scriptores, & Virgilius dixit: Magna nituntur opum vi. & suprà, vbi habetur: Magna vi vterque vtebatur, diximus legendum esse nitebatur, vt ad eum locum plenius notauimus.

Sed, id qua mente commotus fecerit, coniectura sciri non potest] v.c. meus aliter habet, & quidem diuerso sensu, ita: sed id qua mente, communis erat coniectura. Paulo pòst, vbi habetur: Frequens legionibus conuentus obuiam prodit, &c. pro, legionibus, legi posset, legionariorum. nisi malumus conuentum, qui Cordubæ erat ciuium Romanorum, legionibus frequentem obuiam veniss e, oratum ne vrbẽ diriperent.

Neque suæ potestatis esse] Desideratur verbum, vetare, aut, prohibere. & paulo pòst videtur legendum,

dum, Vliam, non Vllam; nam & Ptolemæus οὐλίαν habet, & Plinius lib. III. cap. I. Strabo verò, corruptè ἰουλίαν, pro ἡ οὐλία.

Sed propè iam constituta] Desideratur vox, re; vt sit: Propè iam constituta re.

Lepidus eodem tempore, Marcellusque Cordubam cum suis proficiscitur, Cassius Narbonam. Sub idem tempus Trebonius Procos. &c.] Ita legitur hic locus, & interpungitur in meo v. c. cùm in vulgatis præter malam interpunctionem desit nomen Cassius. Sed pro Narbonam, omnino videtur legendum Carmonam, vt suprà. Conueniunt autem ea, quæ hîc dicuntur de Cassio, & Trebonio cum ijs, quæ habentur apud Dionem lib. XLII. Hispanos scilicet à Cęsare petiuisse, vt Cassio successorem mitteret, illum autem misisse Trebonium.

Atque indulgentia Trib. Mil.] v. c. habet, in diligentia. Et paulo pòst: Quæ maiore sunt dignitate, non, maiores. Item: legionibus, Suriæque præfecit.

Venit Comana vetustissimum & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum] Strabo lib. XII. τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερὸν ὃ ἐκεῖνοι Κόμανα ὀνομάζουσι. πόλις δ' ἔστιν ἀξιόλογος, &c. Videndus Dio lib XXXV. & alij.

Nicomedi Bithynio] Strabo lib. suprà memorato meminit Nicomedis huius, quem corruptè λυκομήδην appellat.

Deiotarus natura, disciplinaque nostra] Pro, natura, legendum sine dubio, armatura, ex loco superiore, in quo est: Duas legiones à Deiotaro, quas ille disciplina, atque armatura nostra complures annos constitutas habebat.

Repræsentaturus esset] v. c. habet, re præstaturus esset. & paulo pòst: Ziela est oppidum, &c. Stephanus: Ζίηλα πρὸς Τυλλάσσῳ πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισε Νικομήδης ὁ Ζήλας, &c. & Plinius lib. VI. cap. III. Ciuitas Ziela nobilis clade Traiani, & victoria C. Cæsaris.

Quorum editissimus vnus ] Appianus appellat Σκορόβαν.

Non opinantibus]v.c.habet,neque opinantibus.& post:Seruitia agerentur iussit, &c. & fortasse totus locus ita legendus: Huc omnem comportare aggerem è castris seruitia iussit.nam infrà sic habetur: Magnam illam seruorum multitudinem, quæ aggerem portabant,&c.

Quo in prælium descenderat, vallem ascendere] v.c.habet: quo præruptã descenderat in vallẽ, ascendere,&c. Item: Imparatusque oppressos, &c. & post: Quodque subiti periculi recordatio lætior.

Cœlio Vintiano] v. c. habet Viniciano,quo modo scribendum aliquando existimaui,ductus auctoritate veteris argentei denarij, in quo nomen Viniciæ familiæ notatum est. Ita Cælij quoque locum in epist.ad Cicer.IV.lib.VIII.corrigendum puto,vbi est: M.Cælium Vinicianum,&c. nam ibi malè legitur, Vinicianum. Opinor autem aliquem è Vinicia familia à Cælio adoptatum Cælium Vinicianum dictum fuisse ex vsitata illa adoptionum formula, qua etiam Q.Cæcilius Põponianus Atticus est appellatus. Crassus etiam quidam Iunianus apud Ciceronẽ in epist. ad Q.Fratrem nominatur, quòd esset è Iunia familia in Liciniam adoptatus.cuius & in argenteo quoque nummo mentionem inueni hac inscriptione, CRASSVS IVNI. Id autem quod esset ignotius, occasionem aliquibus dedit deprauãdi potiùs, quàm corrigẽdi cognominis.

De controuersijs cognoscit, & statuit. iura in tetrarchas, Reges, ciuitates distribuit. Pergamenum Mithradatem, à quo rem feliciter, celeriterq. gestã, &c.] Ita hic locus legitur, & interpungitur in meo v. c. & paulo pòst ex Dione videtur legendum: Eidem Tetrarchiam GalloGræcorum, &c.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM QVINTVM
## DE BELLO AFRICO.

ET Insulam petere Aponianam, quæ non abest à Lilybæo] Ita v.c. Sed Aponianę insulæ nulla fit mentio, quòd sciam, à scriptoribus; vt fortasse, Paconianæ, siue, Paconiæ scribendum sit. nam Ptolemæus nominat πακωνίαν insulam Lilybæo obiectam.

Deinde Alieno] Allieno scribendum est ex veteribus eius familiæ denarijs, in quibus A. hîc ALLIENVS designatur Siciliæ PROCOS. C. Cæsare iterum cos. ex signo trium crurum, à quibus ea insula dicta est Trinacria. De eo ita infrà: Allienus interim Procos. è Lilybæo in naues onerarias imponit legiones XII. & XIV. &c. Idem tamen, vt ex hoc Hirtij loco apparet, Prætoria primum potestate Siciliam prouinciam, deinde Proconsulari obtinuit. Ad quos honores indicandos in altera denarij parte, Siciliæ symbolum expressum est, vt diximus, tria crura.

Et à clupea] v. c. Et à clupeis, quomodo habetur apud Cæsarem lib. II. de Bell. ciuil. vbi est: Hic locus abest à clupeis, &c. Diximus autem ad eum locum, Clupea, Cæsarem ipsum alibi scripsisse, & reliquos ferè omnes scriptores.

Ante portum frequentes considunt] v.c. Ante portam. quod placet; nam Cæsar expositis militibus, castra ante opidum posuerat; opidani verò vt se defenderent, ante opidi portam constiterant.

Quòd neque certum locum gubernatoribus, præfectisque quod peterent] v.c. habet: Quòd neque circum loca gubernatoribus profectis, quid peterent, &c. & paulo pòst fortuito.

Tum captiuus, Venio à Cæsare] v.c. Immò à Cæ-

sate. Sed verba quæ statim sequuntur, ostendunt legendum esse, Venio à Cæsare Imp. vel certè, ab Imperatore.

Et subito exeunt] v. c. existunt. Et paulo pòst: Fieri posset nec ne, locum vllum excusatio haberet.

Regium enim equitatum Scipio ex prouincia Africa alebat, Tanta homines esse dementia] Ita v. c. De hac autem Iubæ, & Scipionis societate videndus Dio libro XLIII.

Cum Sulpicio & Vatinio] De Vatinij classe suprà habetur apud Hirtium lib. IV. de Bell. Alexand.

Cælo albente] Ita v. c. pro eo quod in vulgatis est, albescente; & ita infrà. & paulo suprà: Tanta homines esse dementia, &c. Quod autem sequitur: Et aduectis militum, equitumque copijs, &c. videdum an ibi, pro, aduectis, legendum sit, adauctis. Sic enim suprà: Vno tempore auctus frumento, auxilijsque.

Qui in præsidijs relicti sui milites fuissent, vt nihil propter suorum paucitatē, &c.] Ita v. c. Et paulo pòst: Progressus esset à castris. Item: Quorum paruus è castris exierat numerus, accersi atque ordinatim signa se leniter consequi, &c. & ad eam pugnam parari, &c. Quos autem Hirtius antecessores equites dicit, cùm Cæsar antecursores dicat, videndum an ita oporteat apud Hirtium item scribi.

Artificio magis, quàm viribus decertandum videret] v. c. habet, decernendum. Et paulo pòst: Subito ex condensis turmis pedites Numidiæ, &c. Item: Dum equites rursus cursu renouato.

Cæsarisque equites, iumenta ex nausea recenti, siti, lāgore, paucitate, vulneribus, defatigata ad insequendum hostem, perseuerandumque cursum tardiora haberent] Ita v. c. & post: Maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum, leuisque armaturæ. Item: Præterea ex fuga; prælioque Pompeiano, Labienus quos secum à Brundisio transportauerat.

Germa-

Germanisque DCCC.] v.c. meus ∞ D C. Sed in alio est, ∞ DCCC. & paulo pòst: Auxilio adhibito militibus ∞ D C. peditum, ac leuis armaturæ quater tanto.

His copijs prid. Non. Ian. post diem tertium, quàm Africam attigit] Videtur legendum: Post diem VI. quàm Africam, &c. Quæ lectio ex locis superioribus & v.c. meo elicitur. Nam cùm Kal. Ian. ad opidú Ruspinam Cæsar castra posuerit, vt habetur suprà, & ante vna nocte, & die, Adrumeti responsum Considij expectauerit, necesse est vt III. Kalend. Ian. terram Africam attigerit, quod ex loco superiore apparet, in quo habetur, Cæsarem conscendisse naues a.d. VI. Kal. Ian. & post diem quartum, scilicet III. Kal. in conspectum Africæ venisse.

Vltro citroque commeare] v.c. habet, commeatus. Et paulo pòst: Cuius copiæ legionú VIII. & equitum III. millium esse nuntiabantur. Sed Appianus lib. II. inquit: οὐ πολὺ δὲ ὕστερον αὐτῶ τε Σκιπίωνι ὀκτὼ τέλεσι πεζῶν, καὶ ἱππέων δύο μυριάσιν, ὧν οἱ πολλοὶ λίβυες ἦσαν. Vulgata lectio habet, IV. millium.

Etiam animaduertebat] v.c. Et animum etiam aduertebat. & post: Frumento se in Africa nisi importaticio vti non posse. Item: Aliquantum frumenti numerum. Et: Iubet in plostris deligatos Adrumetum deportari. Et: Incendebant, atque expugnabant.

Istius ætatis cùm esset, & animaduertisset] v.c. Istuc ætatis, &c. quomodo Terentius in Heautontimor. locutus est. & fortasse legi posset: Istuc ætatis cùm animaduertisset; nam cetera videntur adiecta.

Et aqua dulci elota] v.c. eluta. Plutarchus de hac re sic scribit: ἀλλὰ τὸ ῥύσιον ἐκαθάιζοντο διαπλύνοντες ἁλμυρίδος, &c.

Cùm antea constitisset in statiuis castris] Cùm in meo codice sit: Cùm antea constituisset, &c. videndum an totus hic locus ita legi debeat. Cùm antea statiuis constituisset in statiuis castris, & æstate inita, &c.

bellum cum aduersarijs suis gerere, tunc litteras celeriter, &c. conscripsit, & per catascopum misit, &c. Catascopum autem explicat Isidorus, nauigium speculatorium lib. XIX. cap. I. & Plutarchus in Catone vocat κατασκοπικὸν πλοῖον.

His se miseris] v.c. ijs se in miserijs. & paulo pòst: C. Vergilius Prætorius, pro eo quod in vulgatis corruptè est, Petronius. Sic infrà C. Decimius Quæstorius, & Tullius Rufus Quæstorius & Velleius sæpe ita locutus est.

Eidem scaphas de nauibus] v.c. addit copulam, &, Vt sit: Et eidem scaphas, &c. & paulo pòst, pro, mutuis prœlijs, habet, minutis prœlijs; quomodo Hirtius infrà locutus est, cùm dixit: Prœlijs minutis cominus dimicabant. Item: Despecta patientia Cæsaris, exercitusque eius, Iuba vniuersis copijs, &c. In vulgatis deest nomen, Iuba.

Quique pabulandi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallem petietant] Ita v.c. Potest tamen retineri vulgata lectio, vallum, ob verbum, muniendi. Paulo suprà, pro, ad decumanam defixo, v.c. habet, ad terram defixo.

Sapientem se, timidumque hostium opinioni præbebat] Legendum omnino, patientem, non sapiẽtem, suprà enim dixit: Despecta patientia Cæsaris. & infrà: Itaque ex eius patiẽtia in magnum timorem coniecti: & Cæsar ipse lib. VI. de Bell. Gall. simul militum permotus vocibus, qui illius patientiam, pænè obsessionem appellabant.

Cæsarem que eius affinem esse audiebant] C. Marius Iuliam C. Cæsaris amitam, vxorem habuit, quam Cæsar ipse pro Rostris defunctam laudauit, vt in fragmento orationis habetur, cuius initium est: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus, &c. Plutarchus in Cæsare: Ὅτε τῆς Μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιον περὶ γυναικὸς ἐν ἀγορᾷ δηλῶσαν, καὶ τοῖς τολμὴ ἐκφορὰν

φοβὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαίου ἀνθέσθαι, &c.

Ex Acilla ciuitate] v. c. habet, Achila, & Ptolemæus Ἄχολα; Plinius verò lib. v. cap. IV. Acola. Sed legendum Achola vbique videtur.

Etiam vndique ad Cæsarem veniunt] v. c. habet disiunctim, & iam vndique, &c.

C. Decius Quæstorius vir] v. c. C. Decimius Quæstorius, sine voce, vir, vt suprà, C. Virgilius Prætorius, & infrà, Tullius Rufus Quæstorius.

Auxilijsque tandem suis exhilaratis animo, atque leuata sollicitudine] v. c. Auxilijsque tandem suis hilaratus, annonæque leuata sollicitudine.

Vi expugnando est potitus] Videtur legendum: Vi & pugnando est potitus. quomodo dixit Plautus in Milite Glor. Vi, pugnandoque hominem capere certa res est.

Occisis vulneratisque] v. c. conuulneratisque. Et paulo pòst: In eo loco, quo paulo antè commemoraui. Item: Et in acie in cornu dextro, ac sinistro & iniquiore loco, &c.

Item altera nauis triremis] v. c. retinet Græcum verbum, trieris. & paulo pòst habet: Apud Thapsum custodiæ causa in Salo esse iusserat. Sed vulgati libri non habent verba, in Salo.

Sed in tertio, quartoque die procedendo] Videndum an legi debeat: Sed in tertio, aut quarto quoque die, &c. & paulo pòst v. c. pro, transportauerat habet transportabat.

Corijsque contectis] v. c. contextis. Sed placeret, contecti. Deinde sic est in v. c. Itaque subito imbre, grandineq. consecuta, grauata pondere, tenebris aquaque omnia subruta, disiectaque nocte, &c. Putamus autem legendum: ijsque subito imbre, grandineque consecuta, grauatis pondere, ventis aquaque omnibus subrutis, deiectisque nocte, &c.

Exercitus Scipionis à terrore Cæsaris] Hæc verba

delent docti viri, quòd locus sit mendosissimus. Videndus tamen Appianus lib. II.

Erat in castris Scipionis] v.c. habet, Cæsaris, non, Scipionis, Sueton. in Cęsare cap. LXV. Cùm expectatio aduĕtus Iubæ terribilis esset, conuocatis ad cōcionem militibus, Scitote, inquit, paucissimis his diebus Regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX. leuis armaturæ C. millibus, elephantisque, CCC. Proinde desinant quidam quærere vltra, aut opinari, mihique qui compertum habeo, credant, &c.

Magnus terror, & expectatio] Ita v.c. non, expectatione. & post: Suspensiore animo. Item: Speluncæ in modum subrutis. Et: transgredienda, pro, transeunda. Deinde addendum verbum, esse, vt sit: Prius necesse esse conuallem, &c.

Et præterea post montem, collesque subitò se Cæsari ostenderat, & equites in occulto collocauerat] Ita v.c. & paulo pòst, oblata facultate, non, ablata. Sic infra: Qua facultate oblata.

Partim viuis sunt potiti] v.c. partim viuorum, &c. & sic infra locutus est.

Is hac ratione opus instruebat] v.c. Ij hac ratione, &c. vt legendū videatur: Id hac ratione, &c. & paulo pòst v.c. habet, acciderat, pro, accidebat.

Pateiq. ibi nonnulli fieri complures poterāt] Ita v.c. & paulo pòst, acie, pro, acici, ἀρχαϊκῶς, vt illud Virgilij:

*Libra die somniq; pares vbi fecerit horas.*

Quod autem dicit, sub hoste stabat, id Cæsar, sub armis, dicere solet.

Equites Cæsariani vi vniuersæ, &c.] Ita v.c. & post: In quas quisque poterat regiones.

Militibusque tempore necessario] Illud, que, videtur abundare. & paulo pòst v.c. habet: Quantum potest, pro, potes, tum hîc, tum infra, vbi est, quantum poteris. cuius formulæ extat exemplum veteris Scriptoris apud Agellium.

Item-

Itemq. te A. Fontei, quòd Trib. Mil. &c.] M. Fonteius Trib. Mil. in argenteis denarijs habetur, sed non hic est, de quo nunc Cæsar. Paulo pòst v. c. habet, T. Saliene, de quo suprà.

Concitandisque militibus aduersariorum nostrorum Imperateris] v. c. vestrorũ. Sed videtur legẽdum: concitãdisq. militibus aduersus vestrũ Imperatorem.

Et singulis nõ amplius singulos additos seruos, &c.] Ita v. c. & paulo pòst: Necessitateque coactus. Item: Proximè locum Vzitæ locata.

Cùm nihilominus eius sermonem nuntius ad se referret, restaretque, vt reliqua quæ vellet, perageret] Ita est hic locus legendus ex meo codice. Ex alijs tamen varietatibus legi potest: Cum nihilominus ipse restaret, vt reliqua quæ vellet, perageret. Deinde est in v. c. Viator præterea, &c.

Quàm aut Scipionis obtemperasse nuntic] Particula, aut, reponenda videtur post verbum accepisset, vt sit: Et ei qui honores à populo Ro. accepisset, aut incolumi patria, &c. & paulo pòst in v. c. est: Namque cùm Scipio, &c. Item: Vt procul simplex esset acies media à legionarijs, &c.

Ipsum aut dextrũ cornu] Videtur addenda vox circa, vt sit: Circa ipsum, aut dextrũ cornu. & paulo pòst legendum ex v. c. Ideo consilio fecerat, vt suũ dextrum latus munitionibus adiuuaretur. Item v. c. habet: Frenatus autem Labieni eques. Et: Multisq. equis saucijs.

Et ne iugo à Cæsare excluderetur adproperare] Ita v. c. & post videtur legendum, summittit non, sui mittit. Vt sit. L. Cispium cum classe xx[illegible] nauium ad Thapsum versus in stationem præsidij gratia commeatus summittit.

Quintium Aquilam] Ita v. c. Pontius tamen Aquila dicitur a Cicerone in Philipp. & Suetonio in Cæsare. Et paulo post in v. c. est. Ad Leptim egressis militibus. Item: Quibus rebus Varus ex perfuga cognitis, &c.

Ibique

Ibíque moratus, omnes vt ſe naues conſcenderet, primùm,&c.]v.c.habet:Ibíque moratur. Vt fortaſſe hortatur,legendum ſit.Sed cùm pro, primùm, habeat v.c.poſtea,videtur omnino,verbum moratur,vel moratus retinendum.

Se à Naſidij claſſe captum]Ita v. c. Deinde habet: Quod poſtquam Cæſar ex perfuga cognouit. Item: Primo impetu legionum. &:Et non totos centum paſſus horis quattuor,&c.

In Numidas infeſtos]v.c.confertos. Et poſt:Amplius duûm millium numero, &c.

Namque elephantes in Italiam tranſportari iuſſerat]Videtur legendum,ex Italia,non in Italiam. Nam ita habet Dio lib.XLIII. in quo ita ſcribit: Ἐν φυλακῇ οὖν τὸ στρατόπεδον ἐς ὅσον ἐδύνατο πιῶν ὁ Καῖσαρ, στρατώτας τε ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐλέφαντας μετεπέμπετο, οὐχ ὡς ἐς ἀξιόμαχόν τι δι' αὐτῶν δράσων (οὐδὲ γὰρ πολλοὶ ἦσαν) ἀλλ' ἵνα οἱ ἵπποι πρός τε τὴν ὄψιν καὶ πρὸς τὴν φωνὴν αὐτῶν ἐκμελετήσωσιν, &c.

Virtutem beſtiæ]Paulo pòſt dicit:Earumque tarditatem cognoſcebant. &c. vt fortaſſe hîc quoque ita ſit legendum.& paulo pòſt pro,conſuetudine captarum, legi poſſet,conſuetudine capta earum.

Atque in conſuetudinem equos patientia beſtiarum adduxerat] Videndum an legi debeat: Atque equos conſuetudine in patientiam beſtiarum adduxerat. & paulo pòſt, cùm in v.c. ſit : exiſtimabant æquè poſt diem tertium,&c.videtur legendum:Exiſtimabat.itaque poſt diem tertium,&c.

Vzitæ]v.c. Zetæ. quod placet. Nam ſuprà habetur Cæſarem Zeoppido potitum.Et paulo pòſt v.c.habet: Per idem tempus Deorum voluntate, ſtudioque erga Cæſarem,&c.Nam de eorum.pro,Deorum,manifeſtum mendum. Sic autem Cæſarem locutum, & Salluſtium,aliosque ſuprà docuimus.

A Scipionis circiter duûm millium ] v. c. habet, à Scipione. & paulo pòſt: Poſteroque die, &c, Item:

tricenos,

tricenos, pro, trecentos. &: destitit, pro, desistit.

Fortiter repugnante P. Cornelio Scipione euocato] v.c. habet, Scipionis euocato, &c. quod placet. & post: Ad aquam facit castra. Item: Atque inde quarta vigilia egressus, pro, quarta die.

Orantque vt suis Fortunis præstò, quòd benemeriti essent, auxilium ferret] v.c. Orantque, vt suis fortunis, quòd P.R. (siue vt in alio, quòd de P.R.) benemeriti essent, auxilium ferret.

M. Crispum Tribunum] v.c. habet, Marcium Crispum. & ita habet Cicero lib. xi. Philipp in quo est: Q. Marcio Crispo Procos. L. Statio Murco Procos. Cùm verò Dio lib xlvii. sæpius faciat huius Crispi mentionem, nominetque eum, M. Crispum constanter vbique, adducor vt tum hîc, tũ apud Ciceronem M. Crispum, scribendum putem.

Cum cohorte] v.c. Cũ cohortibus. & post: xx. millibus passuum. Item: Turmas Iulianas circumfundendi. &: Ex prima legione, quæ ei præsidio constiterat.

Cælo albescente] v.c. albente, vt suprà. Et paulo pòst v.c. habet, tubicina, pro, tubicen. Quod autem dicit, castris præsidio Asprenate Proconsule cum legionibus ii relicto, &c. videndum an illud, Proconsule, sincerum sit.

Vmbilici fine ingressi] Sic locutus est Sallustius, cum, fine inguinum dixit. Vt non necesse sit in, tenus mutare, vt placuisse dicunt Faerno.

Quò postquam peruenerunt, ea quoque ab Iulianis militibus] Videtur legendum: Quò postquam peruenerunt, ea quæ ipsa vel, ipsi ab Iulianis militibus teneri vident, desperata, &c.

Occisisq. hostiũ x. millibus] At Plutarchus Quinquaginta millibus edit. Sic enim habet: πεντάκις μυρίους τῆς πολεμίων ἀνῃρηκὼς, οὐδὲ πεντήκοντα τῶν ἰδίων ἀπέβαλεν, &c.

Præmijs, ac fortissimo cuique] v. c. Præmia, ac fortissimo

tissimo cuique, &c. Vt videatur legendum: Totum exercitum veteranorum donauit, præmiaque fortissimo viro cuiq. ac benemerenti pro suggestu tribuit. Faernus ex v. c. legebat: Exercitum veteranum præmia fortissimo cuique, &c. vt fortasse legi possit: Milites collaudat, totumque exercitum. Præmia veteranorum fortissimo cuique ac benemerenti pro suggestu tribuit. Nam verbum, donauit, abest à quibusdam codicibus. Paulo pòst v. c. habet Rebilo, sine prænomine.

M. Cato quòd in Vticensibus] Faernus ita legebat hunc locum: M. Cato, quòd in Vticensibus, propter beneficium legis Iuliæ, parum suis partibus præsidium esse existimabat.

Et ante portam, belli causa] Cùm in v. c. scriptum sit: Et ante portam Bellicam; & suprà habeatur: Ad portam, quæ appellatur Bellica, &c. quæ Vticæ erat; videtur error fluxisse ex eo, quòd librarius primùm scripserit, bellicam, inde ab alio, qui existimarit illud, cām, notam esse significantem causam, factum sit, belli causa.

Atque in regnum ire contendit] v. c. pro, ire, habet, Iubæ. & post: Qui tum ei Proquæstore fuerat.

Vnà cum ccc. qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerunt] De hac re ita Appianus lib. II. Καὶ πυθόμενος Κάτωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν τὸ πολέμου ναυσὶ καὶ πεζῶν πρὶ μέρει φρουρεῖν ἐν Ἰτύκῃ, μετὰ τῆς τριακοσίων, οὓς ἀπὸ σφῶν ἐκ πολλοῦ βεβούλους ἐπεποίητο τῷ πολέμῳ, καὶ Σύγκλητον ἐκάλουν, &c.

Qui dum anima non dum expirata concidissent] Non est necesse particulam, dum, in, cum, mutare, nam suprà eadem particula eodē modo vsus est, cùm dixit: Iamque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones cœpisset.

Vt aliquid sibi ex ea re auxilij pararet] Ita v. c. Et paulo pòst: Q. Ligario, C. Considio filio. Item: Liuineio

neio Regulo, vt habet etiam denarius argēteus eius familiæ. Et: Cæciñæ, C. Ateiō, P. Atrio. Qui tamen Atrius, ciuis Romanus de conuentu Vricensi, in potestatem Cæsaris venit, vt habetur suprà.

M. Epio] M. Eppio. v. c. M. autem hic EPPIVS Scipionis in Africa legatus dicitur in argenteo denario, Q. METELLI. PII. SCIPIONIS. IMP.

Ita tamen, qui eorum ipsa sua bona redemisset ] Ita v. c. & post videtur legendum: Se bonorum venditionem inducturum, &c. non, indicturum. Liuius libro XXXIX. Quas legationes cùm Senatus precibus & lacrimis publicanorum victus, induci, & de integro locari iussisset.

Catonem Vticæ sibi ipsum manus attulisse. Regem vagum à suisq. desertum] Ita v. c. Deinde videtur legendum: Plætorio Cestiano. Ita enim est in argenteis denarijs. Nisi Rustiano, retineamus, vt est in v. c. vt sit rustius aliquis in Plætoriam familiam adoptatus, & ex formula Rustianus dictus.

Triginta centenis millibus ponderis olei, &c.] Cùm in v. c. sit, tricies, pro, XXX. legendum videtur: Tricies centenis millibus pondo olei, &c. Paulo suprà legendum: Ibi Crispo Sallustio Proconsule relicto, &c. nam verba, Populi Romani sunt adiecta.

Duodetriceſimo die] v. c. habet, Tricensimo, antiquè, vt REMISSA QVADRAGENSIMA in æreis nummis. Contra in aliquibus nominibus, n, litteram antiqui reijciebant, vt Cicero, qui Hortesium dicebat, non, Hortensium. Videndus Velius Longus de Orthographia.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM SEXTVM
## DE BELLO HISPANENSI.

ITEM nonnullæ portas contra cludebant] Ita v.c.sed in alio est: Cõtra nonnullę portas cludebãt.&paulo pòst v.c.habet: Neq; vt ipse voluit,&c. præcedit enim, celerius. Item videtur legendum post: Per idem tempus Sex. Pompeius frater,cum præsidio Cordubam tenebat.

Vliam oppidum oppugnabat] Vliam legendum esse diximus suprà.& Ptolemæus οὐλίαν habet. Et paulo pòst in v.c.est. Clàm præsidia. Vel, vt est in alio, Clàm præter præsidia.

Meritum esse sciebat,sex cohortes] v.c. Meritum esse sciens,celeriter vi.cohortes, &c. pariqúe turmas equitum numero, &c. Sic enim videtur legendum ex loco inferiori. Vel: DC.equites,pro, cohortes,&c. nam sequitur,pariqúe equites numero. Vt verbum, cohortes,non habeat hîc locum,si retineatur lectio,Pariqúe equites numero.

Vento afflictaretur aditus, qui in tempestatis, &c.] Ita v c. & post videtur legendum: Quod incommodum. Item: Cùm ad eum locum venerũt,&c. Sed potest vox eum,ad aditum referri.

Ab oppidanis sunt recepti pedites equitesqúe nocte. Sed dispositis partibus,oppidani & equites & pedites clamore sublato, eruptionem in aduersariorum castra fecerunt] Ita v. c.

In equis recipiuntur] v.c. Cum equis non recipiuntur. Et post omnino legendum: Pari item conditione Pompeius. Item ex v.c. Vt modò hi, nonnunquam illi,&c. Et: Ab vtrisque cominus pugna inita,&c. pro eo quod in vulgatis est,iniqua,

Hîc alter alteri non solùm mortem] v.c.habet: Hîc alter

alter alterius non solùm mortem,&c. Et post videtur legendum sine particula, de, bello decernere. Item: Quos ideo ab Vlia retraxerat,&c. pro,à via. Vlia enim cùm in edito monte sita esset(vt habetur libro superiore)& Cn. Pompeius eam oppugnaret, Cæsar inde eum retraxerat eo consilio, vt in æquum locum cùm deduxisset, pari cum eo conditione bello decerneret.

Id cùm animaduerteret aduersarios minimè velle] Ita v.c. Cùm in alijs libris desit dictio, id. & paulo pòst v.c. habet; Partim vti equitatus, pro, sub equitatu, vt legendum videatur: Partim vt equitatus,&c. de hac re ita Frontinus lib. III. cap. IV. Stratagematum. Bello ciuili cum Aregua vrbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Marcius interim Rex tanquam Cæsarianus Tribuni Cornicularius vigiles quosdam excitauit, è quibus aliquos euitans, constantia fallaciæ suæ per medias Cæsaris copias præsidium Pompei transduxit.

Et vna facta ex colonis] v.c. colonijs. Et pòst v.c. habet: Pompeius, quòd eodem iugo tegebatur. Item: Non esse commissurum Cęsarem, vt in tanta loci difficultate ad subsidium submittendum se mitteret. Et: Suo loco præteritus est. Item, Bæbio, non, Babilio.

Et opido potiri posse se sperant] Ita v. c. Et paulo pòst videtur legendum, missos facere loricatos, non, fecere; nam sequitur: Orabant,&c. & ita est in v. c. in quo legitur, qui, non, quique. &: Quin eruptionẽ, &c. non, irruptionem.

Auersati sunt prœlium facere] Ita habet v.c pro eo quod est in vulgatis, aduersati. & post videtur legendum: Cum pedite congreditur &c. non, progreditur.

Quæ stramenticiæ ab nostris hibernorum causa ædificatæ erant] Ita v.c. & post habet idem v.c. Cuius funestæ laudes, quoniam ad hanc fortunã recidêrunt. Item: Eum, qui ita locutus esset,&c.

Ita facturus] v.c. Ita funo crure: Quod etsi mendo-

sum est, ad veram tamen lectionem licet corruptis vestigijs aliquo modo ducit. Post habet v. c. De muro sunt proiectæ. Item: L. Munatius, non, Minucius. & ita Dio lib. XLI. & Valerius Max. lib. IX. cap. II. licet Plancus ab altero cognominetur, ab altero Flaccus, vt suprà lib. IV. de bell. Alexand.

Me in te esse præstabo] Videtur legendum: Me tibi etiam præstabo, &c. nam vox, futurum, abundare videtur. Paulo pòst in v. c. habetur: sequenti luce. Item: seruus est deprehensus.

Serui sunt in crucem sublati, militibus ceruices abscissæ] Ita v. c & post: Reliquos versum opidum iussit deduci. Item v. c. habet: Busauonenses, pro quo legendum, Vrsaonenses. Infrà enim est, Vrsao, licet Plinius corruptè lib. III. cap. I. habeat Vrso, pro, Vrsao.

Ex legione v. flumen transgressi duo] Ita v. c. Et post: Ex his, vtroque genere pugnæ complures sunt vulneribus affecti, in queis etiam Clodius Arquitius, &c. Deinde ex v. c. ita interpungendum: Gloria se efferentes postero die ab Soricaria, &c. vel potius, Soritia. nam infra est: Prœlium ad Soritiam quod gestum est.

Nostri magna in cæde versabantur] v. c. Non parum magna in cæde versabantur. Et paulo pòst: Quo subsidio, nisi adueserasset, &c. Vt fortasse legi possit: Quo subsidio, nisi adueserasser, à paucioribus nostris priuati essent. Item v. c. habet: Centurionum interitio, non, internitio.

Et planicie in æquo loco constiterunt] v. c. Et planicie iniquiore loco constiterunt, &c. Et paulo pòst: In æquum locum non sunt ausi descendere. Deinde in v. c. est: Opus cælatum opponerent.

Leui armatura] v. c. lenem armaturam. Deinde videtur legendum: Præsidij causa non longè ab opere castrorum constitissent nostri, equites in receptu, dum ad castra redeunt, aduersarij cupidius insecuti, vniuersi

uersi clamore facto,&c. nam, nostri est in v. c. Sed si, nostros, retineamus, placeret, leuis armatura.

Quas mittebat Saonam] Hîc quoque Vrsaonem legendum est, vt notauimus suptà.

S. V. G. E. V.] Omnino scribendum: S. V. B. E. E. V, hoc est: Si valetis, bene est, ego valeo. Seneca libro 11. epist. xv. Mos antiquis fuit vsque ad meam seruatus ætatem, primis epistolæ verbis adijcere, Si vales, bene est, &c. Exempla huius formulæ peti possunt à Cicerone, & alijs. Deinde in v. c. est: Celerius quàm opinio vestra fert, bellum, &c.

Cohortes animo habeo] v. c. Cohortes in animo habeo. & paulo pòst: Prælium ad Soriam, quod factum est, &c. sine verbo, affore. Item: Et contra Hispalim in oliueto constituit.

Quòd Versaonensium ciuitate fuissent fautores] Videtur legendum: Quòd Versaonensium ciuitati, vt sibi essent fautores, &c. Nam vt confirmaret id, quod per litteras scripserat, stare scilicet per Cæsarem, quo minus prælio decerneretur, copias extra vallum educebat. hac enim opinione, opidanos sibi fauturos sperabat.

Loca excellentia tumulus continet: interim nulla planicia diuidit: quod eo incidit tempore] Ita legitur hic locus in v. c. Deinde habetur: Vt quicquid post horam cras fieret, &c.

Ne quid temerè culpa sua admitteretur] Ita videtur legendum, inducta voce, secus. Et paulo pòst, telorumque missu, non, missus.

Ita ipsis liberalibus, fusis fugatisque] Ita v. c. De hac pugna Plutarchus in Cęsare sic scribit: Ταύτῃ τῇ μάλῃ ἐνίκησε τὴν τῆς Διονυσίων ἑορτὴν, καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήϊος Μάγνος ὅτι τὸν πόλεμον ἐξέλιπεν. Liberalia verò Romæ xv 1. Kal. Apr. in vetere Kalendario habentur.

Et hostium cadauetibus sunt complexi] v c. circumplexi. & post videtur legendum: Qui castris ante à

Pompeio præpositus esset. Item ex v. c. eum minus bellè habere.

Cæsar ex prœlio munitione circumdata] Videtur deesse nomen Munda, vt sit: Cæsar ex prœlio Munda munitione circumdata. sic enim est infrà.

Item optimis insternẽdam vestimentis] Ita v.c. siue vt est in alio, Item optimis insternit vestibus. & paulo pòst habet v. c. Resinam, & nardum identidem sibi infundit. Item: Alterum se cito iugulare. &: Castra contra opidum posuit.

Vt clamor in castra nostra perueniret ferè inter Cęsarianos, & Pompeianos. Erant hîc legiones, &c.] Ita in v.c. legitur, & interpungitur.

Erat benè magnum intra Pompeianarum partium] Ita v.c. vt illud, intra, videatur positum pro, intus. Deinde v. c. habet: Clàm quendam Philonem, illum qui, &c. Item: Hic clàm præsidia.

Rursus in Hispalim] v.c. Reuersus in Hispalim. & paulo pòst videtur legendum: Qui imparati à Carteia profecti sine aqua fuissent. Item ex v. c. infrà legendum: Atque exesum locum, vt in speluncam Pompeius se occultare cœpit. & post: Cùm Cæsar Gadibus fuisset, Hispalim prid. Id. Apr. caput allatum, &c.

Hoc acciderat] Videtur legendum: Huc accedebat. Sequitur enim paulo pòst: Tum præterea accedebat. & ita locutus est alibi.

Peculiarem sibi constitisse] v.c. constituisse. & post: Insequenti tempore Præturæ ampliato honore, &c. licet Suetonius in Cæsare cap. XVIII. dicat eum ex Prætura vlteriorem Hispaniam sortitum fuisse. Plutarchus tamen ex Quæstura & Prætura obtinuisse.

Ab se in Senatum inductis] Videtur omnino legendum, inductos; nam ex Gaditanis quosdam in Senatum legit.

More barbarorum Populo Romano magna transiero, &c.] Locus sine dubio corruptus, restitui aliquo modo

modo poteſt, ſi legatur: More barbarorum Præt. Tribunisque ſacroſanctis manus, &c. Vel: Tr. Pl. ſacroſanctis manus, &c. Vel: Populi Romani magiſtratibus ſacroſanctis manus, &c. Loquitur autem de Caſſio Longino Propr. Deinde videtur legendum ex v.c. ſæpè & ſæpiùs attuliſtis luce clara.

Decem habere legiones] v.c. habet: Decem lectas habere legiones.

FINIS.

# NOTÆ
## AD SALLVSTII BELLVM CATILINÆ.

ALTERVM cum belluis cõmune eſt] Varro Caprino prœlio apud Nonium, videtur non abſimili ſententia vſus, cùm ait: Nam virtutem propriam mortalibus fecit, cetera promiſcuè voluit communia habere.

Nam diuitiarum & formæ gloria] v.c. pro, gloria, habet, gratia, tum hîc, tum infrà, vbi eſt; Salutare plebem, & conuiuijs gloriam quærere. nam ibi in v.c. ſcriptum planè eſt, gratiam, non, gloriam. Et fortaſſe apud Pacuuium in Dulorefte, vbi citante Nonio legitur (Hiccine eſt, quem famæ gloria ante omnis nobilitat viros) legi poſſet, Quem formæ gratia ante omnis, &c. Tale quiddam eſt illud Appulei in Apologia: ſi hæc probans, formæ aut diuitiarum gratia. ſed ibi gratia, pro, cauſa poſitum eſt.

Vbi conſulueris, maturè facto opus eſt] Placeret magis, ſi diſtinctionis nota poneretur ad verbum, maturè. nam infrà eſt: Facto, non, conſulto in tali periculo opus eſſe. & Iſocrates item in hanc ſententiam ait: Βουλεύου μὲν βραδέως, ἀπτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. A quo

accepit fortasse Demosthenes, cùm dixit: Δεῖ μὲ βουλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς.

Nam in terris] v.c. non habet illud nam; vt fortasse legendum sit: Nam terris, nomen imperij id primùm fuit. Quod autẽ sequitur (sua cuiq. satis placebãt) simile est illis, quæ habentur infrà in Bello Iugurthæ, vbi est: Debere illi res suas satis placere, &c. Vtrũq. certè, licet diuersis prolatum verbis, respondet Horatianis illis:

*Qui fit Mæcenas, vt nemo quam sibi sortem*
*Seu ratio dederit, seu sors obiecerit ipsa,*
*Contentus viuat.*

Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent] Eadem sententia vsus est infrà, cùm dixit: Cui cùm ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent. Item: Cuncta maria, terræque patebant. Nisi fortè, patebant, ibi ex his locis legendum sit. Thucydides tamen in Epitaphio Periclis dixit: ἀλλὰ πᾶσαν μὲ θάλασσαν καὶ γῆν, ἔσβατον τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ κατασκάσασαντες ἤνοιξαν.

Artis bonæ famã quærit] Videndũ an, famas scribi debeat, pro, famã, auctore Seneca, qui testatur scripsisse Sallustiũ, Inter bella ciuilia æqui boni famas petit.

Scriptorem & auctorem rerum] Videtur Sallustius scriptorem, & auctorem rerum, eundem putasse esse, cùm tamen auctor rerum, pro, actor, ab alijs ponatur. Vnde in aliquibus codicibus, actorem, pro, auctorem apud Sallustium irrepsit. Sed Tacitus eodem quo Sallustius modo auctorem rerum vsurpauit, cùm ait lib. III, Matrem Antoniã non apud auctores rerum, non diurna actorũ scripta reperio vllo insigni officio functam. Item: Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor. Vnde in æreo numismate inscribitur SALVSTIVS AVTOR, non tamen satis recta orthographia.

A studio ad Remp. latus sum] Loci similitudo in epistola de rep. ordinanda, adducit vt putem scribendum hîc esse: sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique

rique ſtudio ad Remp. latus ſum. Nam & infrà dixit: Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Remp. capeſſere. Paulo tamen pòſt habetur: Vt à quo incepto ſtudioque me ambitio mala detinuerat, &c. Ad ea verò quæ hîc ſequuntur apud Salluſtium, facta dictis æquanda, facit quod ait Liuius lib. VI. Cùm ea quoque quæ bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum, oratione etiam magnifica, facta dictis æquando, memoraſſet.

Et mihi reliquam ætatem à Rep. procul habendam decreui] Poſſet aliquis ſuſpicari pro, habendam, Salluſtium ſcripſiſſe, agendam. Sic enim poſuit in Bell. Iugurth. cùm ait: Atque ego credo fore, qui quia decreui procul à rep. ætatem agere. & poſt: Procul ab imperio regis ætatem agebant. Sed nihil mutãdum; nam in Bello item Iugurthæ dixit: Vbi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant, &c. Non abſimili quadam ſententia vſus videtur Cato, quem Salluſtius pluribus locis æmulatur, cùm ait in Q. Thermum: Ego iam à principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, &c. Ibi tamen, obſtinui legendum eſt, quod pro obfirmaui, poſitum eſſe docet Feſtus in Obſtinato, qui in Repaſtinari citat Catonis locum.

Quàm veriſſimè potero, paucis abſoluam] Ita legendum, licet Victorinus Grammaticus, breuiſſimè legat pro, veriſſimè; nam Tacitus Salluſtij æmulator ſic habet hunc locum imitatus: Quàm veriſſimè expediam, ſi pauca ſuprà petiuero.

Priùs quàm initium narrandi faciam] Putamus Salluſtium ſcripſiſſe, facio, non, faciam; nam in Bell. Iugurth. ſic locutus eſt, cùm ait: Sed priùs quàm huiuſmodi rei initium expedio, pauca ſuprà repetam. & Cicero lib. I. Philipp. Antequam de rep. dicere incipio. & in Somnio Scipionis: Gratias tibi ago ſummo Sol, qui priuſquam ex hac vita migro. Virgilius lib. IV.

*Ante pudor quàm te violo, aut tua iura reſoluo.*

Nam id facinus in primis ego memorabile existimo] Accepit hanc sententiam, vt videtur, à Thucydide, qui lib. 1. ait: ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν πρὶν ἐπιγενομένων, πειρασόμενοι, &c. Vbi verbum ἐλπίσας positum est Græca consuetudine pro νομίσας, & vt Sallustius ipse vertit, existimans.

Cuiuslibet rei simulator] Nonius in simulare, legit, Cuius rei libet simulator. & fortasse ita scripsit Sallustius. nam in epistola de Rep. ordinanda dixit: Cuius rei libet periculum facere.

Reip. capiundæ] Quid si legamus, occupandæ, pro, capiundæ? nam sequitur: Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. & paulo pòst de eodem Catilina. Opprimendæ Reip. consilium capit, &c. Infrà in epist. de Rep. ord. sic locutus est, cùm ait: Per idem tẽpus maledictis iniquorum occupandæ Reip. in spem adducti homines, quibus omnia probro, & luxuria polluta erãt. & in Bell. Iugurth. At qui sunt hi, qui Remp. occupauere? homines sceleratissimi.

Quomodo Remp. habuerint] Scio Tacitum, qui Sallustium frequenter imitatur, simili modo locutum esse, cùm dixit lib IV. Ceteras Reipubl. partes, quibus modis ad eam diem habitæ sunt. Placeret tamen si pro habuerint, legeremus, auxerint. nam infrà habetur: Vbi labore atque iustitia Resp. creuit. Item: Regium imperium, quod initio conseruandæ libertatis, & augendæ Reip. fuerat.

Initio habuere Troiani] Illud, habuere, à Græcis Sallustius accepit, Itemque æmulator eius Tacitus, qui suos annales ita exorditur: Vrbem Romam ab initio Reges habuere. Homerus in Catalogo dixit, οἵτ' εἶχον, &c.

Reip. consultabant] Iure suo videtur posuisse pro, frequenter consulebant, vt agitare, ductare, dictitare, & alia huiusmodi. Alibi consulebant dixit, vt in epistola

ſtola de Rep. ordinanda, vbi eſt: Apud illos vna Reſp. erat, ei conſulebant. & in oratione Cottæ: Tolerate aduerſa, & conſulite Reip.

In ſuperbiam, dominationeḿque ſe conuertit] v.c. habet: In ſuperbiam dominationem ſe conuertit; vt fortaſſe legi poſſit; In ſuperbam dominationem. Sed Cæſar in Anticatone dixit. Vnius arrogantiæ, ſuperbiǽque dominatuque.

Cœpere ſe qniſque magis extollere] v.c. habet: Per ſe quiſque, &c. ſed nihil mutandum. Vel legendum vt in epiſt. de Rep. ord vbi eſt: Neque aliter quiſquam extollere ſeſe, & diuina mortalis attingere poteſt.

Vſu militiam diſcebat] Poſſet aliquis ſuſpicari Salluſtium ſcripſiſſe, Vſum militiæ diſcebat. In Bell. Iugurth. dixit: Militiæ magna ſciẽtia. & Cæſar lib 1. Non magnum in re militari vſum habebat.

Magisque in decoris armis, & militaribus equis] Videndum an legi debeat: In decoribus armis. Priſcianus enim lib. IV. alium ex hiſtorijs locum citat huic ſimilem, in quo eſt: Equis & decoribus armis. Nonius tamen profert, vt vulgò habetur.

Sic ſe quiſque hoſtem ferire] v.c. non habet illa, ſic ſe, quæ nulla iactura poſſunt abeſſe. & poſt habet: Ea diuitias, ea bonam famam putabant. & infra: Ea populus lætari. In epiſtola tamen de Rep. ord. dixit: Eam virtutem, & magnitudinem animi æſtiment.

Pugnaudo ceperit] Eodem modo locutus eſt in Bell. Iugurth. cùm ait: Vrbes aliquot pugnando cepit. Eſt autem antiqua ſcribendi forma, qua vſus eſt Plautus Mil. Glor. cùm dixit: Vi, pugnandoque hominem capere certa res eſt. Et Hirtius de Bell. Afr. Caſtello in monte loco munito locato vi & pugnando potitus eſt. Sic enim ſcribendum notauimus ad illum locum, non vt in vulgatis editionibus habetur, vi expugnando cepit. & in Columna Duilij eſt: PVCNANDOD CEPET.

Ea res cunctas ex lubidine magis,quàm ex vero celebrat] Simili sententia vsus est in epist.de Rep. ord. cùm ait: Quia pleraſq. res Fortuna ex libidine sua agitat. Quod autem hîc dixit, ex vero,id in bell.Iugurth. dicit,ex merito.Et omnes,inquit,honores non ex merito,sed quasi debitos à vobis repetit.Sed Tacitus Salluſtij imitator, ex vero, vsurpauit, cùm dixit: Neque Philippum potentia, sed ex vero statuisse.

Sicuti ego existimo] v. c.æstimo. sic apud Cæsarem sæpius verbum æstimo, in, existimo, mutatum ostendimus.

Cuncta maria terræque patebant ] Videndum an legi debeat,parebant,pro patebant,ex loco superiore, vbi est, virtuti omnia parent . Videndus item locus Thucydidis,quem ibi adduximus.

In pace verò beneficijs magis] v. c. In pace verò, quòd beneficijs magis. Et fortasse dictiones, in pace, vt suprà,illæ,in bello,additæ sunt.

Propius virtuti erat] v.c. Proprius virtuti est.Sic Cicero lib.1.de offic.Prius de ijs rebus,quæ virtuti propiores sunt,dixerimus.

Quem in Asia ductauerat]v.c.in Asiam. Infrà est: Sed is Piso in prouinciam iter faciens . & sic Liuius lib xxxix.

Quippe secundæ res sapientum animos fatigant] Eadem sententia vsus est Cato pro Rhodiensibus libro vii.cap.iii. cùm ait: secundæ res lætitia transuersum tradere solent à rectè consulendo, atque intelligendo.

Sua parui pendere ] Lucilius libro xxviii. apud Nonium : Nihil parui ac pensi , &c. Nihil pensi vsurpat sæpius Salluſtius , & eius imitator Tacitus. Pensum verò,vt Nonius docet,significat exequatum, quòd sine inclinatione sunt,quæ penduntur.

Quæ clarissimi viri victores reliquerunt ] Videtur deesse vox , victis , vt sit victores victis reliquerunt.

querunt. vel vox, victores, in victis mutanda. Cicero lib. IV. in Verrem: Nimium hæc forsitan illi mirantur atque efferunt. Esto. Veruntamen honestius erit Reip. nostræ, Iudices, ea quæ illis pulchra esse videntur, Imperatorem nostrũ in bello reliquisse, quàm Prætorem in pace abstuliſſe, &c. Quibus verbis Sallustianam sententiam planè expressit.

Non minor incesserat, viri pati muliebria] v.c. Non minus incesserat. viros pati muliebria, &c. Sic in oratione Lepidi: Homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis. & Tacitus lib. XIII. Non minus insignis eo anno impudicitia. Potest tamen vulgata lectio defendi. Nam idem Tacitus lib. III. dixit: Hinc Gracchi & Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus.

Vacuam domum scelestis nuptijs feciſſe] Hunc locum imitatus videtur Cicero in Catil. I. cùm ait: Quid verò nuper cum morte superioris vxoris nouis nuptijs domum vacuam feciſſes, &c.

In præsens] Cicero, in præsentia, solet dicere. Tacitus Sallustium imitatus, in præsens, dixit libro XV. Omissa in præsens Achaia. Item: In præsens haud animaduersum.

Gratuito potius malus erat] Eadem sententia vsus est in epistola de Repub. ord. cùm dixit: Malitia præmijs exercetur; vbi ea dempseris, nemo omnium gratuito malus est.

Ipsi consulatum petendi magna spes] Atqui iam petebat, vt apparet ex loco inferiore, in quo est: Hæc ipsa, vt spero, vobiscum Consul agam. Vnde aliqui legunt, petenti. Sed fortasse non malè legeretur: ipsi consulatus magna spes.

Hortari alios, alios tentare; opes suas, &c. v.c. habet: Primò singulos hortari, ac tentare opes suas, &c. Vt fortasse legi possit: Primò singulos hortari, ac ostentare opes suas, &c. Opes scilicet, vt in epistola

Mithra-

Mithradatis: Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum. & infrà: Postulauere plerique coniuratorum vt proponeret, quid vbique opis, aut spei haberet. Sed nihil mutandum. nam Cicero in Catilin. III. habet verbum tentare, cùm ait: Omnia norat, omnes aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat.

M. Porcius Læca ] Puto designari eum, qui in argenteis denarijs eodē quo hic titulo M. PORC. LAECA, describitur. Qui verò paulo pòst nominatur P. Sulla, in veteri denario est. P. SVLA, antiqua scribendi consuetudine, vnico L.

Participes nobiles] Videndum an vox, nobiles, adiecta sit ab aliquo, qui loci expositionem in margine posuerit.

L. Torquatum ] Opinor designari L. Torquatum, qui, vt scribit Cicero in Pisonem, Prouinciam Macedoniam ex S.C. obtinuit, & ex ea Imp. appellatus est. In denarijs autem Manliæ familiæ describitur L. TORQVAT. EX. S. C. Ad Sallustij autem locum faciunt, quæ refert Pædianus in Corneliana. P. Sulla, inquit, & P. Autronius Cos. designati cùm essent, eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Cos. creati sunt.

Postea Piso in citeriorem Hispaniā Quæstor Propræture missus est] Ad hunc CN. Pisonem pertinet vetus inscriptio ex marmore:

CN. CALPVRNIVS
CN. F. PISO
QVAESTOR. PRO. PR. EX. S. C.
PROVINCIAM HISPANIAM
CITERIOREM OPTINVIT.

Nos eam rem in medio relinquimus] Q. Claudius Annal. lib. I. apud Agellium libro XVII. cap. II. dixit: Nos in medium relinquemus. Videndus ibi Agellius. Neque verò Tacitus hunc locum omisit, qui lib. de moribus

moribus Germanorum ait: Quod ego vti incompertum in medium relinquam.

Ceterum mihi indies magis animus accéditur] v.c. habet: Indies magis ac magis animus accenditur.

In paucorum ius atque ditionem conceſſit] Eodem modo locutus eſt Liuius lib. xxxvi. Ita Athamania omnis in ius ditionemque Philippi conceſſit. & ipſe Salluſtius in orat. Macri. Itaque omnes conceſſere iam in paucorum ditionem. Ibi tamen, dominationem vulgò legitur.

Nobiles atque ignobiles vulgus ſumus] Videtur legendum, nobiles æquè atq. ignobiles. Fieri enim poteſt, vt librarius ſimilitudine literarum deceptus, omiſerit illud, æquè.

Non ne emori per virtutem præſtat] Placeret magis, ſi, mori, pro, emori, legeretur. Sic in orat. Lepidi: Eſt ne viris reliqui aliud, quàm ſoluere iniuriam, aut mori per virtutem? Tacitus lib. xix. Salluſtij locum imitatus, ait: Moriendum victis, moriendum deditis. Id ſolum referre; nouiſſimum ſpiritú per ludibrium, & contumelias effundant, an per virtutem, &c. Videndum tamen, an apud Salluſtium pro eo, quod in vulgatis eſt, per dedecus amittere, legendum ſit, per dedecus agitare. Nam vitam agitare ſolet alibi dicere.

Tametſi illis quieta mouere] v. c. Quietam R. P. mouere.

Cùm ad iuſiurandum populares ſui ſceleris adigeret] Præpoſitio, ad, abundare videtur. Nam adigere, ſeu, adicere iuſiurandum, dici ſolere ex Liuio, Cæſare, & alijs oſtendimus in notis ad Cæſarem.

In pateris circumtuliſſe] v. c. non habet præpoſitionem, in, quæ ſanè videtur rectè abeſſe.

Facinoribus coopertus] Ita planè locutus eſt in Bello Iugurth. cùm dixit: Inopem & coopertum miſerijs efficit. Quin & ipſe Salluſtij æmulator Tacitus lib. iii. ſic ait: Ne quis vita probroſus & opertus infamia pro-

uinciam

uinciam sortiretur. Cato apud Agellium libro XIII. cap. XXIII. diuersis quidem verbis, eandem tamen sententiam protulit. Tuum, inquit, nefarium facinus peiore facinore operire postules. Horatius item Satyra 1. lib. II. simili quadã translatione vsus est, cùm ait:

*Formosisq; Lupo cooperto versibus.* At Varro lib. I. cap. II. Italiam viribus coopertam dixit.

Prorsus multæ facetiæ] v. c. habet, multa facetia, &c. quod positum est, quomodo apud Plautum, delicia. Et paulo pòst in veteri eodem codice habetur: Ad cauendum dolos astutiæ deerant. Item: Neque insidiæ quas Consuli in campo fecerat, prosperè cessere. Nisi fortè pro prosperè cessere, scribẽdum sit, processere. nam infrà dixit: Quòd neq. insidiæ Consuli procedebant.

C. Iulium in Apuliam] v. c. habet, C. Iunium, & fortasse is est, qui argenteo denario C. IVNI. C. F. describitur.

Vbi intelligit quantum periculum Consuli impendeat] v. c. habet: Vbi intellexit quantum periculum Consuli impendebat. & paulo pòst vbi in vulgatis editionibus est, dolore iniuriæ, in v. c. abest vox, iniuriæ.

Sed Prætores Q. Pompeius Rufus Capuã, Q. Metellus Celer in agrum Picenum] Opinor designari Q. Pompeium Rufum, filium Q. Pompei Rufi eius, qui Cos. cum L. Sulla fuit. A. V. C. DCLXV. quique Præturam vrbanam gesserat. A. V. C. DCLII. & ab eo signatos esse denarios in quibus honos hic Præturæ & Consulatus patris expressus est Cellę Curulis insignibus cum inscriptione. Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. COS.

Quibus pro Reipubl. magnitudine] Videtur scribendum, pro rei magnitudine. & fortasse totus hic locus ita legendus: Ad hoc mulieres, quibus ille timor insolitus cesserat, pro rei magnitudine afflictare sese.

Dissi-

Dissimulandi causa, & quasi sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit] v. c. habet: Aut sui expurgandi. In alio est: Tum sui expurgandi. Vt fortasse legendum sit: An sui expurgandi. Nam Tacitus, quem constat Sallustij locutiones multis locis imitatum esse, ità planè locutus est lib. xv. cùm dixit: Nihil metuens, an dissimulando metu, & libro VII. legiones metu, an contumacia locum deseruisse. & libro II. Metu invidiæ, an ratus conscientiam satis esse. Item: Finem vitæ sponte, an fato impleuit.

Vt omnia bona in spe haberet] Videtur illud, bona, adiectum esse. Nam Cicero cùm alibi, tum libro XII. epist. sine eo verbo locutus est, cùm ait: Omnia esse in Bruto tuo. & lib. VI. Omnia habebo à te.

Perdita Repub. opus esse] v. c. habet: Perditam Rempubl. opus esse, quod potest retineri. Sic enim Q. Claudius in Annali b. locutus est apud Agellium libro XVII. cap. II. cùm inquit: Nihil sibi diuitias opus esse.

Multa secum ipse volutans] Illud, ipse, non est in v. c. & paulo pòst videtur legendum, antecapere, inducta voce multa, sic: Antecapere quæ bello vsui forent.

Aliaque belli facinora parent] Ita v. c. & sic infrà: In vrbe parata esse, quæ iusserit. Item: Cùm conuicti, confessique sint, cædem, incendia, aliaq. fœda, atq. nefaria facinora in ciues, patriamq; patrauisse. Nisi fortè ibi, patrauisse; & hîc patrent, legendum sit. Sic enim infrà locutus est, cùm dixit: Si Romę socij incepta patrauissent. & suprà: Pessimum facinus patratum foret. Erant autem iam parata, quæ nunc patranda Catilina iubet.

Sæpe maiores vestrum miseriti plebis] vv. cc. habent, maiores nostri. Quod videtur rectius. Maiores enim vestri, magistratus ad populũ verba faciẽs, vsurpabat, aut maiores vestrum. In Senatu verò, maiores nostri,

noſtri, vt in oratione Cæſaris. Hîc autem cùm ad Imperatorem verba fiant, ratio poſcere videtur, vt noſtri, ſcribatur.

Re cognita, grata mihi] v.c. habet: Re cognita mihi magnis meis in periculis, &c. Vt fortaſſe primùm ſcripſerit Salluſtius: Egregia tua fides, gnara mihi magnis meis in periculis, &c. deinde alius quidam, qui vellet vocem, gnara, quòd eſſet obſcurior, exponere, addiderit verbum, cognita, quod in ſeriem, vt fit, à librarijs receptum ſit. Tacitus libro xv. qui Salluſtium paſſim imitatur, ſic locutus eſt, cùm dixit: Idque nulli magis gnarum quàm Neroni, & alibi: At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt.

Non quin æs alienum ] Totus hic locus ita in v. c. habetur: Non quia æs alienum ſumptum meis nominibus, ex poſſeſſionibus ſoluere non poſſem.

Honore honeſtatos] Quid ſi pro honeſtatos, legamus, honoros? nam vv.cc, variant in huius verbi ſcriptura, cùm partim habeant, honeſtos, partim, vt hîc, honeſtatos. & Tacitus Salluſtij imitator voce honorus, vſus ſit. Vnde Plinius vſurpauit in honorus, cùm ait: Inhonorus eſt, neque in templo vllo Hercules.

Neque ſolùm illis aliena mens erat] v.c. Alia mens erat. & ſic infrà, cùm ait: Longè mihi alia mens eſt P.C. Item: Haud ſanè alio animo belli euentum expectabant.

Nam poſtquam Cn. Pompeio, & M. Craſſo Coſ. Tribunicia poteſtas reſtituta eſt] Pædianus in Diuinatione. Primus Sicinius Trib.pl. nec multo pòſt Quinctius, & poſtremò Palikanus perfecerunt, vt Tribuniciam poteſtatem populo darent Conſules Cn. Pompeius Magnus, & M. Licinius Craſſus, &c. Ad quam rem indicandam in denarijs Palikani Roſtra Libertati ſacra impreſſa ſunt.

Dubijs rebus nouandis] Videndum an debeat induci vox, dubijs, quæ poteſt eſſe ab aliquo adiecta.

Vicit

Vicit Fortuna Reip.] Ita v.c. Sed dubium non est, quin Fortuna P.R. scribendum sit. Nam apud Tacitum sic est lib.xi x. Affuit, vt sæpe aliàs, Fortuna P. R. & in veteribns ex argento denarijs est FORT. P. R. Itemque in numismate Neruæ Imp. itidem ex argento, FORTVNA. P. R.

In agro Piceno, Bruttio] v. c. habet Brettio; Quæ vera scriptura est. nam Græca numismata habent, ΒΡΕΤΤΙΩΝ.

Bellique grauissimi inuidiam] vv.cc. habent: Grauissimam inuidiam. & sic infra: Magnam illi inuidiam conflauerant.

Dies prolatando] v. c. Protelando, quod mendum est. nam prolatando habet Tacitus lib. v. cùm ait: Sed vbi diem ex die prolatabant, & paulo pòst v. c. habet: Quod signatum ad ciues suos, perferunt. nisi fortè illud, suos, additum sit.

C. Pomptino] Ita Cicero, & Dio, qui Πομπτῖνον edit. Sed rectiùs habet v.c. Pomptinio. nam ita dicunt extare in veteribus numismatibus. Et in epitome Liuiana CIII. manuscripta, C. Pomptinius est, pro eo quod mendosè in vulgatis libris habetur, C. Politius.

Quibus rebus confectis omnia properè per nuntios Consuli declarantur] v.c. habet: Quibus rebus ita confectis, eam properè, &c. vt fortasse scriptum fuerit: ea properè.

Ceparium Tarracinensem] v.c. habet: Ceparium quendam Tarracinensem, &c. vt suprà, P. Volturcium quendam Crotonienſem. sed scribendum, Terracenensem, ex antiquo marmore.

Fingere alia omnia] Alia omnia, ex antiqua formula Sallustius posuit pro, contraria, & diuersa. Nam vt Festus ait, cùm Consules sententiam Senatores rogarent, ominis gratia, ne dicerent, qui non censetis, præibant his verbis: Qui alia omnia, in hanc partem, cùm prius dixissent, qui hoc censetis, illuc transite.

At Lentulum dissimulantem coarguunt] Rectius in v.c. Ac Lentulum, &c. & paulo pòst: Abdicatus magistratu,&c. cùm in vulgatis libris sit: Abdicato magistratu. Quod non ita resipit veterem formulam Romanam.

Q Cornificio] Hic vt opinor in veteri denario dicitur, Q. CORNVFICIVS AVG. IMP. Imperator, scilicet ex Africa prouincia, in consulatu Ciceronis Competitor,& in auguratu collega, vt in epistolis Ciceronis ad eum scriptis intelligimus.

L.Tarquinius] Vetustissimus liber habet, Tarquitius, & ita Tacitus manuscriptus libro XII. in quo est: Statilium Taurum opibus illustrem, hortis eius inhians peruertit recusante Tarquitio Prisco.In vulgatis autem editionibus mendosè habetur,Tarquinio.Tarquitius item, vt alibi admonuimus, non, Tarquinius est in fragmento Sallustianæ historiæ manuscripto, quod iam pridem à nobis, vt legi debet, emendatum, ex libro de familijs Romanis peti potest.Nec item aliter in argenteis denarijs, quàm C. TARQVITIVS nominatur.

Tametsi verum existimabat]In v.c.est, vera,nō,verum.& paulo pòst: Tantam iracùndiam, &c. sine voce,illam; quæ tamen retinenda videtur ex loco superiore,in quo est:Tanta mala ista effugiatis.

Paullò sæuior]v.c.habet, sæua. & paulo pòst videtur legendum. Sin leuiùs est, &c.inducta voce, quia, quæ fortasse adiecta est.

An quia lex Porcia vetat?]Porciam legem designat, quæ vt ait Liuius lib.x. pro tergo ciuium Romanorum lata est.De qua ita Cicero pro C. Rabirio. Porcia lex, inquit, libertatem ciuium lictori eripuit. In denarijs autem argenteis Porciæ familiæ,quos P.Porcius Læca signauit,huius legis symbola expressa sunt hæc. Vir togatus,siue vt in alijs,magistratus in sella sedens curuli,qui medius inter lictorem, & eum qui prouocat, ciuis

ciuis Romani libertatem lictori, vt inquit Cicero, eripit, cum hac inscriptione, PROVOCO.

Sed vbi imperium ad ignaros] v.c. habet, ignauos. Et paulo pòst videtur legendum: Fabulas, vestes, pro eo quòd vulgò legitur, tabulas vestras. nam paullò suprà dixit: Nam vti quisque aut domum, aut villam, postremò vas, aut vestimentum alicuius cõcupiuerat.

Nullius vnquã delicti gratiam fecissem] Eodẽ modo locutus est in Bell. Iugurth. cùm ait: Ceterùm Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. & lib. IV. historiar. Post reditum, inquit, eorum, quibus Senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.

Non votis, neque supplicijs muliebribus auxilia deorum parantur] Supplicia hîc pro hostijs & sacrificijs, siue supplicationibus Sallustius posuit, vt Tacitus lib. III. cùm dixit: Sed tunc supplicia dijs, ludiq; magni à Senatu decernuntur. & suprà ipse Sallustius: In supplicijs deorum magnifici. Eadem sententia vsus est in oratione Lepidi, cùm ait: Non prolatandum, neque votis paranda auxilia. Videndus Festus in, supplicia.

Tanta negotia sustinuisset] Eodem modo dixit in Bell. Iugurth. Quantum negotij sustineam. & Horatius illo versu:

*Cùm tot sustineas, & tanta negotia solus.*

Hîc tamen videtur Sallustius sustinere, vsurpasse pro, gerere, & patrare, vt in Bell. Iugurth. Ac non perinde habeantur, vt eorum qui ea sustineant, virtus est.

Vt quemque casus armauerat] Nonius in Sparos, legit, Vt quosque casus, &c. Et paulo pòst legendum omnino, in Galliam versus. nam sic est in vv. cc. & Grammatici ita citant. Varro etiam ita locutus est libro IV. de ling. Lat. cùm dixit: Conum, quod cogitur in cacumen versus.

Vnus ab vrbe, alter à Gallia obstat] Huic sententiæ similis est illa Varronis lib. I. cap. VII. de re rust. Quòd quæ sunt suo quæque loco posita, ea minus loci occu-

pāt, & minus officit alius alij ab Sole, & Luna, & véto.

Illis ſuperuacaneum eſt pro potentia paucorum pugnare] Expreſſit Græcam vocem, qua vſus eſt Demoſthenes eadem ſignificatione, cùm dixit: οὗτος δὲ ἐκ πλουσίας κατηγορεῖμου.

Nemo niſi victor pace bellum mutauit] Tacitus hanc loquendi formulam hinc accepit, cùm dixit libro III. Miſeram pacem vel bello mutari. & ipſe Salluſtius in fragmentis: Togam paludamento mutauit: Horatius:

*Exilio domos & dulcia limina mutant.*

Paullo pòſt v. c. habet, ab hoſte, non, hoſtibus.

Reliqua ſigna in ſubſidijs locat] Quid ſi legamus? Reliquas in ſubſidijs artius collocat. vt ad cohortes, præcedentem vocem, referamus. nam infrà dixit: Ille cohortes veteranas, quas tumulti cauſa conſcripſerat, in fronte; poſt eas ceterum exercitum in ſubſidijs locat. v. c. habet: Reliquarum ſigna in ſubſidio artius collocat. Quæ ſcriptura noſtram coniecturam aliquo modo confirmat. Paulo pòſt v. c. habet, inermos, quomodo Tacitus, ſemermos.

Ab his centuriones omnes, & euocatos] v. c. Ab his centuriones omnes lectos, præterea, &c. ſed verbum lectos, glóſſema eſt vocis, euocatos, quæ in v. c. deſideratur. Nam Seruius in lib. II. Aen. ſic citat hunc locum: Ipſe ab his omnes euocatos & centuriones, præterea, &c.

In fronte; poſt eas ceterum exercitum in ſubſidijs locat] Nonius citat hunc locum in Tumulti, & ita legit: In frontem poſitas, ceterum exercitum in ſubſidio locat. Quod videtur veriſſimum; nam Tacitus libro III. hunc locum imitatus, ait; In frontem ſtatuerat ferratos, & in cornibus cohortes, à tergo ſemermos. & in vita Agricolæ: Veritus, inquit, ne ſimul in frontem, ſimul in latera ſuorum pugnetur.

Equo-

Equo circumiens vnumquemque nominans] v. c. Equo circumiens, quemque nominans. Et paulo pòst: Inter hostilia cadauera, &c. quomodo legisse videtur Seruius. & infrà: Voluentes hostilia cadauera. Item: Paullulum etiam spirans, &c. sine voce, adhuc, quam non habet v. c.

# NOTÆ AD LIBRVM DE BELLO IVGVRTHÆ.

AGIT, atque habet cuncta, neque ipse habetur] Verbum habet, & habetur, eodem, quo Græci sensu, Sallustius vsurpauit, apud quos notum est illud Demosthenis, ἔχω τὴν λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι.

Cædem, fugam, aliaque hostilia] In v. c. additur vox, incendia, &c. & legitur: Cędem, fugam, incendia, aliaque horribilia. & sic suprà in Bell. Catil. dixit: cædem, incendia, aliaque belli facinora.

Quàm virtus eorum famam, atque gloriam adæquauerit] Videtur abundare vox, virtus, adiecta ab expositore. nam in v. c. est, adæquauerint. Quòd verò sequitur, ad inceptum redeo, Tacitus lib. IV. sic imitatur, cùm ait: Sed ad incepta redeo.

Hominem tam acceptum popularibus] Sic dixit infrà: Hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis. Quem locum imitatus Tacitus lib. XII. ait: Clarus, acceptusque popularibus. Quod verò post ait, statuit eum obiectare periclis, id quoque sic æmulatur Tacitus lib. II. Vt ea specie dolo simul & casibus obiectaret; & Virgilius dixit. caput obiectare periclis.

Et Iugurtham beneficijs vincere aggressus est] Quid si legamus? beneficijs vincire aggressus est. Nam Ci-

cero pluribus locis ita locutus est. Ad Atticum lib. VI, epist. x. Mea, inquit, causa alia est, quòd beneficio vinctus, ingratus esse non possum. & lib. XIII. ad Memmium: Tum viros primos, & homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi, tuisque deuinxeris. Sed nihil omnino mutandum; nam Sallustius ipse inde à eodem modo locutus est, cùm dixit: Nunquam populum Romanum beneficijs victum esse. & Apuleius Apologia II. Malum filium beneficio vinceret, me inuidia liberaret.

Quàm liberis si genuissem ] Vox, liberis, videtur abundare, legendumque: quàm si genuissem. Itemque paulo pòst tollendæ voces, ex tribus, scribendumque: Ne medius (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret. Ad hunc autem locum facit versus Virgilij de Didone.

——— *mediámque locauit,*

cùm suprà accumberet Æneas, infrà Achates.

Ne medius ex tribus ] Hinc de Didone dixit Virgilius versu suprà citato: mediamque locauit, quod is locus, vt ait Sallustius, apud Numidas honori duceretur. & fortasse voces, ex tribus, abundant, vt diximus suprà. Quod autem paulo pòst ait: Interalias res iacit, id videtur imitatus Tacitus cùm dixit libro I. Quædam de habitu, cultuq;, & institutis eius iecerat.

Promissis onerat ] v. c. præmijs onerat; quod aliquo modo nititur loco inferiore, in quo est: Premia modò, modò formidinem ostentare. Sed nihil mutandum; nam Tacitus Sallustij æmulator dixit lib. XVII. Postquam vario sermone callidos, audacesque cognouit, pretio, & promissis onerat. & lib. XX. Multis in Senatu laudibus cumulatum promissis onerat.

Ceterùm ius & imperium penes vos esse ] Tale illud Liuij lib. XLV. de Masgaba Massanissæ filio. Massanissa, inquit, meminisse regnum à P. R. partum, auctumque & multiplicatum habere, vsu regni contentum,

tum, scire dominium, & ius eorum, qui dederint, esse.

Ac maximè deberi mihi beneficia à P.R.] Videndum an vox, beneficia, abundet. & paulo pòst legendum: Quorum progenies vos, P.C. nolite pati, &c. Sic Varro de re rust lib. III. cap. XLV. Ibi contra progenies eorum. & Cicero de vniuersitate: Veteres, qui se progeniem deorum dicebant.

In imperio vestro] Eodem modò locutus est Cæsar lib. I. de Bell. Gall cùm dixit: Quod in tanto imperio P.R turpissimum sibi, & Reipub. esse arbitrabatur. & lib. III. Qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterat.

Eos multum laborem suscipere] v.c. Eos multum laboris suscipere.

Quò accedam, aut quos appellem?] Donatus legit (quâ accidam) in Commentario Hecyræ Terentianæ, & ita habent recentiores editiones. Videtur tamen antiqua lectio, accedam, verior esse; nam ita Sallustius ipse paulo suprà locutus est, cùm dixit: Quò potissimum infelix accedam? & infrà: Pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. Item: Bocchus cum magna multitudine Iugurtham accedit. & pluribus alijs locis.

Vna occidendum nobis esse] Simili sententia vsus videtur Liuius lib. XLV. & fortè à Sallustio eam mutuatus est, cùm dixit: Massanissam victoria Romanorum lætari mirum non esse, qui sortem omnem fortunæ regnique sui cum rebus Romanis immiscuisset.

Virtute ac Dijs volentibus] Eodem modo locutus est in oratione Cottæ, cùm dixit: Multa mihi pericula domi, militiæque, quo cum alia toleraui, partim repuli Deorum auxilijs, & virtute mea. Cæsar quoque ita locutus est, vt in nostris ad eum notis ostendimus.

Sociorum iniurias curare licet] v.c. habet, tutare, pro, curare. & ita Plautus Mercatore, cùm ait: Inuoco Lares Diales, vt me tutetis. & Næuius apud Nonium:

Tuos qui celsos terminos tutant. Sed curare, potest etiam retineri. Sic enim suprà: Quibus pro magnitudine imperij ius & iniurias omnes curæ esse decet.

Nequos priuata amicitia Iugurthæ, parum cognita, transuersos agat] Ita locutus est suprà, cùm dixit: Quę etiam mediocres viros spe prædæ transuersos agit. & Cato transuersos trudere dixit.

Æmilius Scaurus homo nobilis] Hic, vt puto, pater est eius Scauri, cuius Ædilitas celebratur à scriptoribus, & in eius denario describitur, cũ titulo: M. SCAVR. AED. CVR. In quo item denario, eiusdem sub Pompeio Magno Pro Quæstura, & in Syria Præfectura, & gesta contra Aretam regem Arabum expressa sunt.

Ab ortu Solis decliuem latitudinem] Videtur legendum, altitudinem, non latitudinem. Nam Pomponius Mela lib. 1. ait: Catabathmos vallis deuexa in Aegyptum, finit Africam.

Bonus pecori, arbori infecundus] Tacitus hunc locum sic imitatur lib. de morib. Germ. Frugiferarum arborum impatiens, pecori fecunda. Seruius in 1. Aen. citans hunc Sallustij locum, sic habet: Frugum, pabuli lætus ager, Quod autem sequitur: Cęlo terraque penuria aquarum, id sic æmulatur Q. Curtius libro IV. Terra cæloque aquarum penuria est.

Ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diuersum est] Verbum, est, nõ habet v. c. & fortasse illud, plerosque, in, plerunque, mutandum est. Paulo pòst videntur abundare voces, vti pecoribus. nam Pomponius Mela, qui hunc locum imitatus est, habet: Humi quies, epulæque.

Oblonga, curuis lateribus tecta, quasi nauium carinæ sunt] Videtur hic locus ita interpungendus: Oblonga curuis lateribus, tecta quasi nauium carinæ sunt. Cato mapalia rotunda, veluti cohortes esse dicit.

Medis autem & Armenijs accessere Libyes] v. c. habet: Medi autem & Armenij arcessere Lybies. quod placet.

placet. nam suprà dixit: Hi paulatim per connubia Gætulos secum miscuere, &c. Vt igitur Persæ, Gætulos, sic Medi & Armenij Lybies secum miscuere.

Ac postea nomo Numidæ] Videtur vox, nomo, adiecta ab aliquo, qui Numidas à nomo dictos indicare vellet. ea postea mendosè in, nomine, vel vt alij codices habent in, nemo, mutata est.

Nam de Carthagine silere melius puto, quàm parum dicere] Huc respexit Appuleius in Cosmographia, cùm dixit: De rectore quippe omnium, non vt ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere.

Igitur ad Catabathmum] Non est dubium, quin legi debeat à Catabathmo. nam post Catabathmum Aegypto venientibus prima occurrit Cyrene. secundo autem mari dixit, maritimam oram tenentibus.

Sed vbi plerunque noctis processit] Infrà dixit: Plerunque noctis barbari more suo lætari. Item: Multum dies processerat.

Vno die inter duos reges cœptum atque patratum bellum foret] v. c. Vno eodemque die, &c. Quam scripturam videtur agnoscere aliquo modo Tacitus, qui multa huiusmodi solet à Sallustio mutuari, cùm dixit lib. XII. Ac ni prœlium nox diremisset, cœpta patrataque expugnatio eundem intra diem foret. De hac verò loquendi formula videndus Quintilianus lib. VIII. cap III. in quo est: Ductare exercitum, & patrare bellum Sallustius dicit, quæ nunc ridentur.

Vtrum grauius existimet] v. c. æstimet; quomodo legendum putamus. nam Cæsar lib. VII. ita planè locutus est, cùm ait: Hæc si grauia, aut acerba videantur, multò illa grauius æstimari debere. & lib. III. de Bell. ciuil. Leuiusque tempestatis, quàm classis periculum æstimauerunt.

Vt Iugurthæ scelerum ostentui essem] Hoc tantundem valet, ac si dixisset, vt Iugurthæ scelera ostentarem, siue in me Iugurthæ scelera ostenderentur. Id

quoque imitatus est Tacitus lib. xii. cùm ait: Auribus decisis viuere iubet, ostentui clementiæ suæ. & lib. xv. Et ore ac membris in eum pallorem albentibus, vt ostentui esset multum spiritus egestum.

Sese casum victoriæ inuenturum] Casum posuit pro, occasionem, vt infrà, cùm dixit: Fortunam illis præclari facinoris casum dare. & Tacitus libro xi. Casus Mithradati datus est occupandi Armeniam vi militis.

Adherbalis potiretur] v. c. Adherbale, & ita legit Seruius; licet pro conueniret, habeat, videret: Nonius tamen, conueniret, vt vulgatæ editiones.

Quod ab oppugnatione non desisteret] Magis placeret si, ab, præpositio tollatur, quomodo lib. i. histor. locutus est, cùm dixit: Vt actione desisteret. & Terentius Phormione: His desistat litibus.

Lege Sempronia prouinciæ futuris Coss. Numidia atq. Italia decretæ] Cicero de Prouincijs consulatibus. Decernendæ, inquit, nobis sunt lege Sempronia duæ prouinciæ, &c. Tulit autem legē C. Sempronius Gracchus, vt futuris Coss. singulis annis Senat⁹ duas prouincias decerneret, quas creati Coss. sortirentur, vel inter se comparārent. Videndus Festus in, Parare.

Omnia venum ire in animo hæserat] Ita Liuius lib. iii. Legem fecerunt, vt liberi liberæq. venum irent. Sed Tacitus veno vsurpauit, cùm dixit lib. xiv. Et posita veno irritamenta luxus. & lib. xiii. Nisi in his quæ veno exercerent. v. c. habet, omnia venire.

L. Bestia Calpurnius] v. c. non habet nomē Calpurnius, quod videri potest adiectum ab aliquo, vel certè scribendum L. Calpurnius Bestia.

Porrò ex Sicilia in Africam transuectæ sunt] Sallustius addit hîc præpositionem, quā in verbis quæ præcedunt, omisit, cùm dixit: Per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam. Sic Tacitus lib. i. Et comite vno Fabio Maximo Planasiam vectum, & lib. vii. Samū traiecerunt

iecerunt Quod verò sequitur pugnando cepit, id pertinet ad antiquam formulam, de qua alibi diximus.

De omnibus pactionibus præsens agere] Vidēdum an vox, pactionibs, abundet: Itémque illud, non, quod paulo pòst non habetur in v.c. in quo est: Atque equi multi cum paruo argenti pondere,

Multa me dehortantur à vobis Quirites] v. c. non habet voces illas, à vobis, quæ videri possunt adiectę. Nam in oratione Catonis contra Seruium Galbam libro VII. orig. non leguntur, ex qua oratione videtur Sallustius hęc verba sumpsisse. Multa, inquit Cato, me dehortata sunt Quirites huc prodire, anni, ætas, vox, vires, senectus. Verùm enimuero cùm rem tātam publicam agier arbitrarer, &c. de C. Memmio videndus Cicero in Bruto, & fortasse is est, ad quem pertinent denarij cum inscriptione, C. MEMMIVS. C. F.

Quibus vos decet esse terrori] Ita v. c. cùm in alijs desit, vos. suprà in Bell. Catil. dixit: His obnoxij, quibus si Resp. valeret, formidini essemus.

Necesse est suometipsi more præcipites eāt] Videndum an verba, necesse est, abundent.

Sed incedunt per ora vestra magnificè] v.c. magnifici. Liuius lib. XXI. Vestros libetos traductos per ora hominum. licet lib. XXXVIII. dixerit, Præter omnium oculos. & Tacitus lib. XX Præter suorum ora.

Bis per secessionem armati Auentinū montem occupauere] Vtramq. secessionē ponit Liuius. Sed primam quidem lib. II. ex opinione Pisonis, qui Sicinio quodā auctore iniussu Consulum scripserit plebem secessisse in Auentinum. Alteram verò libro III. in quo refert plebem rursus in Auentinum secessisse. Idem tamen Liuius magis probat opinionem eorum, qui non in Auentinum, vt Piso, sed in sacrum montem secessisse primam plebem dicunt, trans Anienem amnem tria ab vrbe millia passuum. Deinde iterum in Auentinum mōtem: Ad quam opinionem respexisse videtur

Sallu-

Salluſtius lib.1.hiſtor.cùm dixit: Tunc plebs armata montem ſacrum, & Auentinum inſedit, &c. quibus verbis vtramque ſeceſſionem indicauit.

In Rempub.damna]v.c.At in Remp.damna. Illud verò,At,à librarijs in,Ad,conuerſum ex conſuetudine mutandi t,in d, occaſionem dedit alijs ſcribendi,Ad Rempub.&c.

Dominationis eorum ſatietas tenet]Videndum an, ſatias,ſcribendum ſit.nam hanc vocem ſæpe vſurpaſſe Salluſtium Scriptores veteres notant. & ita habetur lib.11.hiſtor.Ex inopia grauis ſatias facta. Paulo pòſt, ad illud prœlia & paces,videtur reſpexiſſe Sergius in artem 11.Donati,cùm ſcripſit: Legimus apud Salluſtium paces & luces,&c.

Vos autem,hoc eſt,P.R.] Videndum an dictiones, hoc eſt,adiectæ ſint ab expoſitoribus.

Serui ære parati iniuſta imperia dominorum non perferunt]Salluſtium multa accepiſſe à Catone,veteres etiam ſcriptores notant. Hunc autem locum ſumpſit ex libro quem Agellius lib.x.cap.111.citat de Falſis pugnis,in quo ſcriptum erat: Serui iniurias nimis ægrè ferunt: quid illos bono genere natos,magna virtute præditos, opinamini animi habuiſſe, atque habituros dum viuant?

Vos Quirites in imperio nati] v. c. Vos Quirites imperio nati. & ſic locutus eſt Cicero, cùm dixit in oratione de prouincijs conſularibus: Syri natio, nata ſeruituti. & Tacitus in vita Agricolæ: Nata ſeruituti mancipia.

Hoſti acerrimo prodita Senatus auctoritas] Hunc locum ſic imitatus eſt Tacitus lib.1. An ciues vos appellem, quibus tam proiecta Senatus auctoritas, &c. Proiecta igitur dixit pro eó quod Salluſtius dicit,prodita.Sed Liuius vtrumque ſimul iunxit,cùm ait:Proiectas ac proditas ad inconſultam atque improuidam pugnam legiones.

Tanta

Tanta vis auaritiæ in animos eorum inuaſerat] Videtur, in, præpoſitio abundare; nam non habetur in Bell. Catil. in quo eandem ſententiam protulit ijſdem verbis, cùm dixit: Tanta vis morbi, atque vti tabes pleroſque ciuium animos inuaſerat. Tacitus tamen & alij, ea præpoſitione vſi ſunt

Suam fidē interponit] Sic Cicero pro Sex. Roſcio. Inque eam rem fidem ſuam interponeret. & Cæſar lib. v. de Bell. Gall. Inque eam rem ſe ſuam fidem interponere.

Sed ſe ſuasque ſpes corrupturum] v. c. habet, opes, non, ſpes. & paulo pòſt videtur legendum: Multitudo, quæ aderat, &c. ſine dictionibus, in concione, quæ videntur adiectæ.

Quæ ita fieri amat] Quintilianus lib. IX. cap. III. Ex Græco, inquit, tranſlata Salluſtij plurima: quale eſt: Vulgus amat fieri, hoc eſt, φιλεῖ. Tacitus lib. IV. Vt ferè amat poſterior adulatio. Appuleius lib. III. Florid. Quod genus in comœdia fieri amat.

Cum Q. Minucio Rufo conſulatum gerebat] Videndum an hîc ſit, qui in argenteis denarijs Q. MINV. RVF. dicitur.

Itinera, egreſſusque eius] Vocem, egreſſus, vſurpauit etiam Tacitus eodem ſenſu, cùm dixit: Et quia aditu Neronis prohibebatur, egreſſus obſidens, audiret inſontem clamantem.

Indicium profitetur] Profiteri indicium quid ſit, intelligi poteſt è ſcriptorum locis, quos adducam. Tacitus lib. v. Et ſummum, inquit, ſupplicium parabatur, ni profeſſus indicium foret. Sueronius in Domitiano, cap. XVII. Profeſſus conſpirationis indicium, & ad hoc admiſſus, legenti traditum à ſe libellum, & attonito, ſuffodit inguina. Plinius lib. III. epiſt. ad Nep. Scribonianum cùm illa profiteretur indicium.

Quem ProPrætorem in caſtris] Scribendū, Quem ProPrætore in caſtris, &c. cùm autem hic idem A. Albinus

binus paulo pòst Legatus dicatur, integra eius inscriptio erit, Legatus ProPrętore. Sic enim in antiquis numismatibus reperitur, LEG. PROPR. &c. vt in notis ad Cæsarem diximus.

Hiemantibus aquis paludem fecerat ] Sic scribendum esse, non, hiemalibus, vel ex hoc Senecæ loco epist. cxv. apparet, in qua ita scriptum est: Dixit Sallustius aquis hiemantibus: Arruntius non desinit omnibus locis hoc verbum insulcire.

Die, noctuque ] Seruius in 1. Georg. Profert alium Sallustij locum huic similem, in quo est: Die noctuque laborare, festinare. Tacitus lib. xv. Continuum die noctuq. iter properabant. Infrà tamen dixit Sallustius, Diu, noctuque. vt lib. 1. histor. citante Charisio, in quo erat: Noctu diuque stationes & vigilias tentare. Item: Diu noctuque fatigare animum.

Mortis metu multabantur ] Ita vv. cc. & ita locutus est in Bello Catil. cùm dixit: Pace bellum mutauit. & in oratione Philipp. Quorum nemo non diurna mercede vitam mutauerit. Lucillius apud Nonium: Et vno hoc non muto omnia.

Suo arque populi iniussu nullum potuisse fœdus fieri ] Ad hunc locum illustrandum pertinent illa Liuij ex lib. ix. Consules, inquit, profecti ad Pontium in colloquium, cùm de fœdere victor agitaret, negarunt iniussu populi fœdus fieri posse, nec sine Fecialibus, cæremoniaque alia sollenni. Itaque non vt vulgò credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed sponsione facta est. & paulo pòst: Sp. Postumius, qui sponsionem fecerat, in Senatu sententiam à Coss. rogatus, ita disserit. Hæc sententia testis erit, mihi ne an legionibus vestris pepercerim, cùm me seu turpi, seu necessaria sponsione obstrinxi, qua tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Rom. neque quisquam ex ea, quàm corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per

Fetia-

Fetiales nudi, vinctiq́ue exoluamus religione populum, si qua obligauimus. Et post: Neque ego inficias eo, Patres conscripti, tam sponsiones, quàm fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur, sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.

Animo ardebat,] Simili modo locutus est Cæsar libro VII. de Bell. Gall. cùm dixit: Vercingetorix animo laborabat, vt reliquas ciuitates adiungeret, & Sallustius ipse in epist. de Repub. ord. dixit: Ardet omnibus animus.

C. Mamilius Limetanus] Ita nos iampridem emendauimus ex auctoritate veterum codicum, itemq. numismatum, in quibus est, C. MAMIL. LIMETAN.

Ex copia rerum statuit] Ita locutus est infrà, cùm ait: Marius ex copia rerum consilium trahit. Alibi verò dixit: Ex inopia, quod optimum videbatur, consilium trahit.

Ex libidine sua] Videndum an vox, sua, abundet. Quod autem paulo pòst dicit, Alteri alteros vincere, &c. videtur id, vt pleraque, Sallustius à Catone accepisse, cuius hæc sunt apud Agellium: Alteri alteros occidere.

Quantum temporis æstiuorũ imperio fuit] v. c. addit præpositionem, in, nam habet: in imperio fuit.

Transuersis itineribus] Sic infrà, transuerso itinere; dixit. Item: tranuersis principijs, & transuersis prœlijs.

Ex nuntijs accepit] Nonius in codicibus manuscriptis hunc locum citans in verbo innocens, habet, ex nuntijs acceptis, &c. vt ad ea quæ sequuntur, certior factus, referatur. & sic infrà Sallustius locutus est, cùm dixit: Marius vbi ex nuntijs, quæ Ligus ageret, cognouit.

Legatos ad Consulẽ cum supplicijs mittit] Supplicia hîc

hîc posuit, pro ijs, quas Græci *ixemplas* vocant. Ad illa verò quæ sequuntur (contra faciem belli) pertinet quod ait Tacitus in vita Agricolæ: Ea enim pugnæ facies erat. & lib. xiii. Dum positis loricis in faciem pacis venirent.

Parati frumentum dare] Eodem modo dixit infrà: Proinde parati, intentique essent, signo dato Romanos inuadere. Et Tacitus Sallustij æmulator lib. xxi. Paratusque decernere. Virgilius Bucolicis:

*Et cantare pares, & respondere parati.*

Et si paterentur opportunitates loci] Videndum an legi debeat, & si pateretur, opportunitate loci, &c. vt illud pateretur, ad Iugurtham referatur.

Et commeatum iuuaturum exercitũ] Placeret magis, commeatu. & item, patratis rebus, non, paratis, vt vulgò legitur.

A quo aberat mons fermè millia passuum xx.] Videtur librarius lapsus esse in notis, vt sæpe alibi, numerorum. Nec enim fieri potuit vt Rutilius ab hoc monte præmissus à Metello ad flumen, vno eodemque die eò peruenerit, castra munierit, & à Bolmilcare prœlio superatus, rursus redierit ad Metellum, si tantum spatij interfuisset. Quare videndum an pro xxx. vt est apud Nonium, qui hunc locum citat in Vastescant, scribendum sit, iii. Pro, vastus, autem apud eundem Nonium habetur in manuscriptis codicibus, vastatus ab humano cultu, vt fortasse legi possit, vastus ab hominum cultu. Sic enim loquitur Tacitus Sallustij æmulator lib. ii. cùm ait: Milesque nullo illic hominum cultu sanè absumptus, & post: Insulam Gyarum immitem, & sine cultu hominum.

Quæ ab Imperatore decuerint omnia suis prouisa] Videndum an scribi debeat, Quæ ab Imperatore debuerint, &c. nam Tacitus qui hunc locum imitatur libro xxi. sic ait: Quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouidisse, &c.

Illum

Illum diem aut omnes labores & victorias confirmaturum, aut maximarum ærumnarum initium fore] Videtur Tacitus hanc sententiam imitatus, cùm dixit lib. XII. Enimuero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem testabatur, aut recuperandæ libertatis, aut seruitutis æternæ initium fore. Sed non est consilium singulos Salluſtij locos indicare, quos Tacitus est æmulatus. Sunt enim innumeri, atque omnibus in promptu.

Et tamen incerti quid nam esset] Non displiceret si, incertati, legeretur, hoc est, vt infrà dicit, obscurati, à verbo incerto, de quo videndus Nonius.

Transuersis principijs] Infrà habetur: Ipse cum sinistræ alæ equitibus, qui in agmine principes facti erant, &c. paulo pòst videtur legendum: Ne fortè cedentibus receptui ac post munimento foret, &c. sine voce, aduersarijs, quæ videtur adiecta ab expositorib⁹.

Itaque multum diei processerat] Videtur scribendum, Et iam multum diei processerat, vel vt est in v. c. die, pro diei. Sic enim habetur infrà in v. c. Et iam die vesper erat. Item: Iamque dies consumptus erat. Die verò ἐφχαϊκῶς dixit, vt Plautus Pseudolo: Videsiam die multum esse. & Virgilius Georgicis.

*Libra dies somníque pares vbi fecerit horas.*

Qui sua loca defendere nequiuerat] Videndum an legi debeat: Qui suis locis se defendere nequiuerant: nam sic infrà locutus est, cùm dixit: Iugurtha nisi ex insidijs, aut suo loco pugnam facere.

Exercitum plerumque in ijs locis operiri iubet] Videtur legendum, plerumque exrcitus, hoc est, maiorem exercitus partem. Sic locutus est Liuius, cùm dixit lib. XLV. Hic finis fuit inclyti per Europæ plerumque, atque Asiam omnem regni. Ipse Salluſtius suprà eodem modo dixit: Vbi plerumque noctis processit. & infrà: Plerumque noctis barbari more suo lętari. Item: Qua tempestate Carthaginenses pleræque Africæ im-

peritabant. Quod autem infrà habetur: Qui plerumque exercitũ ductare seorsum à Rege solitus erat, &c. ibi illud plerumque, pro, sæpe, positum est.

Auijs itineribus ignoratus ] Imitatur Tacitus verbum, ignoratus, pluribus locis. nam lib. xx. dixit: Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu per tenebras ignoratus euasisset. & lib. 1x1x. Ignoratus apud Cornelium Primum paternũ clientem delituit. Item: In arreptis scutis ignorati vincula & libramenta tormentorum abstulissent.

Cùm alij super vallum præcipitarentur ] Fortasse non malè legeretur: Cùm alij se per vallum præcipitarent. Sic enim locutus est Cæsar lib. 111. de Bell. ciuil. cùm dixit: Plerique ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis sese in fossas præcipitabant. & Tacitus: seque è vallo præcipitantibus. Potest tamen defendi vulgata lectio ex loco inferiori, in quo est: Præterea alios super vallum munimentis locare, vigilias ipsi circumire.

Oppidani oppugnare] Videtur legẽdũ, propugnare. Agell. lib. xv. cap. 1. cũ L. Sulla oppugnaret Piræum, & contra Archelaus Mithradatis præfectus ex eo oppido propugnaret. Et paulo pòst pro, lenius agere, fortasse melius legeretur, lentius agere.

Iam scalis egressi milites ] Ita v. c. non vt in alijs est, aggressi; & ita habetur infrà, vbi est: Propè ad summum montis egressus est. Ita etiam Tacitus libro xx. Multos in mœnia egressos pugionibus fodere.

Cùm ipse ad imperãdum Tisidium vocaretur] Faciunt ad hunc locum verba Ciceronis ex lib. 1x. epist. xxv. in qua est: Nunc ades ad imperandum, aut ad parendum potius. Sic antiqui loquebantur. Seneca lib. v1. de Beneficijs, cap. xv1. Imperatori posuisse videtur, pro eo, cui imperat?

Vbi primum ætas militiæ patiens fuit ] Amicus meus tollebat vocem, xtas, quòd sibi videretur abundare.

dare. Sed ipse Sallustius in Bell. Catil. eodem modo locutus est, cùm dixit. Iam primùm iuuentus simul ac belli patiens erat.

Annos natus circiter xx.] Ita v. c. nec est necesse mutare in xvii. vt Amicus meus putabat, quòd Plutarchus in Mario de hoc Metelli filio dixerit: ὢν δὲ ὁ παῖς Μετέλλου πάνταπασι μειράκιον, &c. & Cicero pro Plancio: Hic adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab illo sanctissimo viro dilectus est, vt & contubernij necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulauit, &c. Nam apud Romanos moris fuit, vt exercitus ductores, filios aliquando suos in contubernio haberent, & eosdē quandoq. legionarios milites facerent. Frontinus in libro stratagematū: P. inquit, Rutilius Cos. cùm secūdùm leges in contubernio suo filium habere posset, in legionem militem fecit, &c. Cùm autem dicat Sallustius militasse tunc apud patrem Metelli filium, militarisque ætas ab anno xvii. inciperet, rectè illud xx. positum videtur.

Dimidia pars exercitus sibi permitteretur] Non improbo vulgatam lectionem, licet magis placeat manuscriptus liber, qui habet: Dimidia pars exercitus si sibi permitteretur. nam particula, si, potest videri à librario omissa, propter sequentem primam syllabam, vocis, sibi.

Intestabilis, improbus] Verba sunt xii. Tabularum, vnde Sallustius sumpsit, & eum imitatus Tacitus libro xv. cùm ait: Incusat vltrò intestabilem, & conscleratum.

Ad perniciem eius dolum quærere] Nonius citans hunc locum in verbo, suspiciens, legit: Et perniciem eius dolo quærere, &c. In ijs autem quæ præcedunt, idem Nonius non agnoscit vocem, ipse, quæ tamen non est otiosa. pro, suspiciens, Tacitus, suspectans vsurpauit.

Vasa cuiusque modi, pleraque lignea] Pomponius

Mela de ijſdem vaſis dixit: Vaſa ligno fiunt, aut cortice. Quod verò paulo ſuprà dixit: Frequentarent Marium; id Tacitus lib. XVIII. imitatur, cùm ait: Digreſſis qui Pàcænium frequentabant.

Nihil iam Metello infectum credens] Quid ſi pro, infectum, legamus, inuictum. Nam Tacitus in vita Agricolæ videtur ad hunc locum reſpexiſſe, cùm dixit: Vt obſtupefacti hoſtes, qui claſſem, qui nauem, qui mare expectabãt, nihil arduum aut inuictum crediderint ſic ad bellum venientibus, &c. Infectum, autem ſi retineamus, tantundem valebit ac ſi dixiſſet, Nihil eſſe quod Metellus efficere non poſſet, qui naturam vicerat, &c.

Mare magnum eſſe, & ſæuire cœpit ventis] Videtur hîc poſitum, magnum, pro, inflatum tempeſtate. ſic lib. III. hiſt. dixit: Immenſum aucto mari, & vento gliſcente. Cæſar lib. III. de Bell. Gall. Cùm ſæuire ventus cœpiſſet. & Salluſtius ipſe mare ſæuum & importuoſum dixit: Alibi tamen mare magnum, pro, latum vſurpauit. vt ſuprà, cùm dixit: Mare magnum, & ignara lingua commercium prohibebant.

Ita facies locorum ſimul cum ventis mutatur] Hunc locum ita imitatus eſt Tacitus lib. XIII. Non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur.

Nuda gignentium] Gignentia dixit Salluſtius, & eum imitatus Appuleius, quę Vitruuius naſcentia, hoc eſt, arbores ipſas & ſtirpes, quæque alia è terra gignuntur. Sic infrà: Fortè in eo loco grandis ilex coaluerat inter ſaxa, paullum modò prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quò cuncta gignentium natura fert. Appuleius de dogmate Platonis: Gignentiumque omnium inſtar, ceræ formas, & figurationes ex illa exemplorum impreſſione ſignati. & poſt: Animam verò animantium non eſſe corpoream, nec ſanè perituram, cum corpore fuerit abſoluta, omniumque gignentium eſſe ſeniorem. atq; ideo & temperare & regere ea, quorum

rum curam fuerit, diligentiamque sortita. Vitruuius lib. v. cap. 1. Non minus, quod etiam nascẽtium oportet imitari naturam, vt in arboribus teretibus. & post: Ergo si natura nascentium ita postulat. & libro VIII. cap. 1. Si inuenientur nascentia, tenuis iuncus, salix erratica, &c. Sed rursus gignentia dixit Ambrosius Orat. de fide Resurrectionis: Deniq. multa gignentia quamuis iugi serenitate, humo arida, arenosaque nascuntur, quoniam & ipsa terra ad humorem sufficit, &c. Lactantius lib. 1. de ira Dei cap. XIII. Aiunt enim multa esse in gignentibus, & in numero animalium, quorum adhuc lateat vtilitas, sed eam processu tẽporis inueniri.

Quibus nomen Philænis erat] Videndus de Philęnis Pomponius Mela, & item Valerius Maximus.

Quos fines populo suo peterent] Videndum an legi possit: Quò fines, &c. nec tamen displicet lectio vulgata.

Profunda auaritia] Profunda, posuit, pro immensa, vt infrà: Profunda auaritia. & Cicero pro Cn. Plancio, Mare profundum & immensum. & eodem modo ipse Sallustius in epistola Mithradatis locutus est, cùm ait: Cupido profunda imperij & diuitiarum. item in epistola de Repub. ord. Profundam libidinem dixit. & Cicero in Pisonem: Quùm partem eius prædæ profundæ libidines deuorassent.

Libidinem imperitandi] Sic Pomponius Mela verbis prope Sallustianis lib. III. cap. III. Bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, atque imperitandi, prolatandique quæ possident.

In superbiam vertebant] Infrà pro, vertebant, dixit, trahebant, cùm ait: Omnia non benè consulta in virtutem trahebantur. Vnde Tacitus libro XVIII. Ornatum ipsius municipia, & coloniæ in superbiam trahebant.

Dictitare, sese consulatum ex victis illis spolia cepisse] Plutarchus in Mario pro eo quo Sallustius dixit,

ex victis illis, ait: σκύλον τε ζοῶντ' ἀπὸ τῶν ἐπιτείχων φέρεσθαι τῆς ἀλλ' ἀγενῶν ἢ πλουσίων Malachias.

Quia neque plebi militia volenti, putabatur] Ita locutus est infrà cùm dixit: Non tam diffidentia futurum, quæ imperauisset, quàm vti militibus exæquatus cum Imperatore labor volentibus esset. & Tacitus libro 1. Vt quibus bellum inuitis, aut cupientibus erat, &c. & lib. xv. Hæc atque talia plebi volenti fuere. & in vita Agricolæ: Eoque initio erecta prouincia, vt quibus bellum volentibus erat. Item Macrobius libro 11. Sat. cap. x. Si vobis volentibus est, Hanc autem loquendi formam à Græcis Sallustium accepisse docet Priscianus, prolato Demosthenis exemplo, & hoc ipso Sallustij loco. Demosthenis quidem verba sunt hæc: ἃ βουλομένοις ἦ τούτοις ἀκούειν. Cùm autem in Græco exemplo verbum, ἦ, positum sit, & item in Latinis, quæ adduximus; videndum an apud Sallustium desit verbum, erat, & legendum sit: Ac quia neque plebei militia volenti erat, putabatur Marius aut belli vsum, aut studia vulgi amissurus.

Quantum cum maxumo vestro beneficio negotij sustineam] Videndum an legi debeat. Quantum in maxumo, &c. nam infrà dixit: Sed in maximo vestro beneficio, &c.

Ad hoc alij si quid deliquere] Cicero de lege agraria 11. Simili quadam sententia vsus est, cùm dixit: Quemadmodum cùm petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur.

Mihi spes omnes in memet sitæ] Ita suprà locutus est, cùm ait: Quippe cuius spes omnis in fuga sita erat. Infra tamen dixit: Ea tempestate spes atque opes ciuitatis in illo sitæ. Item: Et spes opesque eius omnes ex patre penderent.

Hominem veteris Prosapiæ] Videndum an legi debeat, Prosapie, pro, Prosapiei, vt die, suprà posuit, pro, diei.

dici. Nam & Nonius citat Catonis locum ex libro 1. Originum, in quo Cato veteres Prosapias vsurpauit; & Sallustium constat ex Catone multa sumpsisse.

Nam gerere, quàm fieri tempore posterius, re atque vsu prius est] Ita v.c. Hunc autem locum imitatus est Tacitus lib. xv. cùm ait: Nam culpa, quàm pœna tempore prior; emendare, quàm peccare posterius est.

Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam] Tale quiddam Catonis illud apud Agellium libro xv. cap. xxii. Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere.

Nam me quidem ex animi sententia] v.c. habet, Ex animi mei sententia. Quæ videtur optima lectio. est enim antiqua formula loquẽdi, qua vtuntur frequẽter veteres Iurisconsulti, vt lib. iii. Paragrapho eiusdem, Digestis de testamentis. Ex sententia animi tui te æstimare oportet. & Petronius Arbiter in Satyro fœderis tabulas in hæc verba factas esse commemorat: Ex tui animi sententia Ttyphena, vt nec iniuriam tibi factam à Gytone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, obijcies, vindicabísve, aut vllo alio genere persequendum curabis. & infrà: Licha ex tui animi sententia, vt tu Eumolpum nec verbo contumelioso insequeris nec vultu.

Exercitum supplicio cogere] Infrà dixit: Pudore magis, quàm malo exercitum cogere, &c. Ergo supplicio, posuit, pro malo.

Neque dono datur, neque accipitur] Contra in oratione Cottæ dixit: Vt sine dedecore cum ciuibus, fama & fortunis integer agas; id dono datur, atque accipitur.

Consultor idem & socius periculi vobiscum adero] Hoc quoque Tacitus à Sallustio accepit, cùm ait lib. iv. Qui consultor aderat omnibus. & ipse Sallustius infrà: Vti fautor, consultorque adsit.

Omnia matura sunt, victoria, præda, laus: quæ si

dubia,aut procul essent] Simili quadam sententia vsus est Cato lib.de re rustica, à quo fortasse Sallustius accepit: Nullus sumptus est,& si sumptus esset, tamen valetudinis causa experiret.

Cum his A.Manlium legatum proficisci iubet] Hic (vt opinor,in aureo numismate L.Sullæ Quæstor describitur,cum hac inscriptione A. MANLI. A. F. Q. & fortasse L.Manlij frater est, qui in argenteis denarijs, L.item Sullæ, PRO. Q. dicitur hoc titulo: L. MANLI. PRO. Q.

Ceterum alia leuia alijs locis facere] Quid si legamus?ceterùm leuia, alia alijs locis facere.

Id simulauerit ne, quò improuisus grauior accederet] Ita v.c.& ita infrà,vbi est: Ac statim profecti,quia de improuiso accesserant dubio atque hæsitante Iugurtha. Alij tamen libri habent,accideret, quomodo Cæsar lib.III.de Bell.Gall.cùm ait: Et tela emissa à Gallis grauius acciderent.

Inopia cibi acrior] Videndum an vox,cibi,abúdet.

Sic incepto suo occultato] Inceptum posuit pro, consilio,vt infrà,cùm dixit: Praua incepta consultoribus noxæ sunt.

Aequaliter distribuerat] Videtur legendum, distribuebat; nam sequitur: vt fierent curabat. Et paulo pòst scribendum:à latere castelli,quod auersum præliantibus erat.

L.Sisenna] Designat L.Cornelium Sisennam, qui historiarum libros XXII.conscripsit, quorum fragmenta habentur in extremo huius voluminis. quíque Sisenna in ænea apud me tabella Prætor inter ciues & peregrinos describitur M. Lepido, Q. Catulo Cos. Cuius filius Cn. Cornelius Sisenna habetur in argenteis denarijs cum inscriptione, CN. CORNELI. L. F. SISENA, vnico s.antiquè.

Familia propè iam extincta] Illud,propè,non habet Seruius,qui Sallustij locum citat lib. VII Æneid nec

Tacitus

Tacitus, qui lib. IV. ait: Vtque familiæ ipsæ iam extinctæ sint, reperies qui ob similitudinem morum aliena facta sibi obiectari putent.

Pudeat magis, an pigeat differere ] Nonius citat hunc locum & legit: Pudeat ne, an pigeat magis differere.

Multis rogantibus, alijs per se ipse beneficia dare, inuitus accipere ] Ita v. c. & ita infrà: Et me hercule Sulla ante recognitam, multis orantibus, alijs vltrò egomet opem tuli. Quæ verò sequuntur, ita videntur ordinanda: Inuitus accipere, sed ea properantius reddere. Æs mutuum ipse ab nullo repetere.

Pars equos escendere ] Ita v. c. & ita Cornelius Fronto. Antiquum etiam Glossarium habet: Escendit, ἐμβαίνει, &c. licet ibi corruptè sit, συμβαίνει.

Veteres nouique, & ob ea scientes belli ] Noui, & scientes belli, contraria sunt. quare videndum an illud, nouique, adiectum sit. Scientes autem belli dictum est Græca forma, εἰδότες πολέμοιο.

Vtrique colle multitudine circumdato ] Videtur legendum, circumdata. Nam lib. I. histor. dixit: Occupatusq; collis editissimus apud Ilerdam, & cum multa opera circundata.

Non tam diffidentia futuri, quæ imperauisset ] v. c. futurorum. Sed futurum omnino videtur legendum, & fortasse totus locus ita scribendus: Non tam diffidens futurum, quæ imperauisset, &c. Est autem formula loquendi antiqua, cuius meminit Agellius lib. I. cap. VII. qua, vsum dicit Q. Claudium Quadrigarium lib. II. Annalium, in quo erat: Dum ij concide-rentur, hostium copias ibi occupatas futurum. Item Valerium Antiatem libro IV. cuius verba profert ita concepta: Si hæ res diuinæ factæ, riteque perlitatæ essent, haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum. Quin & Cicero ipse libro V. in Verrem, huiusmodi formula vsus est, cùm dixit: Hanc sibi rem præ-

sidio sperant futurum. Item Tacitus lib. XIX. Vacuam arcem furtim tradi futurum.

Pudore magis, quàm malo] Huic sententiæ similis est illa Terentiana: Pudore liberos retinere satius est, non malo coactos.

Quæ ceteri miserias vocant] Huc respexisse videtur Tacitus libro XX. cùm dixit: Virgulta postremo & stirpes, & internatas ramis herbas vellentes, miseriarum patientiæque documenta fuere.

Solus inter tela hostium vitabundus erumpit] Huic simile est illud ex lib. III. histor. Inter molem atque insulam mari vitabūdus classem hostium ad oppidum peruenit. Videndus Agellius lib. XI. cap. XV.

Tunc spectaculum horribile in campis patentibus, sequi, fugere, occidi, capi] Tacitus in vita Agricolæ hunc locum ijsdem planè verbis imitatur, cùm ait: Tum verò patentibus locis grande & atrox spectaculum, sequi, vulnerare, capere, &c. & lib. XVIII. Sicum exercitu Cæcina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset.

Numidiæ partem, vnde Iugurtham expulerit, iuro belli suam factam] Videtur legendum, Vnde Romanos expulerit; nam suprà habetur: Iugurtha Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partem, si Romani Africa expulsi essent. De hac ipsa re ita infrà: Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc vltrò aduenturam.

Exercitu in hibernaculis composito] Tacitus libro XIV. Cohortes, alæque nouis hibernaculis locatæ. Sed prior Liuius lib. XL. hibernacula vsurpauit, à Sallustio, vt videtur, id nominis mutuatus.

Licentiam illis ipsis permittit] Vsus est hac voce Sallustius in oratione Lepidi, in qua est: Denique necis ciuium & vitæ licentia. Item Tacitus lib. XIV. cùm ait: Data & absoluendi licentia. & alibi:

Ad Sullam profugiunt, quem Consul, in expeditionem proficiscens, Pro Prętore reliquerat] Sic suprà: Albinus

binus Consul, Aulo fratre in castris ProPretore relicto, Romam decessit. Hi Legati ProPrætore alibi dicúntur à Sallustio, & in veteribus numismatibus quòd extra ordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marij Quæstor erat, & statim Quæstor item dicitur, Quæstor ProPrætore hoc loco, vt videtur, nominandus esset.

Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur] Videtur legendum, Namque tum, ex Nonij corrupta scriptura, qui hunc locum citat in Munes, ex quo suspicari aliquis possit, non munificus, sed, munesque hîc scribendum esse.

Qui Quæstor stipendium in Africam portauerat] Quæstor scilicet eius, qui Africam prouinciam ProPrætore, vel Proconsule obtinebat. nam Quæstor Marij Sulla tunc erat, vt ex locis superioribus constat.

Neque his secus atque alijs armis aduersus tela hostium, quòd ea leuia sunt, muniti] Quid si legatur? Neque hi secus atque alij armis, &c. vt dicat eos qui velitaria portabant arma, non secus atque alios munitos esse aduersus tela hostium, quòd ea tela leuia sint.

Igitur se quisque expedire: arma atque tela tentare, intendere] Non displiceret, si ita legeretur: Igitur pro se quisque expedire arma, telaque: tentare, &c. nam Liuius lib. xxxviii. dixit, expedire tela, armaque militibus iussis, &c. Item: Qui tela equosq. expediissent. & Tacitus lib. xx, Quidam expedire arma, telisq. tanquam in aciem accingi.

In castris ignesque quàm creberrimos fieri] Placeret magis: Ignesque in castris quam creberrimos fieri.

Quò ire intenderant, peruẽtum est] Videtur abundare verbum ire. nam sine eo verbo infrà dixit: Quò initio intẽderat. Item: Quò intenderat, Cirthã redijt.

Dabat internuntius, sanctus vir, ex sententia ambobus iurat] vv. cc. habent: Dabat internuntius, sanctè iurat ex sententia amborum. Quæ lectio confirmatur

loco

loco Cæsaris ex libro 1. de Bello Gallico.

Ad ea Sulla pro se breuiter & modicè, de pace, & de communibus omnibus multis disseruit] Vox, multis, si cum verbo disseruit coniungatur, potest videri adiecta. nam contraria est illis, breuiter & modicè. Nec habet eam vocem Tacitus, qui Sallustij locum sic æmulatus est lib. xx. cùm ait: Domitianus de absentia patris fratrisque ac iuuentute sua pauca & modicè disseruit.

Remotis ceteris] Videndum an vox, ceteris, abundet; nam ait, adhibitis amicis, ac statim remotis; vt scilicet, immutatam voluntatem indicaret.

Occulta oris patefeciſſe] vv. cc. variant. nam alij habent: Occulta pectoris, specie oris patefeciſſent. Alij: Occulta pectoris oris immutatione patefeciſſe. In aliquibus est: Occulta pectoris patefeciſſe dicitur. Sed vnus apud me liber vetustissimus: Occulta pectoris patefeciſſent. Quæ lectio vera videtur.

Iugurtha Sullæ vinctus traditur] De hac Iugurthæ traditione, quæ à Fausto Sullæ filio in numismatibus quoq; veteribus signata est, Plinius lib. xxxvii. cap. 1. sic ait: Sulla Dictator traditione Iugurthæ semper signauit. & Valerius Maximus lib. viii. cap. xv. L. autem Sulla, & si ad neminem Scriptorum animum direxit, tamen Iugurtha à Boccho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupidè asseruit, vt anulo quo signatorio vtebatur, scalptam illam traditionem haberet.

Cum Gallis pro salute, non pro gloria certare] Huc respexisse videtur Tacitus, cùm in vita Agricolæ dixit: Romanis redit animus, &c. securi pro salute, de gloria certabant.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD LIBRVM PRIMVM
## HISTORIARVM.

RE s Populi R.M.Lepido, Q. Catulo Cos. ac deinde militiæ & domi geſtas compoſui] Videtur Salluſtius æmulatus eſſe exordium, quo, Thucydides hiſtoriam ſuam exortus eſt, cùm dixit: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, ὃν ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Nam verbum, compoſuit, eodem modo vſurpauit, quo Græcus ſcriptor, συνέγραψε, quod poſitum eſt, pro, συγγράφω. Ad Salluſtium reſpexit Tacitus cùm dixit lib. 11. Res Imperatoris Domitiani compoſui. M. autem Lepidi, & Q. Catuli conſulatus, deſcriptus eſt in veteri apud me Senatusconſulto, quod in ænea tabella inciſum eſt ita: ΕΠΙ ΥΠΑΤΩΝ ΚΟΙΝΤΟΥ ΑΤΤΑΤΙΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΑΤΛΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ . . . . . ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΩΝΟΥ ΛΕΠΙΔΟΥ, &c.

Fannius verè] Adducit hunc locum Marius Victorinus, apud quem legitur: Fannius verò breuitatem, pro, quo alij repoſuerunt, Fannius verè. Sed cùm Salluſtius breuitatem Catoni tribuerit, fortaſſe pro, breuitatem, ſcribendum erit, vbertatem. nam illud, verè, non placet, & factum videtur ex eo, quod in vulgatis eſt, verò.

Ad bellum Perſi] Perſi, pro, Perſis, vſurpauit etiam Tacitus Salluſtium imitatus, cùm dixit libro 1v. Per bella Perſi.

At diſcordia, &c. Dum metus à Tarquinio] Ita locutus eſt Liuius lib. xlv. cùm dixit: Cùm maior à Romanis metus, timorem à principibus ſuis viciſſet. Paulo pòſt videtur omnino legendum: Et ceteris expertibus,

tibus, soli in imperio agere,&c.cũ in alijs sit, ceteris ex partibus; nam Sallustius ipse in bello Catilinæ eodem modo dixit: Crudelitate fœneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. Ad id verò quod sequitur in eodem fragmento, Et Auentinum insedit,&c.facit quod ait Liuius lib.III. Eunt agmine ad vrbem,& Auentinum insidunt.

Postquam remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit] Huic simile est illud Taciti lib XVIII. sed vbi subacto orbe, & æmulis vrbibus, regibusque exactis, opes concupiscere vacuum fuit.

Maximeq.ferocia regis Mithradatis in tẽpore bellaturi] Videndum an legi debeat, rebellaturi. Sic enim habet Tacitus lib.XII. Tamquam aduersus desertores & in tempore rebellaturos. Pro eo autem quod vulgo habetur, ferocia, libentius legerem, fiducia.

Ne aut ipsi, nefanda quę non existumatis, ea parum credendo de alijs, circumueniamini] Verba sunt ex oratione M.Lepidi Cos. ad populum: quæ ita in v.c. apud me leguntur. Ne quæ ipsi nefanda æstimatis, ea parum credendo de alijs, circumuenimini, &c. quæ lectio vera videtur, si parenthesis tantùm addatur à voce præsertim ad verbum, eximat. Illud autem, intestabilior, vsurpauit etiã Tacitus lib.XX. cùm ait: Quùm interim intestabilior & sæuior expertus sit.

Et vtrunq; per iniuriam malunt, quàm optumo iure liberi agere] Verba sunt ex eadem oratione. Sed v. c. pro eo, quod in recenti editione est, liberè, habet, liberi. Putamus autem illud, vtrunque, nõ vacare mendo, si, liberi, legamus, cui vt opponamus alterum contrarium, posset reponi pro, vtrunque (si placeret) vincti, aut aliquid tale. Paulo pòst vbi habetur: Nam quid vltra? Quæ humana superant,&c. Placeret magis, si legeremus: Nam quid vltra superat? Sic locutus est infrà, cùm dixit: Est ne iuris reliqui aliquid? & post videtur legendũ: Exsutus imperio, gloria, iure iudicãdi,&c.

non,

non,iure cogitandi, siue vt est in recentioribus editionibus,iure agitãdi. Nostram coniecturam adiuuat locus Asconij Pædiani in Diuinationé, vbi est; His enim x.annis victore Sulla ciuilibus bellis spoliatus est populus Ro.potestate Tribunicia,iudicandi iure, &c.

Qui præmia turbarum queror] Hæc quoque ex eadem oratione sunt. Sed v.c.habet: Quia præmia, &c. & paulo pòst pro,quæ rabiæ contracta tolerauimus,in v.c.est: quæ rabie contracta,&c. vt fortasse legendum sit, rabie contacti. Appuleius libro ix. de cane rabido dixit: Certè venenatis morsibus contacta nonnulla iumenta,efferata simili rabie. Liuius lib.xi. Bona Tarquiniorũ diripienda plebi data, vt contacta regia præda,spem in perpetuum,cum his pacis amitteret.& Cicero lib.xi.de Diuinat.dixit: contactum aliquo morbo cor bonis. Tacitus verò,contactu vsurpauit libro i. cùm ait: Discedite à contactu. & lib.v. Plures infecti quasi valetudine & contactu. Infrà in hac eadem oratione: Nec patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros contactu procedere. Vbi fortasse legendum: Quasi rabie contactu, &c. vt rabie positum sit, quo modo die,pro,diei,gignendi casu.

Sed vestra socordia] Hæc quoq; sunt ex eadem oratione. v. autem c. habet, socordia,& ita Cato scripsit. Videndus Festus Pompeius in secordia, quam dicit ex se,& corde compositã, quasi sine corde. Paulo pòst,ad illa, Pessimis seruorũ,facit locus Taciti ex lib. i.in quo est: Complebantur templa pessimis seruitiorum.& lib. xvii. Deterrimi seruorũ,&c. Quæ verò statim sequũtur,sic videtur interpungẽda: Nisi fortè Tribuniciam potestatem euersum profecti sunt,per arma conditam à maioribus suis,&c. Videnda quæ notauimus ad Cęsaris lib.i. de Bello ciuil. Quod item sequitur. Secundæ res mirè sunt vitijs obtentui, &c. id videtur simile illis,quæ habentur in epistola de Rep.ord. Tabella,inquit, obtentui erit. & ita locutus est Tacitus libro i.

cùm

cùm dixit: Pietatem erga parentem, & tempora Reip. obtentui, &c. & lib. XVIII. obscurum noctis obtentui fugientibus. Seneca lib. v. suasoriarum, cõtrouers. xxv. citat locum Sallustij, prolata etiam simili sententia ex Thucydide. Verba verò cũ mutila sint in vulgatis codicibus, ita supplenda sunt ex manuscriptis. Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam: Δηναὶ γὰρ αἱ δι' ἀρετὴν καὶ συνοικάσαι, vel vt est in alio libro, συγχεύαι τὰ ἐκάστων ἁμαρτήματα, &c. Deinde Sallustianam: Res secundæ mirè sunt vitijs obtentui.

Turbamenta Reip.] Ex hac item oratione accepit, vt videtur, Tacitus vocem turbamenta, cùm ait libro XVII. Quæque alia turbamenta vulgi. Deinde in v.c. legitur. Et tradite exemplum posteris ad Remp. suimet sanguinis mercede circumueniendam. Quod autem habetur paulo pòst: M. Æmilium Consulem, ducem & auctorem sequimini, &c. Id ex veteri formula sumptum videtur, cuius extat typus quidam apud Liuium libro XXXIV. in quo est: Clamitans, vt qui saluam Rempub. vellent, auctorem & ducem libertatis sequerentur.

Tunc verò & posci] Videtur deesse nomẽ proprium ducis, quod ex his reliquijs lice: corruptis concinnandum est, legendumque. Tum V. . . . . posci, cùm ceteri eiusdem causa ducem se nactos rati, maximo gaudio irritare.

Curionem, &c. ætati concederet Mamerci] Suprà in bello Iugurthæ dixit: Itaque Sulla cuius facundiæ, non ætati, à Manlio concessum, &c.

Omnium flagitiosorum postremus] Verba sunt ex oratione L. Philippi in Senatu, quæ similia illis, quæ habentur in epistola Mithradatis, in qua est: Postremus seruorum Archelaus. Paulo pòst cùm in v.c, sit: Et ignoscendo P.R. magnitudinem auxisse, &c. Faernus legebat, populum Romanum, non, populi R. cui sententiæ non absimilis illa in bell. Catilinę. Et accepta iniuria

iniuria ignoscere, quàm prosequi malebant. Sed vti labore atque iustitia Resp. creuit.

Cum legatis adhuc iure parentibus] Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Sed illud, adhuc, licet in v. c. sit, videtur tamen in, adhoc, mutandum, quo alibi Sallustius, pro, præterea vsus est. Paulo pòst ad illa. Bellum ex bello serunt, facit id, quod habetur in epistola Mithradatis: Bella ex bellis serendo magni facti. Liuius quoque eodem modo dixit: lib. XL. Ex bellis bella seruntur. & Tacitus lib. XXI. Prœlia serere. Quod verò sequitur apud Sallustium: Quod ego vos oro, atque obsecro P. C. &c. rectum est. nam ita v. c. habet, & ita infrà locutus est Sallustius, cùm ait: Quod ego vos moneo, quęsóque vt animum, &c. Item pro, armis solicitatæ. vv. cc. habent, armis solicitæ.

Quod multo propius est ab eo, quo agitat statu] Ex eadem item oratione hæc quoque sunt, quibus non absimilia illa Plinij lib. XI v. cap. IV. Tam propè ab origine rerum sumus. Cicero tamen lib. I. Tuscul. dixit: Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu & diuina progenie. & in epistola quadam ad Atticum libro I. Quoniam propius abes. Paulo pòst pro, animos mouent? in v. c. est: animos mouere? Quæ forma loquendi Terentio perfamiliaris est. Item pro, qui adempram negat, v. c. habet, quibus ademptam, &c. & pro luctus curæ sunt, videtur melius, curæ sint.

Nostri prouidus, istis inuidus] Hæc quoque ex eadem oratione: Sed vv. cc. pro inuidus, habent, infidus. & fortasse verius; nam illud F digamma positum pro littera, u, opinatus fortasse librarius pro f positum esse, ex infidus fecit, inuidus. Sic ex vides apud Ciceronem, factũ est, fides. Paulo pòst pro, vt te neque hominum, neque deorum pudeat, vv. cc. habent, pudet, quo modo Terentius loquitur, cùm ait: Vt nihil pudet. Item pro, Quos perfidia, aut periurio violasti, in vv. cc. est: Quos per fidem, &c. & sic locutus est Liuius libro I.

cùm dixit: Cuius ad solenne, ludosque per fas & fidem decepti veniſſent.

Quàm maturrimè] ex eadem oratione hæc quoque sunt. Charisius lib. 11. docet Catonem similia quædam protuliſſe in oratione dierum dictatum de consulatu suo, à quo Salluſtium illud, maturrimè accepiſſe verisimile est. Catonis verba sunt hæc: Item vti à Thermopylis atque ex Asia maximos tumultus quàm maturrimè disiecì, atque consedaui, &c. Inde Tacitus lib. xv. Vt templum Diuo quàm maturrimè publica pecunia poneretur. & rursus Salluſtius ipse paulo pòst in fragmento. Vti Lepidus & Catulus decretis prouincijs quàm maturrimè proficiscerentur.

Remp. in tutam] Ex eadem item oratione hæc sunt. Alij verò pro, intutam, legunt, inultam. Sed nihil mutandum. nam Cæsar lib. 1. de Bell. Gall. vsus est ea voce, & Tacitus lib. xi x. cùm dixit: Non intuta mœnium firmare. Paulo pòst sequitur apud Salluſtium: Ex libidine leges imperantur, &c. pro quo libentius legerem, ex libidine leges imperatæ; nam verbũ, impoſita, iam præceſſit, licet rectum sit, & suprà dixerit: Annuite legibus impoſitis. Item in v. c. habetur: Armato Lepido vos inermos retinet, non, inermes. & illa: Decus atque omnes ordines interierunt. Sic in v. c. leguntur: Decus ordinis huius interijt. Quod verò sequitur: Parate vobis Cethegos, atque alia proditorum patrocinia, &c. v. c. habet, Cethegi. Item: Sin libertas & vera magis placent, &c. non, & bella magis, &c. & sic infrà Salluſtius locutus est, cùm dixit: Si vera & honesta flagitiũ superauerit. In extremo huius orationis tollenda ex veteris codicis auctoritate copula, &, legendumq. ita: Adest nouus exercitus, ad hoc, coloniæ veterum militum, &c. non, & ad hoc. Ad illa verò, Fortuna meliores sequitur, &c. respexisse Tacitus videtur, cùm dixit: Fortuna melioribus affuit. Videnda item quæ notauimus ad librum 1. Cæsaris de Bello ciuil. nam faciunt

ad

ad Salluſtiana illa ex antiqua formula: Operamque dent, ne quid Reſpubl. detrimenti capiat.

Vti Lepidus,& Catul⁹,&c.] Videndū an de bell. Ital. hîc agatur. Lepidus enim & Catulus Cōſules habētur in ænea apud me tabella, in qua Italici belli fit mentio.

Magnis opibus profectus, obſidium cepit, per L. Catilinam legatum] Diximus ſuprà in notis ad epiſtolam Cn. Pompeij, Salluſtium poſuiſſe obſidium pro obſidione, & in vv. cc. ita reperiri. Itaque videtur hîc legendum, obſidium cœpit. nam Tacitus Salluſtij æmulator ita locutus eſt lib. IV. cùm dixit: Obſidium cœpit per præſidia, quæ opportuna iam muniebat.

Domitium Procos. ex citeriori Hiſpania] Non puto deſignari Cn. Domitium Calvinum Conſulem anno DCCXIII. cum C. Aſinio Pollione, quique ex Hiſpania de qua Procos. triumphauerat, Imp. deſcribitur in argenteo denario Oſcæ ſignato cum inſcriptione DOMIT. COS. ITER. IMP. OSCA.

Illo profectus, vicos, caſtellaque incendere] Ita v. c. apud Nonium. & ita Cæſar lib. III. de Bell. ciuil. dixit: Non ſolùm vrbibus, ſed pænè vicis, caſtellisque ſingulis Item: vt vicis caſtellisque benemeritæ ciuitatis præſidio eſſet. Sic enim legendum eſſe, ſcripſimus in notis ad Cæſarem. Tacitus lib. XII. Ac ni cito è vicis, & caſtellis proximis ſubuentum foret, copiæ Ro. occidione occubuiſſent.

Iuſſu Metelli Cornicines occanuerunt] Ita legēdum, non, occinuerunt; nam infrà habetur: Cornua occanuerunt. & Tacitus lib. II. Iam Sentius occanere cornua tubasque & peti aggerem iuſſit.

Equi ſine rectore exterriti] Tacitus in vita Agricolæ: Ac ſepe vagi currus exterriti ſine rectoribus equi, vt quemque formido tulerat, transuerſos aut obuios incurſabant. & lib. I. Equis maximè vulnera ingerit. illi ſanguine ſuo, & lubrico paludum laxantes excuſſis rectoribus obuios proterere iacentes.

Ardebat omnis Hiſpania citerior] Eodem modo dixit Cæſar lib.v.ardere Galliam. & Tacitus lib. XII. Arſiſſet bello prouincia.

Et ponere validam vrbem multos dies reſtantem] Nonius manuſcriptus habet, Et Digonem validam vrbem, &c. vt nomen poſſit eſſe vrbis eius, de qua ſermo, licet mendoſum. Reſtantem verò poſuit, pro, reſiſtentem, vt Liuius lib. XXXII. Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc pauci plures reſtatis? & Tacitus lib. III. Paullum moræ attulere ferrati, reſtantibus laminis aduerſum pila & gladios. Quod verò ſequitur, pugnando vicit, ſimile eſt illi quod habetur in veteri inſcriptione Duilij, PVGNANDOD CEPIT. In ſequenti fragmento, vbi eſt: Itaque Sertorius, &c. cùm in v.c. ſit, furtim aut celeritate, videndum an legi poſſit, furtim ac celeritate, &c. licet, furtiua celeritate, non diſpliceat, ſi lectio eſt vetuſti libri.

Poſtquam tantas aſperitates] vv. cc. habent, ſpiras, non, aſperitates, quod verbum ab alijs repoſitum eſt. Feſtus exponit ſpiram, hominum multitudinem. Profertque Ennij verſum: *Spiras legionibus nexunt.*

Fugam maturabat] Sic Virgilius dixit: Maturate fugam. & Tacitus lib.v. Fugam maturauit ſpe auxilij.

Medio diei] Ita locutus eſt Tacitus, Salluſtij locum, vt videtur, imitatus lib. IXIX. cùm dixit: Sed medio diei exarſerant.

Militiæ peritus] Suprà dixit: Doctus militiam, In vtroque Græcos imitatus, qui dicunt, εἰδὼς μάχης, ſiue πολέμοιο, vt apud Homerum, οἱ εἰδότες μάχλω.

Sertorius Par his] Videtur illud, Parthis, eſſe mendoſum, & fortaſſe, portis, ſcribendum, vt integra lectio ſit: Sertorius portis turba morantibus, &c. Erant igitur portæ ita turba occupatæ, vt nec Tribunus, nec ipſe Imperator peruadere poſſet. Imperij autem poſuit, vt videtur, pro, Imperatoris.

NOTÆ

# NOTÆ AD LIBRVM SECVNDVM HISTORIARVM.

GENVS militum ſuetum à pueritia latrocinijs ] Videtur Q. Curtius reſpexiſſe ad hunc locum, cùm dixit lib. VI. Mardorum erat gens confinis Hiſpaniæ, cultu vitæ aſpera, & latrocinijs aſſueta.

Flumen Thuriam, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit] Ita ſcribendum videtur. Græci quoque Scriptores Θουρίαν ποταμὸν edunt, licet de eo flumine, à quo Thurios appellatos eſſe dicũt, quod ex ipſis etiam Thuriorum numiſmatibus conſtat, in quibus Crathis quidem fluuius taurina forma impreſſus eſt, Thuria verò fons, Leonis capite aquam fiſtula ex ore fundente. Hîc autem de Thuria intelligendum, qui Vibonem, ſiue Valentiam prætetfluit.

Ne illa tauro parita ſint] Particulam, ne, pro, nedum, poſitam docent Grammatici. Sic Appuleius Apologia 1. At ego Æmiliano, non huic Afro, ſed illi Africano & Numantino, & præterea Cenſorio vix crediderim, ne huic frutici credam, non modò odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe.

Dædalum ex Sicilia profectum cùm Minonis fugeret iram, atque opes ] Videtur ex hiſtoria legendum; Dædalum in Siciliam profectum, cùm Minonis, &c. Herodotus lib. VII. λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλουμένην, &c. Vnde in alio fragmento eſt: Ariſtæus cum Dędalo in Sardiniam tranſiuit. Niſi fortè dicamus Dædalum in Siciliam primò profectum, ex Sicilia rurſus in Iapygiam Apuliæ conterminam veniſſe. Quam ſanè à Iapyge eius filio dictam docent Græci ſcriptores, & confirmat Græcum vetus numiſma in Apulia apud Dau-

nios signatum Arpis siue Argyrippæ, in cuius altera parte alatum Iapygis, siue Icari Dædali filij simulacrum expressum est, in altera Diomedeæ aues duæ, ea planè qua Plinius & alij tradunt forma, Diomedis vrnam sepulcralem, vt idem ait Plinius, circumstantes, qui Argyrippæ conditor dicitur.

Vt actione desisteret ] Sic alibi locutus est ipse Sallustius, & Terentius Phormione, cùm dixit: Herus his desistat litibus. Item Virgilius lib. IV. Méne incepto desistere victam.

Neque virgines nuptum à parentibus mittebantur] Placeret magis, promittebantur, vel, tradebantur.

Quem corpore & lingua, &c. Barbuleium appellabant] An hoc de Hirtuleio dictum, cuius mentio est infrà. Ita (vt ait Suetonius) Tiberius Nero, per iocum dictus, Biberius Mero.

Fortunam in temeritatem declinando] Videtur legendum: Fortia in temeritatem declinando; nam præcessit; aduersa in prauitatem, secunda in casum.

Concurrentium vndique virile & muliebre secus] Huc respexit Tacitus, si modò eius verba mendo vacant, quæ leguntur lib. IV. Virilis & muliebris sexus omnis effusus.

Exornatis ædibus per aulæa & insignia] Illud, insignia, videtur mendosum, & mutandum, in, signa: nam in epistola de Repub. ordinanda ita locutus est, cùm dixit: Nam domum extruere, eam signis, aulæis, alijsque operibus exornare.

Epulæ quæsitissimæ] Accepit hanc vocem, vt multas alias, Tacitus à Sallustio, cùm ait lib II. Excepere hunc Græci quæsitissimis honoribus.

Vice pecorũ] Liuius lib. XL. Modò, inquit, pecorũ fugiẽtes per saltus aulos. Et Tacitus lib. XII. Modo pecorũ barbari trahebãtur. In orat. M. Lepidi dixit, more pecorũ. Sed Tacitus illud vice, vsurpauit eodẽ sensu lib. VI. cùm ait: Qui omnia facta dictaq. vice legis obseruans.

Ita

Ictu tragulæ ] Vsus est hac voce Suidas: Τραγύλαι, inquit, ὅπλον, ᾧ χρῶνται οἱ Κόλαι, ὅτῳ βίαιον ἀφῆκε πληγὴν, ὥστε καὶ ἐμβῆναι καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διαπεῖραι, καὶ τῇ γῇ προσπλῶσαι.

In renunculo piscantis ] Non improbamus hanc scripturam, licet in notis ad Cæsarem dixerimus, Lenunculum, pro, renunculum reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus vsurpauit libro XVII. cùm ait: Lenunculo se commisisse piscantis. Tacitus tamen Lembunculum dixit lib. XIV. Nando deinde occursu Lembunculorum, &c.

Capiti affligebant ] Puto legendum, caput, ex Frontone, qui fragmentum adducit; nam ita Sallustius locutus est lib. III. cùm dixit: Aut afflicti alueos vndarũ vi. & Tacitus Sallustij æmulator lib. XIV. Fuste caput afflixit. & alibi: Lapide caput afflixit.

Immane quantum animi exarsere ] Huc respexit Tacitus lib. XIX. cùm dixit: Flauianus exercitus immane quantum animo, &c. & lib. XX. Immane quantum suis pauoris & hostibus alacritatis indidit. Ipse Sallustius suprà: Immane dictu est quanti, &c. & Horatius eodem modo: Immane quantum discrepat.

# NOTÆ AD LIBRVM TERTIVM HISTORIARVM.

SI TOTIENS labores & pericula suscepissem, quotiens à prima adolescentia ] vv. cc. habent: Si tot labores, &c. quot à prima, &c. Verba verò sunt ex epist. Cn. Pompeij ad Senatum. Pro illis autem quæ sequũtur, Hac in spe, placeret magis, Hacine spe, siue vt est in veterũ legum fragmentis, Hacine. Item paulo pòst tolléda vox, quidem: nam in vv. cc. est tantùm, nouis militibus.

Apùd flumen Durium, &c. & dux hostium C. Herennius cum vrbe Valentia, &c. ] Verba sunt ex

eadem epistola. Cùm autem in vv. cc. sit, Duriam, paruа mutatione mendosum nomen corrigemus, si Thuriam scribamus, de quo suprà libro 1. Histor. sic dixit: Inter læuam mœnium, & dextrum flumen Thuriam, quod Valentiam paruo interuallo interfluit. Thuria verò flumen est in agro Brettiorum, quod Vibonem, siue (vt Sallustius vocat) Valentiam, præterfluit, eodem nomine cũ Thuria fonte, de quo scripsimus suprà.

Cum vrbe Valentia & exercitus deleti ] Ex eadem epistola sunt item hæc. Sed vv. cc. habent exercitu, non, exercitus. Item paulo pòst vv. cc. habent: Pro queis ô grati Patres, &c. non, proque his ô grati, &c. Et post videtur legendum: At nunc malis fructibus ipsa vix agitat, non, Et nunc, &c. Agitat verò videtur positum eo modo, quo Tacitus vsurpauit lib. III. cùm dixit: Non modò apud illos homines, qui tunc agebant, etiam secutis temporibus vario rumore tractata. & Terentius: Quàm vos facillimè agitis. & in eius vita: Tempus qui agitabant.

Ex inopia graui satias facta] Ex hoc loco potest confirmari coniectura nostra, vbi suprà pro satietas, verbo satias, apud Sallustium scribi debere diximus.

Immensum aucto mari, & vento glisscente] Ad hũc locum respexisse videtur Tacitus, cùm dixit lib. IV. In vrbem trepidam ob multitudinem familiarum, quæ glisscebat immensum maiore in dies plebe ingenua.

Cunctique omnium ordinum extrema munia exsequi] Videtur illud, extrema, abundare; nam in Bello Catil. dixit: Strenui militis, & boni Imperatoris officia exsequebantur.

Qua super omni corpore quietus, &c.] Magis placeret: Omni corpore supinus, vel pronus, &c. atq. inter molemq. & insulam vitabundus, &c.

Nisi quia vosmet ipsi] Verba sunt ex oratione Marci Lepidi ad plebem. vv. autem cc. habent: Vobismet ipsis, quæ lectio placet, nam sequitur, dominos destinatis.

natis. Paulo pòst, vbi est: si vestra receperitis, ad vos redibunt,&c.illud,redibunt,non est in vv. cc. nam ad verbum concessere, quod præcedit, refertur oratio. Item: Ceteri validiorum,habent vv.cc.non cetera.&: Num officere quid vobis,&c.non,ne officere,&c. Deinde habetur in vv.cc.Incassum agebantur, &c. non, agerentur, quæ lectio magis placet; nam sequitur, facturi erant.

Et quamquam L. Sicinius primus de potestate Trib.loqui ausus,&c, ] Sunt hæc ex eadem oratione, ad quæ faciunt illa Asconij in Diuinationem. Primus, inquit, Sicinius Tribunus plebis, nec multo pòst L. Quinctius, & postremo Palikanus perfecerunt, vt Tribuniciam potestatem populo darent Consules Cn. Pompeius Magnus,& M.Licinius Crassus.

In tempus arsere] Hæc quoque ex eadem sunt oratione. Videtur autem ad hanc loquendi formam respexisse Tacitus,cùm dixit libro 1.sentit miles in tempus conficta,& lib.1v. Quod omnium malorum suffragium in tempus erat.& libro x1v. & scena in tempus structa.

Impigræ linguæ, animi ignaui, non vltrà concionis locum memores libertatis ] Videtur imitatus Hometi versum: ὦ πόπονες, κάκ' ἐλέγχε, ἀχαΐδες οὐκέτ' ἀχαιοί.

Qui tribunis plebei mandando Patricium Magistratum] Locus est ex mẽdosa scriptura non nihil obscurus. Nam Lepidiana sententia est, non opus sibi esse hortari plebem ad virilia illa, quibus maiores eius Tribunatum pleb.& Patricium magistratum,hoc est, consulatum ipsum, nec non libera suffragia parauerunt. Sed vt nũc in codicibus habetur, talis sensus elici vix potest, Itaque videndum an legi possit: Queis Tribunos pl.modò,modò patricium magistratũ, &c. nam in v.c.apud me legitur, quos Tribunos pl. modò &c.vt illud quos, ex queis factum fortasse sit. Porrò plebem Tribunatum plebis per secessionem sibi parasse,

rasse, tradit Liuius libro II. cùm ait: Agi deinde de concordia cœptum, concessumque in conditiones, vt plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij lato esset aduersus Consules, néve cui patrum eum magistratum capere sibi liceret. Ita Tribuni plebei creati duo, &c. Item patricium magistratum, hoc est, Consulatum, & libera suffragia sibi plebem parasse, idem Liuius auctor est libro VIII. cùm ait: Tres leges secundissimas plebei, aduersus nobilitati tulit. Vnam, vt plebiscita omnes Quirites tenerent; alteram, vt legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent; tertiam, vt alter vtique ex plebe, cùm eò ventum sit, vt vtrunque plebeium fieri liceret, Consul crearetur, &c. Sed de liberis suffragijs post auctores patres Liuius libro I. sic scribit: Decreuerunt, vt cùm populus legem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent; hodieque in legibus magistratibusque rogandis vsurpatur idem ius vi ademptum, priusquam populus suffragium ineat, vt in incertum comitiorum euentum patres auctores fierent. Et Cicero pro Cn. Plancio: Nam si ita, inquit, esset, quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essent Comitiorum, &c. Illud autem, modò, quod nos addidimus, in v. c. non est, sed omissum videtur à librarijs, ob alterum, modò, quod præcedit. Sic autem locutus est Sallustius tum in bello Iugurthæ, tum in epistola I. de Rep. ordinanda, cùm dixit: Fertur accensus in socios modò, modò in ciues, &c.

Quamuis Quirites in vobis sit]. Verba sunt ex eadem oratione, quæ ita in v. c. meo leguntur: Quamuis omnis Quirites in vobis sit. Vnde apparet perspicuè legendum esse: Quom vis omnis Quirites in vobis sit. Paullo pòst pro eo quod vulgò habetur, absit periculum & labos, videtur legendum; Ab ijs absit periculum & labos, quibus nulla pars fructus, &c.

Ex

Ex ijs verò quæ sequuntur: Repentina ista frumentaria lege,&c.intelligi potest,latam fuisse legem factione patrum, vt quini modij tritici singulis mensibus viritim diuiderentur.

Hi profectò non amplius possunt alimentis carere] Aliter hæc verba, & quidem ex eadem Lepidi oratione, habentur in v. c. in quo ita est: Qui profectò non amplius possunt alimentis carceris, &c. Vt illud,non amplius alimentis carceris, positum videatur pro eo quod est,non amplius quàm alimenta. Sic enim Tacitus, amplius vnciario fœnore dixit, & Sallustius ipso suprà, amplius vna die aut nocte. Possunt verò, promittunt, tum Plautus pluribus locis, tum Terentius vsurpauit in Heautontimor. Alimenta autem carcerum,& seruorum quini modij (ita enim habet vetus etiam codex meus) idem est, dabanturque singulis mensibus,& dicebatur dimensum. Seneca epist. ccxi. Seruus est,qninque modios accipit. & epistola xviii. Liberaliora sunt alimenta carceris. sepositos ad capitale supplicium non tam angustè qui occisurus est pascit, &c. Sallustius in oratione Lepidi: Populus Romanus paullo antè gentium moderator,&c.neque seruilia quidem alimenta reliqua habet, &c. quibus verbis quinos hos modios intellexit.

Namque vtilis exiguitate mors prohibetur] Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Placet autem lectio veteris codicis mei,in quo est: Namque vti illis,&c. Vt dicat. quemadmodum quæ in carcere dantur alimenta, quòd exigua sunt, prohibent quidem mortem, sed senium accelerant. Simili quadam sententia vsus est Tacitus libro xvi. cùm dixit: Vidua implexa luctu continuò, nec vllis alimentis, nisi quæ mortem arcerent,&c. & Hieronymus in Commentarijs ad cap. iv. Ezechielis, Demosthenem edit auctorem sententiæ, cùm ait: Decem panis vnciæ diurnæ, & aquæ tertia sextarij pars,anima magis trahitur, quàm sustentatur.

Demo-

Demosthenis autem verba ex Olynthiaca. III. sunt hæc: ἃ τοῖς ἀδικουσι πρὸς τῆς ἰσχυρῶν οὐδεὶς διδομένοις ἔοικε, καὶ δοῦτε ἔχω ἐκεῖνα ἐκτίθεσθαι, οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Quod autem paulo pòst habetur, Vindices libertatis, facit ad inscriptionem numismatis argentei Augusti, in quo est, LIBERTATIS P. R. VINDEX.

Sic vt neque absolui] Verba sunt ex eadem oratione. Sed particula, vt, non est in v. c. in quo ita legitur totus hic locus: Sic neque absolui cura familiari tam parua re, & ignaui cuiusque tenuissima spe frustratur. Paullo pòst Faernus legebat, qua tamen, pro eo quod vulgò habetur, quæ tamen. Item, ostentaretur, non, ostenderetur, quæ lectio confirmatur à codice etiam meo manuscripto. Deinde videtur legendum: Malle Principem volentibus vobis esse, quàm illius dominationis socium: vel, Malle Principem volentibus vobis, quàm illius dominationis esse socium, siue, quàm inuitis dominationis esse socium. Nam suprà habetur: Tutiusque rati volentibus, quàm coactis imperitare. Ad illa verò quæ habentur in extremo huius orationis (neque ignorantia res claudit) facit quod ex Sallustio item citat Donatus in Terentium: Nihil socordia claudebat. Item paullo pòst abundat, vt videtur, vox, libertatem; legendumque: Abundè rati, quia tergis abstinetur. Nam sic Tacitus Sallustij, vt diximus, imitator, libro XVIII. locutus est, cùm dixit: Ipse abundè ratus, si præsentibus frueretur.

Ingens ipse virium atque animi] Imitatus est hoc Tacitus lib. I. cùm dixit: Sed femina ingens animi.

Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur] Castra castris conferre dixit etiam Cæsar lib. VII. vt ad eum locũ notauimus. Item Ennius Hectoris lytris: Castrisque castra vltrò iam conferre parat. Sic enim legendum apud Nonium in, Occupatus. Huc etiam pertinent illa Taciti ex lib. V. locorum ingenio se tuebatur. & illa fortasse ex epistola Mithradatis,

datis, Quia multitudinem arctis locis pugna prohibuere.

Sed Pompeius,&c. Similem fore se credēs Alexandro Regi ] Plutarchus tradit Cn. Pompeium ita similem forma fuisse Alexandro Magno, vt sermone fautorum, fuerit Alexander appellatus.

Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat ] Sic locutus est in Bell. Catil. & in Bello Iugurthæ, cùm dixit: Delicti gratiam fecit.

Atq. eum Curio laudatum ] v. c. habet, Cupio, vt fortasse, Scipio legendum sit, vel, Cæpio. Videndus Liuius lib. xxvii. de Massiua à Scipione dimisso.

Fine inguinum ] Cato de re rustica capite xxviii. Postea operito terra radicum fini. & cap. cxiii. Amphoras nolito implere nimium, ansarum infimarum fini. Hirtius de Bello Africo: Vmbilici fine. ex quibus locis, & ex hoc Sallustij corrigendus Appuleius lib. ii. de Asino, vbi legi debet, inguinum fine, non vt vulgo, inguinum sana lacinia remota.

Igitur discubuere ] Hoc fragmentū, cùm olim mendosissimum circumferretur, nos ex vv. cc. & auctorizare vetustorum numismatum, in pristinum nitorem, quantum fieri potuit, restituimus. L. autem hic Fabius Hispanienſis, & item C. Tarquitius, Sertorianarum, vt apparet, partium, habentur in argenteis denarijs, quos protulimus in libro de familijs Romanorum.

Quarum vnam epistolam ] Ita Gallus quidam apud Cæsarem in castra Q. Ciceronis epistolam Cæsaris alligatam iecit. & fortasse hîc, verbum, epistolam, adiectum est.

NOTÆ

# NOTÆ AD LIBRVM QVARTVM HISTORIARVM.

ANXIVS animi, atq. incertus] Sic Tacitus lib. v. & XIX, incertus animi, dixit.

Amissumque assideri] Assideri, pro, obsideri vsurpauit etiam Tacitus exemplo Sallustij, qui cùm de Ponto Euxino hîc agat, videndum an, Amisumque obsideri, legendum sit, quę ciuitas est maris Euxini.

Nisi hostes opportuni] Verba sunt ex epistola Regis Mithradatis, quæ videtur ferè tota translata ex oratione Corcyræorum ad Athenienses apud Thucididem libro I. Ad hunc autem locum facit, quod habetur in Bello Iugurthæ: Cauere tamen oportet ne cubi hostis opportunus fieret. Paullo pòst in eadem epistola videntur mendosa illa, decem millibus talentorum; nam ex Liuio, & Appiano in libro Syriaco, legendum est, Quindecim millibus talentorum. Liuij verba sunt hæc ex libro XXXVII. Asiaque omni, quæ cis Taurum est, decedite: pro impensis deinde in bellum factis, quindecim millia talentûm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia & quingenta, cùm Senatus populusque Rom. comprobauerint, mille deinde talentûm per duodecim annos. Item paulo pòst pro eo quod in vulgatis est: Initio prodidere Antiocho, pacis mercede post habita, custodi agri captiui, &c. v. c. habet: Initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captiui, &c. quæ lectio consideranda. Nam quæ sequuntur verba, simulatoque impio testamento, &c. omnino ad Attalum pertinent: De cuius testamento, vt omittamus multos scriptorum veterum locos, proferemus vnum tantùm Porphyrionis manuscripti,

apud

apud quem ita habetur in Horatij versu ex Ode XVIII. libro II.

——— *Neque Attali*
*Ignotus heres regiam occupaui.*

Attalus Rex Asiæ, Pergami regnauit, cuius hereditatem Pop. Rom. accepit. Dicendo autem, heres occupaui, suspicionem dat, qua existimemus, falso testaméto Romanos hanc sibi hereditatem vindicasse, &c. De Aristonico autem variant inter se veteres Historici non parum. Nam Liuius epitoma lib. LVIII. Eumenis Regis filium dicit, & item Iustinus libro XXXVI. qui non iusto matrimonio, sed ex pellice genitum scribit. At Florus, regij sanguinis ferocem iuuenem appellat. Pomponius verò Lętus auctor recens, Eumenis nepotem tradit. quod placet, si veteris historici auctoritate nititur. Rursus Eumenem alij edunt Attali patrem, alij patruum. vt in tanta Historicorum varietate, fortasse locus sit aliquid suspicandi de mendo vulgatæ lectionis.

Postremò totam Bithyniam] Hæc quoque sunt ex eadem epistola. Sed vox, totam, non est in vv. cc. in quibus ita leguntur ea, quæ sequuntur paullo pòst: Cretenses solos omnium liberos ea tempestate, & Regem Ptolemæum. Item in vv. cc. paulo pòst habetur: Ptolemæus in diem, siue vt in alijs libris est, in dies, bellum prolatans, &c. Sed lectio vulgata, Ptolemæus diem belli prolatat, &c. non displicet, nam suprà habetur: Mithradates diem bello circumspicit.

Cum exercitu in obsidione moranti] Hæc quoque sunt ex eadem epistola. Sed in vv. cc. pro obsidione, scriptũ est, obsidio; qua voce suprà lib. I. Historiarum vsus est Sallustius citante Festo Pompeio. Paulo pòst videtur legendum: Neque quicquam à principio nisi raptum habere, &c. non partum. Nam verbum, coniuges, non aliò, quàm ad raptum Sabinarum refertur. Galgalus etiam apud Tacitum in vita Agricolæ,

Rapto-

Raptores orbis appellat Romanos. Illudq. Virgilij, viuere rapto, huc spectat. legendum autem sine nota distinctionis, vt in vv.cc.illa, conuenas olim sine patria.

Trahant, excidantque, omniaque & maximè regna, hostilia ducant] Hæc verba ex eadem quoq. epistola, ita in vv.cc. leguntur: Trahant, excidant, omniaque non seruia, & maximè regna, hostilia ducant. Quæ lectio non displicet; nam paulo suprà dixit: Me, quia fama erat diuitem, neque seruiturum esse, per Nicomedem bello lacessiuerunt. Paulo pòst Faernus legebat: Regnum Persidis inclutum diuitijs, non, inclytis. Item in vv.cc.est: Quod haud difficile est, pro eo quod vulgò legitur, quod difficile non est.

Si tu Mesopotamia, &c.] Totus hic locus ex eadem epistola sic habetur in v.c. qui est apud me, Si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgrediemur exercitum sine frumento, sine auxilijs, fortuna, haud nostris vitijs adhuc incolumem, &c. Hoc tantùm nos mutauimus, vt cùm in v.c. sit, aut nostris vitijs, nos ex coniectura fecimus, haud nostris vitijs; quod positum videtur pro eo quod est, nostra culpa, vel secordia. Exercitum autem intelligit Romanorum. Paulo pòst in eodem v. c. habetur: Neu malis pernicie nostra tuam prolatare, pro eo quod vulgò legitur, neu malis pernicie nostra tuum imperium prolatare. Veteris autem scripturæ sententia est, Arsacem perniciem suam prolatare tantisper, dum Mithradates vincitur, quo superato, ipse quoque casurus sit.

Naues codicariæ] Festus in epitoma: Caudicariæ, inquit, naues ex tabulis crassioribus factæ. At in veteri inscriptione, CODICARI NABICVLARI INFERNATES: Item: CODICARII NAVICVLARII ET QVINQ. CORP. NAVIGANTES. Videndus Seneca in Commentario de vitæ breuitate, vbi de Cladio Caudice. & Varro de vita populi Ro. lib. III. apud Nonium, qui citat locum Sallustij; nam habet: Quod antiqui plureis tabulas

bulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naues codicarias appellamus.

Qui prætergrediebantur equites Cataphracti] Huc pertinet alterum Salluſtij fragmentum, quod eodem loco Seruius profert his verbis conceptum: Equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant, &c. Ex quo loco ſatis apertè Seruius docet, Cataphractos equites eſſe, qui & ipſi ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Videndus Tacitus lib. XVII. Vbi de Cataphractis ait: nobiliſſimo cuique tegmen ferreis laminis, &c. & Liuius lib. XXXV. cuius verba ſunt: Equitum mirabilem vim traijci Helleſpontum in Europam partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo vtentes.

Ad menſtrua ſoluenda montem aſcēdunt] Tacitus lib. XXI. de Aſphalte: Fugit cruorem, veſtemq. infectam ſanguine, quo feminæ menſes exſoluunt.

Simul eos, & cunctos iam inclinatos, &c.] Videndum an legi poſſit: Cunctos iam inclinatos laxitas loci, & plures cohortes, &c. pariter arces inuadunt.

Hi locorum perigrinari, &c.] Fortaſſe legendum, Quòd inopia ſcutorum fuere, ab ea arte, &c. Quod autem ſequitur fragmentum (de pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant) videtur coniungendum cum eo, quod citat Seruius: Vtrunq. ita concinnari ſimul poteſt: Lucani de vimine facta ſcuta corijs tegebant, quæ de pecore recens detracta, quaſi glutino adhæreſcebant; nam vox, coria, hîc abundat.

In quis notiſſimus quiſq. &c.] Videtur legendum: Aut mulcato corpore, in prora patibulo eminens affigebatur, &c. Nam hoc in nauibus factum eſſe vel ex eo conſtat, quod ait, aut malo dependens verberabatur. Mulcato verò corpore dixit alibi, & item Tacitus lib. I. cùm ait: Magna pars nudo, aut mulcato corpore.

# NOTÆ AD LIBRVM QVINTVM HISTORIARVM.

LEGIONES Valerianæ comperto,&c.] Ita locutus est Tacitus lib.xi.cùm dixit. Comperto quoque Græcam litteraturam non si nul captam,absolutamque.& lib 1.Cęcina comperto vanam esse formidinem. Item Liuius lib. xxxi Saris comperto Ordiæam petituros Romanos & Sallustius ipse superiore fragmentò dixit: At Lucullus,audito Q.Marcium Regem Procos.

Regem auersabatur] Sic Tacitus lib.xx. Vulgus aduersari Regem,inuidere Ægupto,sibi metuere.

Ceteri negotia sequebantur] Videtur legẽdum: Ceteri negotia exsequebantur. Quomodo notauimus suprà ad fragmentum lib. iii. Scribendum esse vbi est: Cunctiq.omnium ordinum munia exsequi. & in bell. Catilinę sic dixit; Cetera multitudo cõiurationis suum quisque negotium exsequebatur.

Et vxori eius frater erat] Sic suprà in bell. Iugurthæ dixit: Liberis eius auunculus erat,& Tacitus libro iv. Asinius Gallus,cuius liberis Agrippina materitera erat. Sic enim apud Tacitum legendum videtur, non vt in vulgatis editionibus,liberorum.

Sepe celebritatem nominis intellego timentem] Videndum an legi debeat: Sed te celebritatem,&c.

# NOTÆ AD FRAGMENTA INCERTI LIBRI.

POMPEIVS oris improbi] At de Pompeio dixit Plinius lib.vii.cap.xii. Illud os probum reddentes,eodemque modo Sallustius suprà: Illius probi oris & venerandi.

Exerci-

Exercitum argento fe.it] Simili modo dixit Tacitus lib.v. Ac mittit qui auxilia mercede faceret.

Et vobis genius hic deos Penates meos] Verba sunt ex oratione C. Cottæ Sed in v.c. qui est apud me, pro, vobis genitus, est, bis genitus; quod non displicet; nam infrà dixit: Vos Quirites rursus mihi patriam, Deos Penates, cum ingenti dignitate dedistis. & Cicero lib. III. ad Atticum, diem quo ab exilio reuocatus est, natalem suum appellat, cùm ait: Natalem diem reditus mei, cura vt in ædibus tuis amœnissimis agam tecum.

Cùm omnia memorata apud Inferos supplicia] Ex eadem oratione hæc quoque sunt. Sed v.c meus habet: Quin omnia, &c. & paullo pòst ex fragmento inferiore videtur legendum: Caninam facundiam, non, callidam facundiam. Nam Nonius in Raubla sic citat id fragmentum quod modò indicauimus: Sallustius, inquit, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. Columella in operis præfatione: Sed ne caninum quidem, sicut dixere veteres, studium præstantius, locupletissimum quemque ad latrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso Foro latrocinium? Isidorus de summo bono lib. III. cap. LX. quid sit canina facundia, docet, cùm ait: Antiqui Forensem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eò quòd causidici in certaminibus causarum, omissis quæ agunt, veluti canes, alter alterum sese lacerant, iurgiaque causarum ad iniurias suas commutant. Prudentius in Hamartigenia:

*Inde canina Foro latrat facundia toto.*

Videnda quæ infra notauimus ad fragmentum canina, vt ait Appius, facundia exercebatur,

Qui victus cum illa simul] Verba sunt ex eadē oratione, pro quibus v.c. habet: queis victus. & post, pro eo quod vulgò legitur, Ita classe, qua commeatus vehebatur, habet, ita classe, quæ commeatum conuehe-

bat; vt illud, ita, pro, præterea positum videri possit. Deinde in v.c. est: Agite vt monet ira, & supplicium sumite, &c. non vt in vulgatis: Agite vti libet, & ita supplicium sumite. Item in eodem v. c. sic leguntur quæ paulo post habentur: Neque mox ingenuo corpori honestius, quàm pro vestra salute finem vitæ fecerim, &c. nam vulgò malè legitur, fecerit. In extremo orationis hæc verba ita ponuntur in eodem v.c. Nam talem honorem bonus nemo volet, cùm fortunæ, & maris, & belli ab alijs acti ratio sit reddenda. nam in vulgatis editionibus est, & pacis, pro eo quod est in manuscripto libro, & maris.

Et Marius victus duplicauerat bellum] Sic Tacitus lib. xv. Audita, inquit, interim per Gallias Germaniasque mors Vitellij duplicauerat bellum.

Fugam nostris fecere] Placeret magis, Fugam nostri fecere. Simili pænè modo prolatum est illud in Bello Iugurthæ: Post Auli fœdus, & exercitus nostri fœdam fugam.

Quò cupidius in ore ducis] Tacitus lib. xix. Iulianus ad Vitellium productus, & vulneribus fœdatus in ore eius iugulatur. Sed in Bello etiam Iugurthæ Sallustius ita locutus est.

Ventis per caua terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere] Huc fortasse pertinet fragmentum, quod supra lib. iv. habetur ex Nonio: Atq. hiauit humus multa vasta & profunda. Nam Sallustius agebat hîc, vt apparet, de ingenti quodam terræ motu, & fortasse de eo, de quo Athenæus facit mentionem lib. iii. ex historijs Nicolai Damasceni, in quibus scriptũ erat: Ἀνεκάνησαν περὶ τὴν χῶραν αὐτῶν λίμναι τε αἱ πρόσθεν οὐκ οὖσαι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλλαι πηγαὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνεωχθεῖσαι. Ad Sallustij certè locum respexit Tacitus, cùm dixit de terræ motu quodam lib. ii. Neque solitum in tali re effugium subueniebat in operta prorumpendi, quia deductis terris hauriebantur, sediſſe immensos montes,

tes, visa in arduo quę plana fuerant, effulsisse inter ruinam ignes memorant.

Saguntium] Huc possunt referri, quæ refert Hieronymus in Commentario Abacuc, cùm ait: Crispus loquitur in historia: Saguntini fide atque ærumnis inclusi, per mortalium studium maiores, quàm opibus: quippe qui etiam tum semiruta mœnia, domus intectæ, parietesque templorum ambusti, manus Punicas ostentabant.

Immodicus animi] Tacitus lib. XVII. huc respexit, cùm dixit: Corpore ingens, animi modicus.

Insolens vera accipiendi] Hoc quoque ex Sallustio accepit Tacitus, cùm dixit lib. XV. Audiendi quæ faceret, insolens erat.

M. Atilius Palicanus humili loco] Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Rostra expressa sunt cum titulo, PALIKANVS, quod is Trib. pl. cùm esset, Tribuniciam potestatem auctore Pompeio restituerit, vt scribit Asconius Pædianus & alij. A nobis tamen cognomen Palikanus Lolliæ familiæ tributum est in libro de familijs, & fortasse non ita rectè.

Septimium, neque animo, neque lingua satis compotem] Huc pertinent illa, quæ habentur suprà: Neque auribus, aut lingua competere. Ad quæ respexit Tacitus, cùm dixit lib. III. Oppidani neque auribus neque oculis satis competebant. & lib. XIX. Trepidus miles, dux segnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.

Vulgus amat fieri] Simile illud est, quod suprà habetur: Quæ ita fieri amat. Seneca lib. de consolatione ad Marciam cap XVI. Nullum, inquit, amat frustra cadere telum, quod in confertum agmen immissum est. Sic enim legitur hic locus in v. c.

Cicero caninâ facundiâ, vt Appius inquit, exercuit] Videnda quæ supra notauimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutauimus callidam facun-

diam,in,caninam facundiam. Lactantius lib. VI. cap. XVIII. ad hoc fragmentum respexit, cùm scripsit: sed quia ipse caninam illam facundiam,sicut Sallustius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more viuere,vt remorderet lacessitus.Hieronymus in epist.ad Augustinum: Sed incidit,inquit, tempus difficillimum, quãdo mihi tacere melius fuit, quàm loqui ita,vt nostra studia cessarent, & iuxta Appium,canina exerceretur facundia. &c. & aduersus Luciferianos: Proximè accidit, vt quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesiæ alumno, odiosa loquacitate contendens,caninam facundiam exercuerit.

Magna gloria Tribunus militum in Hispania. T. Didio imperante, &c.] Suspicor scribendum esse T. Didio Imp. vt habetur in argenteo Didij huius denario, in quo T. DIDI. IMP. descriptus est, licet Plutarchus habeat ὑπὸ Διδίῳ στρατηγῷ,quod esset,Didio Prætore. Videtur autem librarius illud IMP. quod erat IMPERATOR,vertisse in verbum,Imperante. Quæ verò sequuntur, ita legenda putamus: Multaque tum ductu eius curata, primò per nobilitatem, deinde per inuidiam scriptorum celata sunt,&c.Paratu verò militum & armorum vsurpauit. item Tacitus libro XVII. cùm dixit. Igitur nauium, militum,armorum paratu strepere prouinciæ.& in vita Agricolæ:Paratu magno, maiore fama, vti mos est de ignotis, oppugnare vltrò castella adorti.

Mare Ponticum dulcius quàm cetera] Sic locutus est Tacitus,cùm dixit: Quanto violentior cetero mari Oceanus. Ad hunc autem locum videtur respexisse Isidorus,cùm ait libro XIII. cap. XVI. de sinu Pontico: Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quàm cetera,nebulosumque, & breuius est, &c. & fortasse totum ferè caput ex Sallustio descriptum est.

Rebus suprà votũ fluentibus] Tacitus lib XIX. Sallustium imitatus,dixit: Cunctis supra vota fluentibus.

Impe-

Impediebant iussa nautarum] Videtur Tacitus huc respexisse lib. II. cùm ait: Miles pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestiuè iuuat, officia prudentium corrumpebat.

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit] Huc respexit Tacitus lib. XII. cùm scripsit: Quippe Byzantium fertili solo, fecundoque mari, quia vis piscium in Pontum erũpens, & obliquis subter vndas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.

Grauiori bello, qui prohibituri venerant, soci frigere] Videndum an legi possit, afflixere, vel potius, fugere.

Cui nomen obliuionis condiderant] Videtur legendum, indiderant. Nam de Lethe flumine Hispaniæ loquitur, quem Strabo libro III. appellat Limium, & de quo Mela dicit, cui obliuionis nomen est Limio.

Morbi graues ob inediam insolita vescentibus] Sic legendum; nam Tacitus habet: De obsidione cunctantibus, solita insolitaque alimenta deerant. Videndum autem an ad hæc fragmenta addi possit illud, quod ab Ambrosio citatur epist. ad Marcellinum. V. Breui, inquit, multitudo diuersa atq. vaga, concordia ciuitas facta erat, &c. Nam paulo antè, nominatur Sallustius; vt ad eum hæc quoque referri possint.

## NOTÆ AD SALLVSTII EPISTOLAM I. AD C. CÆSAREM DE REP. ORDINANDA.

POPVLVS R. antea obtinebat regna, &c.] Placet lectio veterum librorum, in quibus est: Populus R. pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, &c. Sed cùm in aliquibus vv. cc. Fortuna scriptum sit mendosè, pro eo alij fecerunt, Fortunæ dono dari.

Fabrum esse suæ quenq. Fortunæ] vv. cc. Fabrũ suæ esse quemq. Fortunæ. Huc autẽ respexisse videtur Livius, cùm de Catone dixit lib. xxxix. In hoc viro tanta vis animi, ingenijq. fuit, vt quocunq. loco natus esset, fortunã sibi ipse facturus videretur. Plautus Trinúmo: Nam sapiẽs quidem pol ipse sibi fingit fortunã suam.

Post alius alium] Placeret magis, alius post alium. vel, post alium alius; vt in bello Iugurthæ: Deinde ab eo magistratus alium post alium sibi peperit. Itẽ: Rursus alijs post alios minitari.

De te ipso primùm, quia compositurus es, quod optimum factu est] vv. cc. habent, qui ea cõpositurus es, quid optimum, &c. Vidẽdum item an, optimũ factum scribi debeat, pro, optimum factu. Sic enim locuti sunt veteres scriptores. Seneca de vita beata, cap. ii. in v. c. Quamuis, quid optimum factum sit, non quid vsitatissimum. & Sallustius ipse in Bell. Iugurthæ: Quare optimum factum quidem tibi, &c. Sic enim est in vv. cc. Item Cicero in Catil. i. vt est in v. c. Ego si hoc optimum factum iudicarem. & Plautus Aulularia in v. c. Hoc mihi factum optimum est, &c.

Eam vitam bellum æternum & anceps gerere] Vox, vitã, abundat, vt videtur, legendúmq. puto: Eũ, bellum æternũ gerere, &c. vel retẽta etiã voce, anceps, si placet.

Plebem Romanam in Villa Publica pecoris modo conscissam] De Villa Publica, videnda quę notauimus ad denarium familiæ Didiæ & Fonteiæ. Modo autem pecoris dixit, quod suprà, more pecorum. & lib. ii. histor. Ceteri, inquit, vice pecorũ obtruncabantur. Tacitus lib. xii. Modo pecorũ barbari trahebantur. & Liuius lib. xl. Modo pecorum fugientes per saltus inuios consectati cecidẽrũt. Sed apud Sallust. hoc loco non est necesse mutare, pecoris, in, pecorũ, cũ ipse alibi dixerit, bonus pecori ager & Cæsar item, Magna vis pecoris.

Et finem sumptuum statueris] Copula, &, videtur abundare.

Neque

Neq.quiſquam te ad crudeles pœnas,aut acerba iudicia inuocat]Hoc ſimile eſt illis,quæ ſuprà habentur: Ne vos ad virilia illa vocem. Tacitus lib.xvii.Cùm neque ad bellum vos,neque ad periculum voco.

Nec immeritò ciues patria expellerentur] v.c.meus habet:Ne meritò,&c.vt ſit; Ne ciues ea cõmittant, ob quæ meritò patria expellantur. Sic enim magis placet quã,expellerẽtur;& fortaſſe illud,cõſuluiſſe, abundat.

Pecuniæ vſum atq.decus adẽpſeris]Ita eſt in v.c. & ita Salluſt.dixit infrà: Verùm ſi pecunię decus adẽpſeris.Itẽ: Ergo in primis auctoritatẽ pecuniæ demito,&c paulo pòſt v.c. habet, clari viri,non clariſſimi viri.

Quæ res populos,nationesq. magnis auctoribus auxiſſent]v.c.habet,Quæq.res, &c.Sed pro auctoribus, videtur omnino ſcribẽdum, auctibus,vt ex locis,quos hîc adducam,intelligi poterit. Liuius lib.xxix.Eaq.vos omnia benè in vobis,bonis auctibus auxitis. & lib.iv. Cuius rei præmiũ ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. Tacit.lib.xvii. Tiberis immenſo auctu,prorupto ponte ſublicio,&c. & lib.xx. At ciuilem immenſis auctibus (ſic enim legendum ibi, non,actibus)vniuerſa Germania extollebat, ſocietate nobiliſſimis obſidum firmata.

Eamque ſignis, aulæis aliiſque operibus exornare] v.c.non habet copulam,que.

Nequaquam eo poſtea hebeti & claudo pro exercitio]v.c.habet: Nequidquam eo poſtea hebeti & claudo pro exercito, &c. Vt fortaſſe legendum ſit, præ exercito vti volunt,&c.

Vti,quæ tibi placuerint, ea Dij immortales approbent,beneque euenire ſinant] Sic in epiſtola ſequenti: Ceterùm Deos immortales obteſtor, vt, quocunque modo ages, ea res tibi, reique publicæ proſperè eueniat. Liuius lib.vi. Harum omnium rerum cauſa,vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare,

# NOTÆ AD EPISTOLAM II. DE REP. ORD.

SED per ceteros mortales] v.c. habet: super ceteros mortales, &c. Videtur autem legendū: Sed præter ceteros mortales, &c. nam suprà eadem vsus sententia, dixit: Atque in te maximè, qui tātùm alios prætergressus es, &c. Vnde videtur paulo suprà alio item loco scribendum: Quibus præter ceteras gētes maximi & clari estis, &c. non, per ceteras gentes. Hæc autem epistola, quantum conijcere possumus, ad Cæsarē scripta est antequam in Hispaniam cōtra Petreium & Afranīū profectus esset.

Nihil tam ex alto reperiri posse] Quid si legamus? ex alto repeti posse. Virgilius Æneid. Quid causas petis ex alto?

Quæ dicam de summa reip.] v.c. habet, de summa Rep. & ita veteres scriptores locuti sunt. Virgilius Aeneid. 11. Quo res summa loco Panthu? Ennius & alij.

Ceteros beneficio, quā metu retinere maluit] Huic sententiæ simili est Terentiana illa in Heautontimor. Act 1. Pudore ac liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu.

Et bonis & malis rebus ea creatur] Videtur sine dubio, pro, rebus, scribendum, rationibus; nam peccatum librarij agnoscimus ex, rationibus, in, rebus. Sic Cato dixit agrum bonis & malis rationibus colendum. & Metellus apud Agellium lib. 1. cap. VI. Quid ergo nos à dijs immortalibus diuinius expectemus, nisi malis rationibus finē facimus. Cicero pro Rabirio Postumo dixit, Augere rem bonis & honestis rationibus. Idem error irrepsit in librū 1. Cęsaris de Bel. Ciuil. in quo est: Tamen omnibus rebus in eo perseuerandum putabat. cùm, pro, rebus, debeat legi, rationibus, vt ad eum locum notauimus.

FINIS.

# NOTÆ
## AD LIVIVM
### AD LIB. I.

FETIALIS erat M. Valerius. is Patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillosque tangens, &c.] Posset aliquis suspicari ex versu Virgilij, qui habetur libro XII. Æneid.

*(Velati lino, & verbena tempora vincti)* posset apud Liuium legi, tegens, pro eo, quod vulgò legitur, tangens. Nos tamen non improbamus receptam lectionem, quæ fortasse obscuro aliquo antiquitatis testimonio confirmatur.

Nec mirari oportet, hûc ordinem, qui nunc est, post expletas quinq. & XXX. tribus, duplicato eorum numero, centurijs iuniorum, seniorumque ad institutam ab Ser. Tullio summam non conuenire, &c.] Locus est obscurissimus, ad cuius intelligentiam libet hîc Octauij Pantagathi totam de centurijs opinionem proferre, quam Antonius Augustinus à se accuratè olim litteris mandatam, ac his planè verbis descriptam ad me misit. Explicat, inquit, Liuius paucis, quid comitia centuriata Tullij ab ijs, quæ Liuij tempore habebantur, differrent. ea differentia notior fuit ijs, qui eodem tempore vixerunt, quàm nobis, qui non solùm comitia Liuiana, sed & ipsos annales Liuij, & Liuium in Liuio desideramus. vsq. eò perierunt scripta veterum, & ea, quæ exstant, malè accepta à librarijs sunt. vt hoc nescio quid, quod scimus, multis teneamus in tenebris. Sed hoc primùm in his verbis agnoscere videmur, differre illa comitia à posterioribus, quòd post expletas XXXV. tribus, alia summa confecta sit, non LXX. centuriarum in omnibus classibus, aut in duabus classibus, vt ex Philipp. II. Ciceronis non nemo suspicabatur; sed in sin-

in singulis classibus. Sic videtur dicere eam summam centuriarum Tullianarum duraſſe, quoad xxxv. explerentur. Additque (Quadrifariam enim vrbe diuisa regionibus, collibusq; quæ habitabãtur partes, tribus eas appellauit, vt ego arbitror, ab tributo: nam eius quoq; æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæ tribus ad centuriarum distributionem, numerumque quicquam pertinuere.) Ex his verbis tribus vrbanas quattuor à Ser. Tullio institutas elicimus: de rusticis mirum silentium. originem nominis à tributo, quæ parum grata est; cùm alia sit potior à numero trium antiquiorum Ramnensium, Titiensium, & Lucerum. Sed quod postremum est, maximè quærebam; eas tribus regionibus & collibus diuisas, non vt alias hominum genere, & nationibus nihil ad Seruianam centuriarum distributionem, & numerum pertinuisse. nam post expletas xxxv. tribus pertinuerũt, tum ad centuriarum distributionem, tum ad numerum. dixerat enim prius duplicari numerum xxxv. tribuum centurijs seniorum, & iuniorum; ita summam effici aliam. Nam vt in libro de legibus dictum à nobis est, prima classis constat xxxv. centurijs equitum, xxxv. iuniorum, totidem seniorum peditum centurijs. Secunda classis totidem habet seniores pedites, atque iuniores; equites nullos habet. Sic tertia, quarta, & quinta. Fiunt centuriæ CCCLXXXV. Singulæ centuriæ distinguuntur nominibus tribuum: est enim, vt Cicero ait in Planciana, centuria pars tribus, binæ enim centuriæ peditum sunt in singulis classibus, vnà equitum in prima classe ex singulis tribubus. Quòd si quis etiã equites existimat in seniores, & iuniores diuisos fuisse: tum LXX. equitum centuriæ fuerint necesse est, & numerus omnium centuriarum CCCCXX. Sed siue hæc summa fuerit, siue superior: verè à Seruiana summa longè differret. Nomina singularum centuriarum nominibus tribuum explicare possumus. vt enim apud Liuium inuenimus

uenimus lib. xxvii. Galeriam iuniorum, centuriæ nomen fuisse, quæ prærogatiua fuerit centuriatorum comitiorum; & lib. xxvi. Veturiam Iuniorum, quæ habuerit alios seniores, cum quibus consuluerit; hoc est, centuriam eiusdem tribus, & classis Veturiam Seniorum dictam: Sic facilè persuasi sumus, omnes centurias ita appellari. Primæ classis Palatina equitum, quæ si duplex fuit, Palatina Equitum Seniorum, Palatina Equitum Iuniorum, item Peditum Palatina Seniorum, Palatina Iuniorum. Sic Suburana Equitum, &c. Sic ceteræ ex tribuum nominibus. Secundæ autem classis item peditum Palatina Seniorum, Palatina Iuniorum, Suburana Seniorum, Suburana Iuniorũ, &c. Sic tertiæ, quartæ, quintæ classis. Vides hac ratione tribus ad comitia centuriata posterioris temporis pertinuisse, ad prioris non pertinuisse, vt Liuius ait. Hac etiam de caussa sæpe centuriæ tribus appellantur, vtpote tribus, vt diximus, partes. Cicero in secunda agraria. (Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus; neque singulæ voces præconum, sed vna voce vniuersus populus R. Consulem declarauit) Sic & prærogatiua centuria, & ceteræ iure vocatæ tribus sæpe appellantur. Nam Ciceronem non tributis comitijs Consulem, sed cẽturiatis factum esse, apparet ex illis verbis orationis post reditum in Senatu. (Vt eædem centuriæ, quę me Consulem fecerant, consulatum meum comprobarent.) De prærogatiuis Asconius videndus lib. ii. in Verrem. In Liuio tempus mutationis comitiorum requirimus, & quia decem libri desiderantur, in quibus hæc fortasse dilucidè fuerunt explicata, excusationem accipimus. præsertim cùm credamus illis temporibus expletas fuisse quinq. & triginta tribus. nam duabus ex Floro didicimus adiectas eo tempore esse. neq. quod alio loco dicitur, expletas esse xxxv. sed xxv. putamus, vt Sigonius rectè putat. Cur autem dicemus, & prętogatiuæ, & tribuum

buum feciſſe mentionem in his eiſdem decem libris, qui extant? memoriæne peccatum, an librariorum erratum eſſe? Verba Liuij ſunt lib. v. anno V.C. CCCLVI. ſi faſtos Capitolinos ſequimur. Haud inuitis patribus P. Licinium Caluum prærogatiua Tribunum militum non petentem creat.) & mox. (Qui prius, quàm renuntiarentur, iure vocatis tribubus, permiſſu Interregis, P. Licinius Caluus ita verba fecit.) Sigonius, prærogatiuæ, ego prærogatiua ſcribo, ſed creat, non, creant. Idem lib. x. (Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium conſenſu deſtinaretur: eumq. & prærogatiuæ, & primo vocatæ omnes centuriæ Conſulem cum L. Volumnio dicebant.) Hæc anno DLVII. Prærogatiuæ ius obtinuiſſe primã claſſem exiſtimo pro veteri iure; quo ſi variatum non eſſet ab equitibus, & primę claſſis centurijs, id fiebat, quod illi ſtatuiſſent, cùm conſtarent ex pluribus centurijs Dionyſio teſte. At immutato numero centuriarum, ne prima quidem, & ſecunda claſſis id obtinerent. Quamobrem in comitijs conſularibus de Dolabella hęc verba Ciceronis ſunt in nobiliſſima oratione Antoniana ſecunda. (Ecce Dolabellæ comitiorũ dies: ſortitio prętogatiuę, quieſcit; renũciatur, tacet. Prima claſſis vocatur; renuntiatur: deinde vt aſſolet, ſuffragatũ ſecunda claſſis vocatur. quæ omnia citius ſunt facta, quàm dixi. confecto negotio bonus Augur, Lælium diceres, alio die, inquit.) Ad ſecundã claſſem venire neceſſe non fuerat, ſi nulla varietas erat in ſuffragijs, vt Liuius diſertè ſcripſerat. Verbum ſuffragatum nos primi ſcribendum eſſe Paulo Manutio noſtro conſulenti reſpondimus. Prius enim obſcurè, atque adeò turpiter ſcriptum fuerat, (deinde vt aſſolet, ſuffragia. Tum ſecunda claſſis vocatur) in quo, iure ſe Gruchius torſit. neque enim poterat excogitare apta ſuffragia poſt renuntiationem ſuffragiorum primæ claſſis, ante vocationem ſecundæ. Fuiſſe autem claſſes quinq. eodem tempore, conſtat ex fragmentis hiſtoriarũ. C. Salluſtij

Iustij Crispi, sic enim ad C. Cæsarē amicus dixisse fingitur. (Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurdè placet lex, quam C. Gracchus in Tribunatu promulgauerat, vt ex confusis quinque classibus sorte centuriæ vocarentur.) Tollebat Gracchus prærogatiuam primæ classi, & classium ordinem, ne in optimatum potestate centuriata comitia essent. Semper enim iure vocatæ centuriæ sequebantur prærogatiuæ suffragium; vt Cicero refert. Quòd si prærogatiua non erat primæ classis, non consuleret hac lege C. Gracchus plebi, cùm ex sorte prærogatiuæ penderent tota comitia, si tolleret prærogatiuam alijs classibus. In prima verò classe tum equites erant, tum patricij, & Senatores ditissimi quique; is enim erat maximus census. Plebeij paucis exceptis in alijs classibus censebantur. Maximum argumētum ex nomine centuriarum à Liuio relatarum sumo; vt credam id primæ classi concessum, vt ex eius tantùm centurijs sortitio prærogatiuæ fieret; non enim Liuius adiecit, cuius classis esset Galeria Iuniorum, aut Veturia Iuniorum; propterea quòd certum erat esse primæ classis, quæ prima vocabatur. Hoc igitur existimo datum primę classi, pro veteri iure, quo vis omnis suffragiorum in centurijs equitum, & peditum primæ classis, si non variaret, consisteret. Similis locus superioribus, in quibus Liuius non videtur temporis habere rationem, est lib. VI. (Tum vt bellum iuberent, latum ad populum est, & ne quicquam dissuadentibus Tribunis plebis, omnes tribus bellum iusserunt.) Dicendum erat omnes centuriæ: aut omisso verbo tribus, omnes iusserunt. Cupio etiam lib. XXIV. mutare Liuij verba, vt addatur tertium nomen centuriæ cuiusdam prærogatiuæ, sic enim scriptum est. (Eo die cùm sors prærogatiuæ ante iuniorum exisset; eaque T. Otacilium, & M. Æmilium Regillum Cos. diceret.) pro, ante, scribo, Anien hoc est, Anienses. Item proxima pagina. (Iterum prærogatiua suffragium init.)

non

non, Interim. Quod verò libro XXVI. de Veturia Iuniorum, & Veturia Seniorum dicitur, mutatum vidimus in quibusdam libris in centuriam Iuniorum, & Seniorum, non rectè. Sic etiam Grucchius in mendosum librum incidisse visus est, cùm multa præclarè de comitijs absoluisset. Addo titulum statuæ Vespasiani temporibus statutæ à tribulibus Suburanæ Iuniorum, cuius verba hæc sunt:

PACI. AETERNAE
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS AVG.
LIBERORVM. Q. EIVS
SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR
DEDIC. XV. K. DEC.
L. ANNIO. BASSO
C. CAECINA. PAETO. COS.

In hac basi scripta sunt nomina multorum ciuiũ Romanorum per centurias quasdam diuisa. nomina centuriorum hæc sunt.

TI. CLAVDI. NICIAE
D. ROETI. SECVNDI.
CN. POMPEI. PELATIS
C. CORNELII. SVCCESSI
L. RVBRI. SECVNDI
TI. IVLI. PRIMIGENI
M. CAELI. LESBI
SEX. IVVENIS

Idem Liuius lib. XLIII. ita scribit. (Prior Claudius causam dixit: & cùm ex XII. cẽturijs equitum VIII. Censorem cõdemnassent, multæque aliæ primę classis: extemplo principes ciuitatis in conspectu populi, anulis aureis positis, vestem mutarũt.) Locus est valdè mendosus, neq. enim tanta vmquam penuria equitum fuit. Scribo igitur sic. (& cùm XIIX. centuriæ equitum Censorem

sorem condemnassent.) De illis Liuij verbis considerandum est, quid sit, quod ita scripserit lib. XL. in censura M. Æmilij Lepidi, & M. Fuluij Nobilioris an. verbis DLXXIV. (Mutarunt suffragia; regionatimque generibus hominum, causisque & quæstibus tribus descripserũt. Nam Cicero in centuriatis comitijs non ita multa descripta esse significat. Eius verba sunt lib. III. de legibus. (Ferri de singulis nisi centuriatis comitijs noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilij, quàm fusè in tribus conuocatus. Hoc etiam Censoribus dat in effecta lege. Populique partes in tribus describunto: ex in pecunias, æuitates, ordines partiunto.) Censu enim, siue pecunia distinguntur classes, item Senatorum, equitum, & peditum census, vt etiã ordinibus, quamuis in centuriatis comitijs non legi Senatores ab alijs distinctos, equites à peditibus distingui certum est. ætatibus Seniores. hoc est, maiores XLV. annis à iunioribus, hoc est, minoribus, item puberes ab impuberibus. Regiones fuerunt aut vrbanæ, de quibus P. Victor, & Sex. Rufus scripserunt, aut extra vrbem intra Italiam, de quibus Plinius scribit. Sed & tribuum diuisio est etiam regionũ diuisio, tam intra vrbem, quàm extra. quod & apud Gellium affirmat Lælius Felix. Cùm ex generibus omniũ suffragium feratur, curiata comitia esse. Cùm ex censu, & ætate, centuriata. Cùm ex regionibus, & locis, tributa. hominum autem scribo, vt apud Liuium, pro omnium. genera hominum non distincta locis, sunt curiales curijs triginta distincti, quæ distinctio personarum est, non ex loco, in quo ipsi vel maiores habitarunt, quamuis haberent loca, in quibus curiæ sacra fierent, vt etiam familiæ habebant sacra quędam gentilicia, certis in delubris, vel templis; non tamen loco sacrorum distinguebantur, sed personarum qualitate. genera etiam distingui putemus apud Liuium, si libertinos ab ingenuis separemus. nam li-

bertini olim in patronorum tribù, mox in vrbanis tantùm, tandem in vna tribu Esquilina suffragium tulerunt, vt idem ait lib XLV. causas & quæstus, quid appellet Liuius, non facilè dixerim: nisi quis præcones, fabros, tubicines, scribas, accensos, putat in suffragijs ferendis distinctos, vt aliquot ex his in Seruiano censu distinguebantur. Hactenus Ant. Augustinus.

Aruns Tarquinius, & Tullia minor, &c.] Ex Dionysio, & alijs. videtur legendum Lucius. non, Aruns, & ex ijs etiam, quæ apud Liuium sequuntur.

Enimuerò manifesta res visa] Placeret magis: Tum verò manifesta res visa.

## AD LIB. II.

Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum, omni sumptu ademptum priuatis, &c.] Locum sine dubio mendosum, docti viri restituere conati, magis, vt videtur, corruperunt. Nam illud concessum, quod est ab ipsis substitutum, non reperitur in vv. cc. in quibus item constanter non legitur vox, priuatis, &, ademptum, habetur, non, adempto, vt ipsi reposuerunt. Vt fortasse huius loci sententia sit, iniquum videri, pretio salē diuendi, quod nulla impensa in publicum veniret. id enim valet, impenso pretio, hoc est, nullo soluto pretio, vt Cicero etiam vsurpauit libro XIIII. epist. XII. ad Atticum, in qua sic est: Scribis enim esse rumorem, me, ad lacū quod habeo, vēditurum, minusculam verò villam vtiq. Quincto traditurum, vel impenso pretio, &c. Sed vt locus suæ integritati penitus restituatur, videtur necessariò repetenda extrema syllaba verbi publicum, vt ita totus locus legatur: Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum, cum omni sumptu ademptum, &c. omissa voce priuatis, quam diximus nō extare in manuscripto codice, qui est apud me.

Romæ tribus vna ex XXX. factæ] Videtur necessariò scribendum, vna & XX. nam lib. VI. Liuius scribit tribus

tribus additas fuisse quattuor. lib. VII. duas. lib. VIII. duas lib. IX. duas. lib. X. duas. lib. XIX. item duas. quæ numerum efficiunt Tribuum XXXV. alioqui Liuius parum verus, & sibi parum constans videretur. Numerus tribuum habetur in veteri inscriptione, cuius exemplum subieci:

IMP. CAESARI
DIVI. NERVAE. F
NERVAE. TRAIANO. AVG
GERMANICO. DACICO
PONTIFICI. MAXIMO
TRIBVNIC. POT. VIII.
IMP. IIII. COS. V. PP
TRIBVS XXXV
QVOD. LIBERALITATE
OPTIMI. PRINCIPIS
COMMODA. EARVM. ETIAM
LOCORVM. ADIECTIONE
AMPLIATA. SINT

Extat etiam apud me fragmentum tabulæ marmoreæ, in qua habebantur nomina tribuum, & numerus earum, & quibus locis, &c. cuius fragmenti exemplum est hoc:

NVMERVS. TR ....
QVIBVS. LOCIS ....
PAL. H. IIII. CLXXXXII ...
SVC. H. IIII. LXVIII. IN ..
ESQ. H. ∝θLXXVII. A ...
COL. H. CCCCLVII. I ...
ROM. H. LXVIII.
VOL. H. LXXXI.

AD LIB. III.

Tantum hostium non solùm intra muros est, sed in arce supra Forum, curiamque: comitia interim in Foro sunt: Senatus in curia est: velut cùm otium superat, Senator sententiam dicit, alij Quirites suffragium

ineunt,&c.]Ex hoc loco satis apparet, Forum Romanum ibi olim fuisse,vbi nunc est Nosocomium Beatæ Mariæ Consolationis,ad radices scilicet arcis Tarpeię: Comitium autem paullo suprà Curiam,qua parte Forum Romanum viæ sacræ iungebatur, vbi Cloacinæ Veneris signum colebatur, de qua paullo pòst ait Liuius,propè Cloacinæ ad Tabernas, quibus nunc Nouis est nomen.Nam de Tabernis Varro,sub Nouis,inquit,dicta,pars in Foro ædificiorum, &c. Confirmat hunc locum de Foro, Comitio, & Curia, Cicero pro P.Sestio,cùm ait: Cùm Forum, Comitiũ, Curiamque multa de nocte armatis hominibus occupauissent, &c.

Quòd autem in Foro prope Comitium, & Curiam fuerint Rostra,præter Rostra ipsa marmorea,eo in loco reperta, vbi olim Deæ Rumiæ Sacellum, nunc est Diui Theodori, vel hæc ex eadem oratione Ciceronis verba indicant satis apertè,quæ sunt de Q. Fratre scripta;Pulsus,inquit, è Rostris in comitio iacuit.

Non minore motu animorum cædis memoria renouata, quàm quem noua fama de Virginia adeo fœdè ad libidinem petita accẽderat]Videtur illud,quem, mutandum esse, in, quidem, vel omnino delendum. Numitorius verò, quem supra Liuius nominat, non is est,qui in argenteis,& æreis numismatibus L. NVMITORIVS dicitur,sed ex ea,vt videtur,familia.

Ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium] Illud, ne, non videtur satis vsitata forma prolatum. Itaque Octauius Pantaghatus pro ea particula, legebat,Ea nunc,vel,an nunc, vel potius, Nunc dulcedine semel capti ferant desiderium?

Et ab ijs qui creati essent, cooptari collegas iuberet] Videtur legendum:Vt ab ijs,qui creati essent,&c.

## AD LIB. IIII.

Euectus effreno equo]Plinius lib.de viris illustribus scribit, frena apud Romanos equitibus detrahi solita, ne qua spes reuocandorum equorum periculi vitandi causa relinqueretur. Anxur

Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt] v.c. habet, Terracenæ, vt in antiqua etiam inscriptione habetur, quæ ibi reperta est. & ita habet Porphirionis liber, qui est apud me vetustissimus, in quo ita scriptũ est: Olim Anxur dicebatur, vbi Iouem Anxurum colebant, cuius & Virgilius meminit, cùm ait: Iuppiter Anxurus arvis præsidet, &c. meritò autem reperimus, inquit Horatius, & impositum saxis, quoniam illis tẽporibus Terracenensis vrbs in altissimo monte erat, inde postea in æquiorem locum deposita est, vt non solùm sint adhuc vestigia ædificiorum in monte, sed & murorum, &c. IOVIS autem antiquè, pro IVPPITER, & AXVR, non Anxurus in argenteis denarijs Vibiæ Familiæ signatum est.

AD LIB. V.

Sed dijq. & homines prohibuere redemptos viuere Romanos] v.c. habet: Sed dij quoq. & homines, &c. vt legi possit: Sed dij quique & homines. Paullo pòst in eodem v.c. pro eo, quod in vulgatis editionibus habetur, quòd cùm in publico deesset aurum, &c. Scriptum est, quod cùm inde publico, &c. vt videatur fortasse legendum: quòd cùm de publico, &c.

AD LIB. VI.

Clariora deinceps certioraque ab secunda origine, &c.] v.c. haber, clariora deinde certioraque ob secundam originem, &c. Sed illud, ob, ex litura apparet fuisse, ad.

Eæque XXXV. tribuum numerum expleuere] Videntur hæc verba adiecta esse ab aliquo, qui non animaduertit infrà libro VII. à Liuio scribi, duas adiectas esse tribus, item totidem lib. VIII. item duas lib. IX. & duas præterea alias lib. X. quæ hac ratione numerum efficerent tribuum, non, XXXV, sed XLI. Vide quæ notauimus ad lib. I.

Et non contentus agrarijs legibus, quę materia semper Tribunis Plebis seditiorũ fuisset, idem moliri cœpit]

pit] Faernus postrema verba ex v.c. sic emendabat: fidem demoliri cœpit. acriores quippe, &c. nã primam litteram verbi, fidem, cùm librarius putasset digamma esse Æolicum, omisit, vt videtur; & fecit. idem, & pro, demoliri, scripsit moliri, omissa prima verbi syllaba, ob similem præcedentem vocis fidem.

Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint. Damnatum Tribuni, &c.] Faernus ita totum hunc locum legebat, interpungebatque. Sunt qui per Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint, damnatum Tribuni, &c.

An placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius quàm sortem creditam soluat, &c.] Faernus legebat, ni plus, quàm sortem creditam soluat, &c.

## AD LIB. VIII.

Palæpolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est. duabus vrbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi, Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. Classe qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maritima eius, quod accolunt, potuere. Primùm in insulas Ænariã, & Pithecusas egressi, &c.] Locus hic Liuij mirificè illustratur verbis Strabonis, quæ habentur lib. v. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν δὲ Νεάπολις Κυμαίων. ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς, καὶ Αἰναρίεων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. Cùm autem in vulgatis Strabonis codicibus, Ἀθηναίων mendosè legeretur, nos ex hoc Liuij loco, Αἰναρίεων, iampridem emendauimus. quam emendationem veram esse existimamus.

## AD LIB. X.

Etruriam rebellari ab Arretinorũ seditionibus motu orto nuntiabatur: vbi Licinium genus præpotens diuitiarum inuidia pelli cœptum] v.c. qui est apud me scriptus manu doctissimi viri, Poggij Florentini, habet, Cilnium genus, non, Licinium. Vnde videtur, tum hîc

hîc, Cilinium genus, scribendum esse, tum paulo post, Cilinio genere, non, Licinio, vt vulgò habetur, his planè verbis. Pacatam, inquit, ab Dictatore Etruriam esse, seditionibus tantùm Arretinorum compositis, & Licinio genere cum plebe in gratiam reducto, &c. Huius autem loci emendatio, ne, quem sua laude fraudemus, debetur Octauio Pantagatho, qui primus animaduertit, tum apud Liuium, qui fortasse Mæcenati hoc loco gratificari voluit, tum apud alios scriptores in nullo magis nomine librariorum vitio erratum esse, quàm in eo, quo C. Cilinius Mæcenas affectus fuit. Quem tamen Arretinum, splendido genere, &, vt ait Horatius, atauisque Regibus ortum, Augusti maximè familiarem scimus fuisse. Equitem item Romanum, nullo alio functum magistratu, vt T. Pomponius Atticus dimidium animæ Ciceronis. Is versus aliquot scripsit, in quos inuehitur Seneca, licet aliquos etiam laudet. Et in eum rursus lusit Augustus in epistola, cuius aliquot verba refert Macrobius, sed mendosissima. Sunt autem hæc: Vale mel gentium, metuelle, *ebur ex Etruria, laser Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Ciliniorum (sic enim legendum pro Cilneorum) smaragde, Iaspis figulorum, berylle Porsenæ, carbunculum habeas. ἵνα σωτέρια πάντα μαλάγματα mœcharum. Tacitus certè solus lib. v. pænè incorruptum hoc nomen edit, cùm ait: Ceterùm Augustus bellis ciuilibus Cillinium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam, & Italiam præposuit. Pantagathus autem emẽdationem suam, Silianis maximè versibus tuebatur ex lib. vii. belli Punici.

*Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus ab oris.*

*Clarus nomen erat, &c.* Nam à Cilino Cilinius est, vt à Licino Licinius, ab Æmilo Æmilius, à Tullo Tullius, à Rutilo Rutilius, à Plauto Plaùtius, à Planco Plancius, atque alia id genus. Nec potest *Sil*ianum carmen in Licinum mutari, nam prima syl-

pit] Faernus postrema verba ex v.c. sic emendabat: fidem demoliri cœpit. acriores quippe, &c. nã primam litteram verbi, fidem, cùm librarius putasset digamma esse Æolicum, omisit, vt videtur; & fecit. idem, & pro, demoliri, scripsit moliri, omissa prima verbi syllaba, ob similem præcedentem vocis fidem.

Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint. Damnatum Tribuni, &c.] Faernus ita totum hunc locum legebat, interpungebatque. Sunt qui per Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint, damnatum Tribuni, &c.

An placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius quàm sortem creditam soluat, &c.] Faernus legebat, ni plus, quàm sortem creditam soluat, &c.

AD LIB. VIII.

Palæpolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est. duabus vrbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi, Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. Classe qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maritima eius, quod accolunt, potuere. Primùm in insulas Ænariã, & Pithecusas egressi, &c.] Locus hic Liuij mirificè illustratur verbis Strabonis, quæ habentur lib. v. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων. ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς, ἢ Αἰναρίέων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. Cùm autem in vulgatis Strabonis codicibus, Ἀθλιαίων mendosè legeretur, nos ex hoc Liuij loco, Αἰναρίέων, iampridem emendauimus. quam emendationem veram esse existimamus.

AD LIB. X.

Etruriam rebellari ab Arretinorũ seditionibus motu orto nuntiabatur; vbi Licinium genus præpotens diuitiarum inuidia pelli cœptum] v.c. qui est apud me scriptus manu doctissimi viri, Poggij Florentini, habet, Cilnium genus, non, Licinium. Vnde videtur, tum hîc

hîc, Cilinium genus, scribendum esse, tum paulo pòst, Cilinio genere, non, Licinio, vt vulgò habetur, his planè verbis. Pacatam, inquit, ab Dictatore Etruriam esse, seditionibus tantùm Arretinorum compositis, & Licinio genere cum plebe in gratiam reducto, &c. Huius autem loci emendatio, ne, quem sua laude fraudemus, debetur Octauio Pantagatho, qui primus animaduertit, tum apud Liuium, qui fortasse Mæcenati hoc loco gratificari voluit, tum apud alios scriptores in nullo magis nomine librariorum vitio erratum esse, quàm in eo, quo C. Cilinius Mæcenas affectus fuit. Quem tamen Arretinum, splendido genere, &, vt ait Horatius, atauisque Regibus ortum, Augusti maximè familiarem scimus fuisse. Equitem item Romanum, nullo alio functum magistratu, vt T. Pomponius Atticus dimidium animæ Ciceronis. Is versus aliquot scripsit, in quos inuehitur Seneca, licet aliquos etiam laudet. Et in eum rursùs lusit Augustus in epistola, cuius aliquot verba refert Macrobius, sed mendosissima. Sunt autem hæc: Vale mel gentium, metuelle, * ebur ex Etruria, laser Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Ciliniorum (sic enim legendum pro Cilneorum) smaragde, Iaspis figulorum, berylle Porsenæ, carbunculum habeas. ἵνα σωτέρια πάντα μαλάγματα mœcharum. Tacitus certè solus lib. v. pænè incorruptum hoc nomen edit, cùm ait: Ceterùm Augustus bellis ciuilibus Cillinium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam, & Italiam præposuit. Pantagathus autem emẽdationem suam, Silianis maximè versibus tuebatur ex lib. vii. belli Punici.

*Cilinus Arreti Tyrrhenis ortus ab oris.*

*Clarus nomen erat, &c.* Nam à Cilino Cilinius est, vt à Licino Licinius, ab Æmilo Æmilius, à Tullo Tullius, à Rutilo Rutilius, à Plauto Plaùtius, à Planco Plancius, atque alia id genus. Nec potest Silianum carmen in Licinum mutari, nam prima syl-

laba corripitur, vt in hoc veteri carmine?

*Marmoreo in tumulo Licinus iacet, at Cato paruo,*
*Pompeius nullo, credimus esse deos?*

Mæcenatis autem cognomen reperitur in veteribus monumentis per AE, vt etiam in vetustissimis libris, non per OE scriptum, vt Mæcia tribus, Mæcianus, & Mæcilius item in numismatibus antiquis.

Bellona, si hodie nobis victoriam duis: ast ego templum tibi voueo] Pro, ast, legendum, asti, vt est in v.c. Quod videtur positum pro eo, quod in inscriptione veteri Fratrum Arualium est TVNC, vt in notis ad eam inscriptionem plenius scripsimus, prolato etiam Tertulliani loco simili. Reperitur autem, asti, apud alios etiam veteres scriptores, eodem, quo hîc apud Liuium significatu, vsurpatum.

AD LIB. XXI.

Et si diutius vixisset Amilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse] Placeret, Et si diutius vixisset Amilcar, eo duce, Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse, &c. Confirmatur hęc lectio loco etiam Polybij, cuius Græca verba, quia in prõptu sunt, recitare supersedebimus.

AD LIB. XXII.

Præterquam quòd nihil haustum ex vano velim] Videtur legendum, ex vario, &c. Parua mutatione; vt ad scriptorum varietatem, quam subobscurè Liuius innuit, referatur. Paulo pòst, tota illa de vere sacro rogatio ita videtur describenda. Velitis, iubeatisne; si res Populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salua seruata erit hisce duellis, quæ duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, quod ver attulerit ex suillo, ouillo, caprino genere, quæque profana erunt, Ioui fieri, ex quo die Senatus Populusque Ro. iusserit, donum datum duit populus Ro. Quiritium. Qui faciet, quando volet, &c. & in extrema rogatione legendum est: Si antidea Senatus, Populusque iusserit, &c. vnica dictione, pro eo, quod est in vulgatis

gatis,ante id ea, &c. Illud autem,Probè factum esto, additum est ex veteri formula,quę frequens est in antiquis legum tabulis.

Classem grauem commeatibus, impeditam suo ipsam instrumento] Cùm in v.c. sit,suo & ipsam instrumento, fortasse legi poterit, suometipsam instrumẽto.

Sol seu de industria ita locatis, seu fortasse ita standō] v.c.habet,ita stare, vt legi possit,ita starent.

Vt sacrum anniuersarium Cereris intermissum sit] Videndus Festus.Minuitur,inquit,populo luctus,&c. cùm in casto Cereris est, &c. Item,Græca,inquit,sacra festa Cereris ex Græcia translata,quæ ob inuentionem Proserpinæ matronæ colebant. Quæ sacra, dum non essent matronæ,quæ facerẽt, propter cladem Cannensem,& frequentiam lugentium,institutum est,ne amplius centum diebus lugeretur. De Casto autem Cereris ita scribit Arnobius lib. v. Quid temperatus fabæ alimonio panis,cui rei dedistis nomẽ Castus;nónne illius temporis imitatio est,quo se numen Cereris à fruge violentia mœroris abstinuit?

Ne quid ab Romanis noui periculi esset] In v. c.est, fieret, pro quo videtur scribendum, foret.

## AD LIB. XXIV.

Ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescentulo Hippocrates, & Epicydes, &c. ] Non est mutanda huius loci scriptura, vt video fecisse doctos viros, qui ob historiæ ignorationem,fecerunt: Ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentuli Hippocrates, &c. Nam Hannibalis tertij legati,cuius ignoratio doctos viros perturbauit, satis apertè fit mentio à Polybio in primo eius fragmẽto per nos edito, quod imitatus est Liuius hoc loco. Σπουδῇ, inquit, πάλιν ἀπέπεμψε τοὺς πρέσβεις, σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον.

In eas tollendas desuper murum eminentem , &c.] Faernus ex v.c.in quo est eas tollendo, &c. elicuit veram lectionem,quæ est:In eas tolleno,&c. Notum est

autem quid sit Tolenno ex auctoribus de machinis bellicis, & ipso Liuio lib. xxxviii.

Aut maritimis viribus arceret ] Sine dubio legendum, maritimis vrbibus arceret, vt est in v. c. & paulo pòst legendum item: Agmenque Romanum importunè vexatum ab equitibus hostium fuerat, &c. Alij verò reposuerunt, versatum, pro eo quo in vulgatis libris est, incursatum.

AD LIB. XXV.

Hæc cùm ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent] Videndum an legi potius debeat, iacta essent.

Restituit tamen his animos ] In v. c. additur, qui erant adiecti, mendosè scilicet, pro, abiecti. Sed videtur id additum ab aliquo, qui locum Liuij ἀδιόρθωτον, illustrare voluerit.

AD LIB. XXVI.

Quid autem, solùm se restantem prodesse Reipub. potuisse? nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse, potuisset] Videtur legendum, futura esset, vt est in v. c. nec aliter sensus constare potest. Verbum autem restantem, vsurpauit Sallustius eodem, quo Liuius, significatu.

Et quæ dum pauent Romanis interrupta acies videatur: etiam si se vtrinque in hostem vertat, &c.] Faernus ita hunc locum restituebat: Et quæ, dum paueat Romanus, interrupta acies videatur: eam si se vtrinque in hostem vertat, &c.

His motus ad Turiam fluuium castra retulit ] v. c. habet, Tutiam, non, Turiam, quomodo Silius manuscriptus lib. xi v. hoc versu:

*Castra locat, nulla ladens vbi gramina ripa*
*Tutia deducit tenuem sine nomine riuum,*
*Et tacitè Tuscis inglorius affluit vndis.*

Facilè autem Librarius labi potuit, vt Turiam, quod nomen est fluuij notioris, pro Tutiam, obscurius nomen, scripserit.

C. Vi-

C. Vibius Virius] Videtur legendum Varus, non, Virius, ex antiquo denario Vibiæ familiæ, in quo est: C. VIBIVS. VARVS. & infrà item scribendum Hanc orationem Vari.

Primo die legiones in armis quattuor millium spatio decurrerunt] Omnino videtur legendum, decurrerent. nam sequitur: Secundo die arma curate, & tergere ante tentoria iussit.

AD LIB. XXVII.

Improuiso in agro Vticensi excursionem fecit] Cùm in v. c, sit, ex improuiso in agrum Vticensem ascensionem fecit, &c. nõ est dubium, quin legi debeat, exscensionem, quo verbo vsus est Liuius hoc ipso libro, cùm inquit: In Bargyletico sinu exscensionem ad Iassum fecerunt. Verbum etiam escendere vsurpauit Liuius in huiusmodi re narranda lib. xxix. pro, ascendere.

Si innoxium comperissent] Videtur necessariò legendum ob ea, quæ sequuntur: Sin noxium comperissent, &c. Aliter si legatur, sententia non constabit.

Non quæ in solo modo antiquo sunt Græcæ magis vrbes sunt] Sententia postulare videtur, vt legamus: Non quæ in solo modo Attico sunt, &c. Et paulo pòst vbi de M. Acilio legitur: In hunc maximè, quod multa congiaria habuerat, &c. videtur scribendum, exhibuerat, non habuerat.

AD LIB. XXVIII.

Præmisso Silano ad Colcam] Legendũ ex fragmento Polybij, quod à nobis editum est, Colit hanta. Græcè enim Polybius habet, κολίχαντα.

Sed vbi iam haud plus quingentos passus acies inter se aberant] Ex fragmento item Polybij, in quo est, περὶ σταδίους, videtur apud Liuium legendum, centum quinquaginta passus, &c. tot enim passibus stadium apud Græcos constabat.

Seruorum delectu, ac libertorum] Videndum an legi debeat, seruorum de captiua, aut liberorum, &c.

Seruus

Seruus de cataſta, qui dicatur, notum eſt.

Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit?] v.c. habet, quid periculi tandem, quantúmne adeatur, &c. vt fortaſſe legendum ſit, quantúmve adeatur.

AD LIB. XXX.

Tamen ſi integer, quàm ſi victus peteret pacem, æquiorē impetrari poſſe ratus] Placeret magis, æquiora impetrari, &c.

AD LIB. XXXI.

Rhodij Ceam ab Ægina, inde per inſulas Rhodum nauigarunt] Scribendum Ciam, non, Ceam, ex Polybij fragmento v. in quo eſt: Ἀνήχθησαν εἰς τὴν Κίον ὅθεν τὰς νήσους μετὰ τοῦτον. Eſt enim Cia, vt Ptolomæus docet, inſula Eubœæ oppoſita.

AD LIB. XXXIII.

Nam & ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque id ipſi à Quinctio & Romanis datum eſſet, &c.] Locus eſt mendoſus, quem docti viri emendare conati, nimis longè à vera lectione diſceſſerunt, quæ tamen ex Polybij fragmento VIII. elici poteſt, ſi ita legatur: Perinde atque id ipſi, non à Quintio & Romanis datum eſſet, &c. Polybij verba, quæ Liuius imitatus eſt, ſunt hæc: ἔπεμψαν δὲ τὴν πρεσβείαν πρὸς τὸν Φίλιππον, τὴν δὲ χαρισόμενοι, ὅθεν τὴν τῆς νεανίσκων χαλκάδα, λυμαινόμενοι τὴν τοῦ Τίτου χάριν. Id enim eſt: Non à Quinctio datum eſſet, Barcillæ nomen apud Liuium, ex eodem Polybio, mutandum eſt, in Brachyllam, vt in manuſcriptis etiam Liuij codicibus legitur.

Decianorum libertate Quinctius Pruſiæ ac Bythiniorum regi ſcriberet] Locus corruptiſſimus, ex Polybij fragmento IX. ita poteſt emendari: De Cianorum libertate Quinctius Pruſiæ Bythiniorum Regi ſcriberet. Polybius ſic habet: περὶ τῆς Κιανῶν ἐλευθερώσεως Τίτου γράψαι πρὸς Προυσίαν, &c.

Et naues omnes tectas tradere, præter lembos: quin & regiam vnam inhabilis propè magnitudinis, quam ſexde-

ſexdecim verſus remorum agebant, &c.] Videtur ex Polybio legendum ita: præter lembos quinque & regiam vnam, &c. Polybij verba ex fragmento IX. ſunt hæc: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς, πλὴν πέντε σκαφῶν, καὶ τῆς ἑκκαιδεκήρους, &c. Id enim eſt, Quam ſexdecim verſus remorum agebant. Confirmat hanc lectionem locus Appiani ex Macedonico, in quo eſt: Ναῦς τε ὅσας ἔχοι χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων, &c. Videtur tamen Appianus in eo mendoſus, quòd regiam nauem ἑξήρη, non vt Polybius, & Liuius ἑκκαιδεκήρη, dixit.

Phocenſes, Locrenſesque ſicut ante fuerant, adiecta decreti auctoritate, his contribuerunt] Ita legendus hic locus ex Polybio, cùm in vulgatis editionibus mendoſiſſimè legatur, Locrenſes, & quæ ſicut ante fuerāt, &c. Verba Polybij, quę Liuius imitatus eſt, ſunt hæc ex fragmento IX. Τοὺς τε Φωκέας, καὶ τοὺς Λοκροὺς, συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Ex eodem fragmento legendum paulo ſuprà apud Liuium, Perrhæbos, non, Perrhæbios; Græcè enim eſt περραιβούς.

Pleurato Lingus & Partheni dati] Videtur legēdum Lychnidus, ex Polybio, & Strabone, non Lingus. Polybius enim ſic habet in fragmento IX. Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ λυχνιδοῦντα καὶ πάρθον, οὔσας μὲν ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φίλιππον δὲ τασσομένας, &c. & Strabo lib. VII. Ἐξ ὀπιδάμνου, inquit, καὶ Ἀπολλωνίας φέρει τὸν ὄπη Καυδαυίας ὁδὸν, αἵτε λίμναι εἰσὶν αἱ φέρει λυχνιδοῦντα, &c.

L. Sertinius Hepheſiam, & Thaſum] Malè ex Plutarcho docti viri emendarunt L. Titilius, pro, L. Stertinius. Nam Polybius habet, στερέννιον, propiore ad Stertiniū ſcriptura, & familia Stertinia notiſſima eſt, cùm Titiliam nemo nominet ſcriptorum, quos legerim. Paulo pòſt apud Liuium ex eodem Polybio videtur legendum, Bargylias, licet Polybius neutro genere edat, βαργύλια.

## AD LIB. XXXVI.

Poſtulo vt Dicæarchum ciuem veſtrum ſine mora dedatis,

dedatis,& Menetam Epirotam, &c. Meneſtam,habet v.c. Polybius in fragmento XIII. Meneſtratum,corruptè. Δικάαρχοι, inquit, ἔκδοτον δοῦναι, καὶ Μενέσρατον τὸν ἡγεμόνα, &c. cùm in fragmento XXVIII. habeat, Μενέσαν.

AD LIB. XXXVII.

Diphaneomnibus his copijs præpoſito]v.c.habet, Diophane, & ita Polybius in fragmento XX. in quo eſt: ὧν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης.

Ludis Apollinaribus, ad quintum Idus Quintiles,&c.] Scribendum: Ludis Apollinaribus. a. d. III. Idus Quintiles,&c.& ita ſuprà corrigendum, vbi III. ſcriptum eſt pro, II. nam in antiquo Kalendario eſt, PRID. ID. quod veteres ponebant pro, ante diem ſecundum.

Adduci eos à Tyrrhæo iuſſit] Malè à doctis viris, à Purrheo hîc repoſitum eſt,cùm legẽdum ſit à Thyreo, ſiue Thureo. Polybius in fragmento XXVIII. habet: Ἔχαψε τοῖς Θυριεῦσιν ἀνακομίζειν ἄνδρας ὡς αὐτὸν, &c. Sic enim ibi emendauimus,cùm male, Φουειδᾶσι, legeretur. Stephanus, Εἰ δὲ, inquit, καὶ Ἀκαρνανίας Θυρίον, διὰ τοῦ. i. τὸ ἐθνικὸν, Θυρεάτης. Ἀνδροτίων δὲ Θουειδὴς φησὶν. In nummis argenteis Acarnanum eſt, ΘΥΡΡΕΙΩΝ. Ex quibus locis apparet,ſuprà legẽdum eſſe,aduerſus Phurreum quod vocant,&c.& item lib. XLIII. vt ibi notauimus.

Aeniade cum vrbe,agriſque Acarnanum ſunto]Videtur omnino legendum, Oeniade. Sic enim habet Polybius in fragmento XXVIII. Ἡ δὲ πόλις, inquit, καὶ ἡ χώρα ἡ περὶ Οἰνιάδων, Ἀκαρνάνων ἔστω. Græci etiam Scriptores edunt Οἰνιάδαι, quæ ciuitas eſt Acarnanię prope Acheloum fluuium.

AD LIB. XXXVIII.

Argenti probi XII. millia Attica talenta dato intra duodecim annos penſionibus æquis. talentum, ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat,&c. Ad huius loci intelligentiam Antonius Auguſtinus talia quædam notauit. Quæritur, inquit,à Budæo, & alijs, quo

quo pacto talentum Atticum, quod constat sex drachmarum Atticarum millibus, siue totidem denariorum millibus vt Varroni, & Polybio placet, pondo LXXX. sit, cùm vix LX. pondo attingat. Augent difficultatem eiusdem Liuij verba lib. XXXIV. (Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse, cùm quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.) Etenim eadem ratio in his verbis est, quæ in suprascriptis, vt sex millia denariorum talentum efficiant: eamdē rem scribit Plutarchus in Apophtheg. & drachmis pro denarijs vtitur, vt verisimile est Polybium vsum fuisse. Sic etiam Fannij carmina sunt, quæ docent maiorem fuisse libram Græcis, quàm Romanis, & Atticas minas alijs, his verbis.

*Hæc magno in Latio libra est, gentíque togatæ:*
*Attica nam minor est, ter quinque hanc deniq. drachmis,*
*Et ter vicenis tradunt explerier vnam.*
*Accipe præterea, patrio quam nomine Graï*
*Mnam vocitant, nostriq; minam dixere priores,*
*Centum hæ sunt drachmæ quòd si decerpseris illis*
*Quattuor, efficies hanc nostram denique libram,*
*Attica, quæ fiet, si quartam dempseris hinc, mnæ.*
*Cecropium supereſt post hæc docuisse talentum,*
*Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas.*
*Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.*
*Nam nihil his obolóve minus, maiúsve talento.*

In his versibus dici videtur libram Romanis fuisse XCVI. drachmarum, Græcorum minam cētum drachmarum. Atticam LXXV. drachmarum. in talento sexaginta minas fuisse, siue sex millia drachmarum. Eodem pertinet, quod Plautus significat in Mostellarijs: duobus talentis magnis CXX. minas contineri. Et apud Senecam XXIV. HS. millibus talentum Atticum æstimari. Ex altera parte maiores fuisse denarios, quàm

quàm drachmas Atticas, tum alijs exemplis, tum ex his Liuij verbis constat lib. XXXIV. cùm de triumpho T. Quinctij scribit. (Signati argenti octoginta quattuor millia fuere Atticorum, tetradrachmam vocant, trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.) Nec dubium est, septem denarijs vnciam constasse, quæ Græcis omnibus octo drachmis penderetur. Sunt, qui dubitent Liuij ne verba mendosa sint, cùm Attica talenta LXXX. pondo æstimat, atque arbitrantur aut pro Atticis talentis Euboica esse substituenda. aut pro LXXX. tantum pondo LX. scribi oportere. Nos Græca Polybij, vt putamus, verba referemus à Constantino relata, quibus constabit quid sit, quod mutari debeat. Ἀργυρίου δίδοται Ἀντίοχῳ ἀπίκοσι Ῥωμαίοις ἀρίσου τάλαντα μύρια δισχίλια ἐν ἔτεσιν. ιβ'. δισσοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια. μὴ ἔλαττον δ' ἑλκέτω τὸ τάλαντον λιτρῶν Ῥωμαϊκῶν. π'. καὶ τὸ σίτου. φ'. ϗ μ'. . . . τυδ'. ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις. ε'. κατὰ τὸ ἔτος τῷ ὀπιβαλλομένῳ καιρῷ. Καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδίδωσι ϗ τὸ σίτου καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος τάλαντα. ϛκξ'. ϗ δραχμὰς χιλίας. σ. ὀκτὼ. οὓς σωσχώρησεν Εὐμένης λαβεῖν γάζαν ἐυαρεστουμένῳ ἑαυτῷ, &c. In his verbis sunt quædam mendosa post illas notas. φ'. καὶ. μ'. quæ ex Liuianis verbis corrigi possunt. Sunt etiam alia, quæ Liuius omisit. Tamen illa ipsa, de quibus dubitamus, integra sunt: & ni fallor, ita accipienda sunt, vt omnis pecunia proba sit, atque Attica, & numerus talentorum idem sit, qui Græcis, & Latinis verbis expressus est; sed pondus eius pecuniæ Atticæ non id sit, quod Athenis talentum expenditur: Sed id, quod Romæ LXXX. libras efficiat. Non rectè igitur hoc talentum Atticum appellabitur, sed talentum Atticę pecunię Romanum. Atticum erat LX. minarum, in singulis centum drachmæ continebantur; in hoc erunt LXXX. minæ, siue libræ, in singulis XCVI. erunt drachmæ. Simul efficient, ni fallor, 7680. drachmas. Si verò singulæ libræ centum drachmarum sint, efficient octo drachmarum millia, sed vt diximus, Atticarum.

Confir-

Confirmemus hæc alijs Liuij verbis libro xxxvii. de eodem fœdere, cum Antioch. Rege, hæc sunt Africani verba. (Pro impensis deinde in bellum factis xv. millia talentûm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia, & quingenta, cum S.P.Q.R. pacem comprobauerint. mille deinde talentûm per xii. annos. Eumeni quoque reddi cccc. talenta, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri redditum est, placet.) Hoc loco eadem xii. millia talentûm non Attica, sed Euboica dicuntur. Græca verba ex eodem scriptore, quem Polybium esse credimus, hæc sunt: Πρὸς δὲ τούτοις εὐβοϊκὰ τάλαντα ὀπτὼ δοῦναι μύρια καὶ πεντάκις χίλια Ῥωμαίοις ἀντὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης. Τούτων δὲ. φ'. μὲν παραχρῆμα. δισχίλια δὲ κ. φ'. πάλιν, ἐπειδὰν ὁ δῆμος κυρώσῃ τὰς διαλύσεις. τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ'. διδόντα κατ' ἔτος χίλια τάλαντα. ἀποδοῦναι δὲ κ Εὐμένει. υ'. τάλαντα παραφερόμενα, κ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς παρὰ τὸν πατέρα συνθήκας. Remanet scrupulus ex his, quæ ad Sex. Pompeium olim notauimus. neque enim Euboica talenta Atticis sunt quarta parte maiora, sed potius Ægyptia, quæ apud Plinium Varro ait lxxx. pondo fuisse. At Euboicas lxx. minas efficere Atticas lxxii. post Aelianum conscripsimus. Vidi tamẽ alicubi scriptum, ἥμισυ, esse proportionem inter Antiochena, & Attica talenta. Hæc fortasse sunt Romani in hoc fœdere secuti; qui disertis verbis affirmant, quo pondere sibi talenta solui velint. Est enim alius Liuij locus libro xxxviii. in quo de fœdere agitur, cum Ætolis, & Ambrasiensibus his verbis. (dein vt quingenta Euboica darent talenta, ex quibus cc. præstantia, ccc. per annos sex, pẽsionibus æquis) & postea. (pro argento si aurum dare mallent, darent conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Hæc aptius à Græco scriptore coniuncta sunt, & plenius: Δώσουσαν δ' Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὲν χιλίων παραχρῆμα τ τάλαντα εὐβοϊκὰ σ'. πρὸς ἑξαπλῶ πρὸς ἐν τῇ ἑλλάδι. ἀντὶ πεῖτου μέρους τὸ ἀργυρίου χρυ-

σίον ἐὰν βούλωνται, δίδοντες τῆς δίκα μνᾶν ἀργυρίου ἢ χρυσίου μνᾶν. δίδοντες ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τὰ ὁρκια τμηθῇ ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἐξ κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον τάλαντα ν'. &c. Ex his verbis apparet in Antiocheno fœdere non de Atticis talētis agi, sed de pecunia proba Attica. Hîc apertius: Ἀργυρίᾳ μὲν χείρονος ἀττικοῦ τάλαντα εὐβοϊκὰ, &c. Liuius hoc loco omisit Atticæ pecuniæ mentionem, illic obscurè est locus, dum Attica talenta scribit. nec non quod de minis hoc loco dictum est Græcè, id Liuius de nūmis aureis, & argenteis expressit, quod eadem esse ratio videretur.

Atque ita XVII. quibus vincula per tumultum iniecta erant, interfecti sunt. LXIII. postero die comprehensi, à quibus Prætor vim arcuerat] Conuenit numerus interfectorum cum ijs, quæ scribit Polybius, cuius in hac re narranda Liuius secutus est auctoritatem: Χρόνῳ δὲ, inquit Polybius de Philopœmene apud Plutarchum, ἐγκαλέσας τι τοῖς Λακεδαιμονίοις τῶν πολιτῶν ὁ Φιλοποίμην, τοὺς μὲ φυγάδας κατήγαγε εἰς τὴν πόλιν, ὀγδήκοντα δὲ Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιός φησιν.

Postero die ad Cobulatum amnem progressi.] Cùm apud Polybium in fragmento XXXI. sit: Ἡνίκα Γναῖος ἦλθεν τὸν Κολοβάτον προσαγορευόμενον ποταμόν, &c. videndum an apud Liuium in eo nomine, litterarum transpositio facta sit, & Colobatum sit scribendum.

Termessenses eo tempore Isiondæ arcem vrbe capta, oppugnabant] Duo menda in hæc Liuij verba irrepserunt; vnum, quia Thermenses, in, Thermessenses mutatum est, cùm antiqua ænea tabula edat Thermenses, & v.c. minus corruptè Telmenses, vt etiam Polybianum fragmentum τελμησσὸς, sed malè pro τερμησσὸς. Græci enim nummi habent, TEPMHCCEΩN. Alterum, quia Isindæ ex auctoritate Stephani Byzantij, non Isiondæ scribendum fuit, licet in Polybij fragmento XXXI. sit: Ἦλθον πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἀπὸ τῆς Ἰσιόνδης προσαγορευομένης πόλεως. δεόμενοι σφίσι βοηθῆσαι, &c. Quæ scriptura, quia cōstanter apud Polybium altero etiam loco repe-

reperitur, poterit retineri apud Liuium quoque. Nam quod docti viri reposuerunt, Hyrienſium, id prorſus ineptum eſt.

Néve plures, quàm decem naues actuarias, nulla quarum pluſquam xxx. remis agatur, habeto: néve monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus ſit] Videtur poſtremum membrum Liuianum non conuenire cum Polybij verbis, quæ voluit Liuius imitari hoc loco, Sunt autem hęc ex fragmento xxxi. Καὶ μηκέτι ἐχέτω πλεῖω δέκα καταφράκτων, μηδὲ τριακόντορον ἐχέτω ἐλαυνόμενον, μηδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ ἂν αὐτὸς κατάρχῃ. Liber manuſcriptus Liuij habet: Néve minorem ea, belli cauſa, &c. quod minus placet, quàm monerem, licet vt dixi, non reſpondeat Græcis, μηδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, &c. Sed ſiue Polybium ſequamur, ſiue Liuium, vterque aptam ſententiam nobis ſuppeditabit.

Clazomenijs ſuper immunitatem, & Drymuſam dono dederunt] v. c. habet, Dromiſam. Sed Drymuſſam ſcribendum ex Polybij fragmento xxxvi. in quo eſt: Κλαζομενίοις δὲ καὶ δωρεὰν παρέσθηκαν τὴν δρυμοδσαν καλουμένην νῆσον, &c. In manuſcripto tamen Polybij exemplari erat, Δρομοδσα, propiore ſcriptura ad librum manuſcriptum Liuianum, ſed Stephanus item edit, Δρυμοδσα.

## AD LIB. XXXIX.

Vt in intentiore eum cuſtodia aſſeruarent] Placeret magis, vt eſt in v. c. ſine particula, in, vt intentiore, &c. & paulo pòſt ex eodem veteri libro legendum: Tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet, &c.

Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum publicum ſub terra, &c.] Accepit hoc Liuius à Polybio, vt alia multa, non vt docti viri putarunt, Plutarchus à Liuio, quod ex eo loco, quem ſupra protulimus de Philopœmene conijci poteſt. Græca Polybij verba Plutarchus in Philopœmene profert hęc, licet Polybium non nominet: Οὐ μὴν ἀλλὰ καμόντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θη-

σαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ σεσαγμένῳ κλειόμενον, ἐνταῦτα κατέθεντο.

AD LIB. XL.

Duello magno, &c.] Huius tabulæ, cuius Atilius etiam Fortunatianus meminit, postrema verba ita videntur emendanda. Inter Ephesum, Samum, Chiumque inspectante eos ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisque, Classis Regis Antiochi victa, fusa, fugataque est. ibique eo die naues longæ cum omnibus socijs captæ XIII. Ea pugna pugnata, rex Antiochus regnumque eius in potestatem popul. Romani redactum. Eius rei ergò ędem Laribus Permarinis vouit.

AD LIB. XLI.

Et carceres in circo, & oua ad notas curriculis numerandas, &c.] Legendum: & oua ad metas, curriculis numerandis, &c.] Ouorum enim super metas erectionibus (vt ex Varronis loco ex lib. I. de re rust. intelligitur, septem illa circensium ludorum curricula numerabantur. quod etiam Cassiodorus apertius indicat, cùm ait: Nec illud putetur irritum, quòd metarum circuitus, ouorum erectionibus exprimatur, &c. Dio quoque lib XLIX. Scribit Agrippam, quòd videret errare homines in circo propter circuituum numerum, delphinos & ouata opera posuisse, quibus cursuum circuitiones, & conuersiones ostenderentur, &c. Huiusmodi oua, & delphini metis impositi, in ipsa Circi Maximi descriptione, quæ habetur in veteribus tum numismatibus, tum lapidibus, disertè expressi sunt. Erant autem oua hæc, quæ metis superimponebantur, Castori, & Polluci dicato, vt ait Tertullianus libro de Spectaculis. Et metæ ipsæ, cùm priùs ligneæ fuissent ac Tophinæ, postea marmoreæ à Claudio Imp. factæ sunt, vt scribit Suetonius cap. XXI. De septem verò circensibus curriculis, cum plures alij Scriptores faciunt mentionem, tum Varro apud Agellium lib. III, cap. X.

cùm

cùm ait: Ludorum Circensium curricula sollemnia septem sunt, &c.

Ianos tres faciendos, &c.] Ianos intelligit Liuius summum, medium, & imum, qui in Foro erant Romano ad Basilicam Æmiliam, vt scribit Porphyrio in versum Horatij lib. 1. epist. 1.

——— *Hæc Ianus summus ab imo*
*Perdocet* ———

Suetonius in Domitiano: Forum, inquit, porticibus, tabernisque claudendum, & Ianos tres faciendos, &c, & in Augusto: Pompeij quoque statuam contra theatri eius regiam, marmoreo Iano superposuit, &c. Quibus locis, vt hîc apud Liuium, Ianus accipiendus est pro arcu marmoreo, & fornicata transitione. Iani Primi mentio est in veteri apud me inscriptione, in qua est:

C. IVLIVS. C. L. NICO
MACHVS. A. IANO
PRIM. PAL.

Medij, in altera item apud me inscriptione, quę habet:

C. LEPIDIVS
C. L. ANICETVS
A. IANO. MEDIO. Sed Iani medij meminit etiam Cicero in Philippicis, vbi scribit Fœneratores, qui ad Ianum medium erāt, statuam L. Antonio posuisse cum hac inscriptione:

A. IANO. MEDIO. PATRONO.

Ita enim est in v. c. non, IANI MEDII, quod substitutum est ab alijs, ob formulæ ignorationem.

AD LIB. XLII.

Euersam, & Callicritum] Puto legendum, Callicratem, quem nominat Pausanias in Laconicis, Achæorum res ad Romanos trahentem. Romanos verò legatos, quos hîc nominat Liuius, T. Claudium. P. Postumium, &c. Polybius in fragmento LXIV. edit οἱ περὶ τὸν Τιβέριον, καὶ Ποστούμιον, &c. vt, Ti. Claudium, videatur apud Liuium scribendum esse.

Midon Bereus ] Polybius in fragmento LXXI. habet: Μίδων βεροιεύς, &c. Vnde videtur apud Liuium Medon Berœus scribendum, siue, Bereæus, ex Græco numismate ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ.

Achaico Concilio Argis agitato ] Scribendum ex Polybio, Aegij, non, Argis. nam sic est in fragmento LXXIV. Διὸ συναχθείσης αὐτοῖς τῆς βουλῆς εἰς Αἴγιον, &c. & Liuius ipse lib. XLV. T. Quinctio Aegij datum est concilium, &c.

Et quotiescunque delectus erit, quem hîc Censores magistratum habebunt, &c.] Locus est mendosissimus, vt videtur, sed qui aliquo modo restitui possit, si legamus: Et quotiescunque delectus erit, quum hi Censores magistratum habebunt, &c.

AD LIB. XLIII.

In Acarnaniam deinde legati profecti sunt. Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt, &c. ] Supra in notis ad lib. XXXVI I. diximus, Thurreo, siue Thyreo, ibi scribendum esse, non Purreo, quæ lectio hîc quoque reponenda est, vt Thurrei, siue Thyrrei legamus, non Purrei. nam Polybius in fragmento LXXV. habet: Κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν συναχθείσης τῆς ἐκκλησίας εἰς Αἴγιον. &c.

Aduersus amentiam eorum, qui ad Macedonicam gentem trahebant, &c.] Videtur deesse verbum, res, quod alibi positum est à Liuio, & habetur apud Polybium, in huius rei narratione, fragmento LXXV. Εἶναι δὲ φανερὸν αὐτοὺς, τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας, &c.

AD LIB. XLIV.

Cùm arma, viros, equos, cùm cura inexisset ] Verbum mendosum, inexistet, fortasse restituetur, si in, instruxisset, mutetur.

Nondum hæ effusione inducta bestijs omniũ gentium Circumcomplendi] Omnino videtur legendum, bestijs omnium generum, vt paũa mutatione locus restituatur.

Tribu

Tribu quoque is motus, & operarius factus ad opera publica facienda Cum eis dimidium, &c.] Legendum sine dubio: Tribu quoque is motus, & ærarius factus. Ad opera publica facienda, cum eis dimidium ex vectigalibus eius anni attributum ex S. C. à Quæstoribus esset, &c. Confirmat hanc emendationem alius locus, qui lib. XL. habetur, in quo est: Censores, &c. tres electi de Senatu. retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos. Opera ex pecunia attributa, diuisaque inter se, hac confecerant.

Thraces duos id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes, &c.[ Locus mendosus restitui poterit, si legatur: Thracesque duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam traherent, &c. Paulo pòst videtur scribendum, argyraspides, pro eo, quod in vulgatis est, aglaspides.

AD LIB. XLV.

Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra] Quid si legamus? Pullo amictus solus Perseus ingressus est castra, &c. Locus certè mendosus est. Nec satis placet illud, pallio, quod ab alijs substitutum est.

Tunc quoque petenda societas videbatur, non quæ tutiores eos ab alijs faceret (nec enim timebant quenquam præter Romanos) sed quæ ipsos Romanis minus suspectos, &c.] Ita legendus hic locus ex fragmento Polybij XCIII. cùm dictio, ipsis, quę in vulgatis libris malè posita est, pro, ipsos, totam sententiam perturbet. & paulo pòst legendum: Si Lycia, & Caria ademptæ ab Rhodijs forent, &c. non vt est in vulgatis editionibus, ademptæ ab Romanis forent, &c. quæ lectio ex eodem Polybij fragmento elicitur, in quo est: Διότι δεῖ Κάρας καὶ Λυκίους, ἀλλοτρίους τῆ πάντας, ὅσους πεποιήκεσι Ῥοδίους, &c. Nam & apud ipsum Polybium librarij sæpe in eo peccarunt, vt Ῥωμαίους, pro, Ῥοδίους scripserint.

Summam omnis captiui auri, argentiq. translati HS.

millies ducenties fuisse] Paterculus libro 1. habet, bis millies centies HS. De hac item summa Plinius libro xxxiii. cap. iii. pondo trium millium auri, &c.

Ab alterius funere filij currum ex Capitolio propè iam expirantem veni, &c.] Videtur ex historia legendum: Ab alterius funere filij curru in Capitolium; ad alterum ex Capitolio propè iam expirantem veni, &c. Nisi ita legamus, sententia non constabit, locusque remanebit mutilus, & mendosus ex oscitantia librarij, qui deceptus videtur ob vocem Capitolij à Liuio bis positam.

Hæc de Prusia nostri scriptores. Polybius eum Regem indignum maiestate nominis tanti tradit: pileatum, capite raso, obuiam ire legatis solitum, libertumque se P.R. ferre, & ideo insignia ordinis ei ferre, &c.] Quæ de Rege Prusia Liuius dicit se à Polybio accepisse, cùm integra in fragmento non sit à nobis edito, poterunt suppleri ex alio fragmento, quod è Polybio item, vt videtur, Diodorus Siculus descripsit. Nam quæ ab alijs ex Appiani Mithradatico prolata sunt, ea partem tantùm Liuianorum exprimunt, partem omittunt. Licet ea appareat Appianum quoque à Polybio sumpsisse. Græca ipsa Diodori verba ex fragmento ipsius à nobis cum Polybianis edito, peti poterunt. In quibus illud præcipuè notatu dignum, quod pilei colorem, præter Diodorum, nemo alius indicat, cùm ait: Μιμησάμενος δὲ τὴν τῆς ἀναφάτως ἠλλοτριωμένην ὑπὸ Ῥωμαίοις τάξιν, ἀπλύτους ἐξευμένους τὴν κεφαλὴν, καὶ πίλους ἔχων λευκοὺς, ἔπι δὲ φορῶν πλέκναν, &c. Ex quibus verbis hoc quoque intelligitur, nouos libertos apud Romanos albis vestibus olim vsos fuisse, vt nunc itidem, qui ex antiqui hostis seruitute, aqua salutari tincti, liberantur. Pilei autem & rasi capitis mentionem facit Plautus in Amphitruone, nisi fallor, illo versu,

*Vt hodie raso capite capiam pileum*

Itemque pileum notam esse libertatis constat ex nummis

mis veteribus, in quibus pileus est, & LIBERTAS item adscriptum est. Præterea pileum, ac virgam, quæ vindicta dicebatur, virginem ferre in nummis videmus. Item in M. Bruti denarijs, pilei, & duarum sicarum imaginem agnoscimus; & Iustiniani constitutionem habemus de libertis, qui funus patroni prosequebantur pileati.

FINIS.

---

# NOTÆ AD VELLEIVM

## AD LIB. I.

PENTHELVS, & Tisamenus] Scribédum est, Penthilus, sic enim habet Pausanias, & Græci scriptores. Pausaniæ verba ex Corinthiacis sunt hæc: Τὸν δὲ Ὀρέστου πόδων πενθίλον Κιναίθων ἔχραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἡσιόδῳ τῷ Ἀσιγίσθου τεκεῖν.

Teminus, & Cresphontes] Ex eodem Pausania, Timenus, non, Teminus, scribendum est, consentientibus etiam alijs Græcis scriptoribus. Pausaniæ verba sunt hæc ex Corinthiacis item: Τίμενον μὲν ὑπὸ Κρεσφόντου Ἀριστομάχου, &c.

Immistusque castris hostium, de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est] Ex historia videtur ita interpungendus hic locus, emendandusq;, Immistusque castris hostium de industria, ab imprudente, rixam ciens, interemptus est. Historia peti potest ex Pausania, Apollodoro, & alijs.

Athenienses in Euboea Chalcida Erethriam colonis occupauere] Scribendum: Athenienses in Euboea Chalcidem, & Eretriam colonis occupauere. Potest

Seruus de cataſta, qui dicatur, notum eſt.

Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit?] v.c. habet, quid periculi tandem, quantúmne adeatur, &c. vt fortaſſe legendum ſit, quantúmve adeatur.

AD LIB. XXX.

Tamen ſi integer, quàm ſi victus peteret pacem, æquiorē impetrari poſſe ratus] Placetet magis, æquiora impetrari, &c.

AD LIB. XXXI.

Rhodij Ceam ab Ægina, inde per inſulas Rhodum nauigarunt] Scribendum Ciam, non, Ceam, ex Polybij fragmento v. in quo eſt: Ἀνήχθησαν εἰς τὴν Κίον ὅθεν τὰς νήσους μετὰ τοῦ στόλου. Eſt enim Cia, vt Ptolomæus docet, inſula Eubœæ oppoſita.

AD LIB. XXXIII.

Nam & ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque id ipſi à Quinctio & Romanis datum eſſet, &c.] Locus eſt mendoſus, quem docti viri emendare conati, nimis longè à vera lectione diſceſſerunt, quæ tamen ex Polybij fragmento VIII. elici poteſt, ſi ita legatur: Perinde atque id ipſi, non à Quintio & Romanis datum eſſet, &c. Polybij verba', quæ Liuius imitatus eſt, ſunt hæc: ἔπεμψαν δὲ καὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν Φίλιππον, τὴν δὲ χαρισόμενοι, ὅτι τῇ τῆς νεανίσκου καθόδῳ, λυμαινόμενοι τὴν τοῦ Τίτου χάριν. Id enim eſt: Non à Quinctio datum eſſet. Barcillæ nomen apud Liuium, ex eodem Polybio, mutandum eſt, in Brachyllam, vt in manuſcriptis etiam Liuij codicibus legitur.

Decianorum libertate Quinctius Pruſiæ ac Bythiniorum regi ſcriberet] Locus corruptiſſimus, ex Polybij fragmento IX. ita poteſt emendari: De Cianorum libertate Quinctius Pruſiæ Bythiniorum Regi ſcriberet. Polybius ſic habet: περὶ τῆς Κιανῶν ἐλευθερώσεως Τίτου γράψαι πρὸς Προυσίαν, &c.

Et naues omnes tectas tradere, præter lembos: quin & regiam vnam inhabilis propè magnitudinis, quam ſexde-

sexdecim versus remorum agebant, &c.] Videtur ex Polybio legendum ita: præter lembos quinque & regiam vnam, &c. Polybij verba ex fragmento IX. sunt hæc: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς, πλὴν πέντε σκαφῶν, καὶ τῆς ἐκκαιδεκήρους, &c. Id enim est, Quam sexdecim versus remorum agebant. Confirmat hanc lectionem locus Appiani ex Macedonico, in quo est: Ναῦς τε ὅσας ἔχοι χωρὶς ἐξήρους μιᾶς, καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων, &c. Videtur tamen Appianus in eo mendosus, quòd regiam nauem ἐξήρη, non vt Polybius, & Liuius ἐκκαιδεκήρη, dixit.

Phocenses, Locrensesque sicut ante fuerant, adiecta decreti auctoritate, his contribuerunt] Ita legendus hic locus ex Polybio, cùm in vulgatis editionibus mendosissimè legatur, Locrenses, & quæ sicut ante fuerãt, &c. Verba Polybij, quę Liuius imitatus est, sunt hæc ex fragmento IX. Τοὺς τε φωκέας, καὶ τοὺς Λοκροὺς, συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Ex eodem fragmento legendum paulo suprà apud Liuium, Perrhæbos, non, Perrhæbios; Græcè enim est Περραιβούς.

Pleurato Lingus & Partheni dati] Videtur legẽdum Lychnidus, ex Polybio, & Strabone, non Lingus. Polybius enim sic habet in fragmento IX. Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ λυχνιδοῦντα καὶ πάρθον, οὔσας μὲν ἰλλυρίδας, ὑπὸ φίλιππον δὲ παρομένας, &c. & Strabo lib. VII. Ἐξ Ὀπιδάμνου, inquit, καὶ Ἀπολλωνίας ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Καρδαυίας ὁδόν, αἵπερ λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ λυχνιδοῦντα, &c.

L. Sertinius Hephesiam, & Thasum] Malè ex Plutarcho docti viri emendarunt L. Titilius, pro, L. Stertinius. Nam Polybius habet, Στερέννιον, propiore ad Stertiniũ scriptura, & familia Stertinia notissima est, cùm Titiliam nemo nominet scriptorum, quos legerim. Paulo pòst apud Liuium ex eodem Polybio videtur legendum, Bargylias, licet Polybius neutro genere edat, βαργύλια.

## AD LIB. XXXVI.

Postulo vt Dicæarchum ciuem vestrum sine mora dedatis,

dedatis,& Menetam Epirotam, &c. Meneſtam,habet v.c.Polybius in fragmento XIII.Meneſtratum,corruptè.Διχάιαρχον,inquit,ἔκδοτον δοῦναι,τὴν Μενέστρατον τὸν ἡγεμόνα,&c.cùm in fragmento XXVIII. habeat, Μενέσαν.

AD LIB. XXXVII.

Diaphaneomnibus his copijs præpoſito]v.c.habet, Diophane,& ita Polybius in fragmento XX. in quo eſt: ὃν ἡγεῖτο Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης.

Ludis Apollinaribus, ad quintum Idus Quintiles,&c.] Scribendum: Ludis Apollinaribus. a. d. II. Idus Quintiles,&c.& ita ſuprà corrigendum, vbi III. ſcriptum eſt pro, II. nam in antiquo Kalendario eſt, PRID. ID. quod veteres ponebant pro, ante diem ſecundum.

Adduci eos à Tyrrhæo iuſſit] Malè à doctis viris, à Purrheo hîc repoſitum eſt,cùm legẽdum ſit à Thyreo, ſiue Thureo. Polybius in fragmento XXVIII. habet: Ἔχαψε τοῖς Θυριεῦσιν ἀνακομίζειν ἄνδρας ὡς αὐτὸν, &c. Sic enim ibi emendauimus,cùm male,Φουειδᾶσι, legeretur. Stephanus,Εἰσὶ δὲ,inquit,καὶ Ἀκαρνανίας Θυρίον, διὰ τοῦ. ι. τὸ ἐθνικὸν,Θυειδεύς. Ἀνδροτίων δὲ Θουειδεύς φησιν. In nummis argenteis Acarnanum eſt, ΘΥΡΡΕΙΩΝ. Ex quibus locis apparet,ſuprà legẽdum eſſe,aduerſus Phurreum quod vocant,&c.& item lib.XLIII.vt ibi notauimus.

Aeniade cum vrbe,agriſque Acarnanum ſunto]Videtur omninolegendum, Oeniade. Sic enim habet Polybius in fragmento XXVIII. Ἡ δὲ πόλις, inquit, καὶ ἡ χώρα ἡ περὶ Οἰνιάδων, Ἀκαρνάνων ἐστίν. Græci etiam Scriptores edunt Οἰνιάδαι,quæ ciuitas eſt Acarnanię prope Acheloum fluuium.

AD LIB. XXXVIII.

Argenti probi XII. millia Attica talenta dato intra duodecim annos penſionibus æquis.talentum,ne minus pondo LXXX.Romanis ponderibus pendat,&c.Ad huius loci intelligentiam Antonius Auguſtinus talia quædam notauit. Quæritur, inquit,à Budæo, & alijs,

quo

quo pacto talentum Atticum, quod constat sex drachmarum Atticarum millibus, siue totidem denariorum millibus vt Varroni, & Polybio placet, pondo LXXX. sit, cùm vix LX. pondo attingat. Augent difficultatem eiusdem Liuij verba lib. XXXIV. (Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse, cùm quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.) Etenim eadem ratio in his verbis est, quæ in suprascriptis, vt sex millia denariorum talentum efficiant: eamdē rem scribit Plutarchus in Apophtheg. & drachmis pro denarijs vtitur, vt verisimile est Polybium vsum fuisse. Sic etiam Fannij carmina sunt, quæ docent maiorem fuisse libram Græcis, quàm Romanis, & Atticas minas alijs, his verbis.

*Hæc magno in Latio libra est, gentique togatæ:*
*Attica nam minor est, ter quinque hanc deniq. drachmis,*
*Et ter vicenis tradunt explerier vnam.*
*Accipe præterea, patrio quam nomine Grai*
*Mnam vocitant, nostriq; minam dixere priores,*
*Centum hæ sunt drachmæ quòd si decerpseris illis*
*Quattuor, efficies hanc nostram denique libram,*
*Attica, quæ fiet, si quartam dempseris hinc, mnæ.*
*Cecropium supereſt post hæc docuisse talentum,*
*Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas.*
*Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.*
*Nam nihil his obolóve minus, maiúsve talento.*

In his versibus dici videtur libram Romanis fuisse XCVI. drachmarum, Græcorum minam cētum drachmarum. Atticam LXXV. drachmarum. in talento sexaginta minas fuisse, siue sex millia drachmarum. Eodem pertinet, quod Plautus significat in Mostellarijs: duobus talentis magnis CXX. minas contineri. Et apud Senecam XXIV. HS. millibus talentum Atticum æstimari. Ex altera parte maiores fuisse denarios, quàm

quàm drachmas Atticas, tum alijs exemplis, tum ex his Liuij verbis constat lib. XXXIV. cùm de triumpho T. Quinctij scribit. (Signati argenti octoginta quattuor millia fuere Atticorum, tetradrachmam vocant, trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.) Nec dubium est, septem denarijs vnciam constasse, quæ Græcis omnibus octo drachmis penderetur. Sunt, qui dubitent Liuij ne verba mendosa sint, cùm Attica talenta LXXX. pondo æstimat, atque arbitrantur aut pro Atticis talentis Euboica esse substituenda. aut pro LXXX. tantum pondo LX. scribi oportere. Nos Græca Polybij, vt putamus, verba referemus à Constantino relata, quibus constabit quid sit, quod mutari debeat. Ἀργυρίου δὲ δόσιν Ἀντίοχος ἀπὸ ἴσου Ῥωμαίοις ἀργύρου τάλαντα μύρια χίλια ἐν ἔτεσιν. ιβ'. δισσοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια. μὴ ἔλαττον δ' ἑλκέτω τὸ τάλαντον λιτρῶν Ῥωμαϊκῶν. π'. καὶ τὸ σίτου. φ'. καὶ μ'. . . . τυδ'. ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις. ε'. κατὰ τὸ ἔτος τῆς ὑπαλλαλομένης καιρῷ. Καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδίδωσι καὶ τὸ σίτου καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος τάλαντα. ρκξ'. καὶ δραχμὰς χιλίας. σ. ὀκτὼ. οὓς συνεχώρησεν Εὐμένης λαβεῖν γάζαν εὑρεσουμένῳ ἑαυτῷ, &c. In his verbis sunt quædam mendosa post illas notas. φ'. καὶ. μ'. quæ ex Liuianis verbis corrigi possunt. Sunt etiam alia, quæ Liuius omisit. Tamen illa ipsa, de quibus dubitamus, integra sunt: & ni fallor, ita accipienda sunt, vt omnis pecunia proba sit, atque Attica, & numerus talentorum idem sit, qui Græcis, & Latinis verbis expressus est; sed pondus eius pecuniæ Atticæ non id sit, quod Athenis talentum expenditur: Sed id, quod Romæ LXXX. libras efficiat. Non rectè igitur hoc talentum Atticum appellabitur, sed talentum Atticę pecunię Romanum. Atticum erat LX. minarum, in singulis centum drachmæ continebantur; in hoc erunt LXXX. minæ, siue libræ, in singulis XCVI. erunt drachmæ. Simul efficient, ni fallor, 7680. drachmas. Si verò singulæ libræ centum drachmarum sint, efficient octo drachmarum millia, sed vt diximus, Atticarum.

Confir-

Confirmemus hæc alijs Liuij verbis libro XXXVII. de eodem fœdere, cum Antiocho Rege, hæc sunt Africani verba. (Pro impensis deinde in bellum factis XV. millia talentûm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia, & quingenta, cum S.P.Q.R. pacem comprobauerint. mille deinde talentûm per XII. annos. Eumeni quoque reddi CCCC. talenta, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri redditum est, placet.) Hoc loco eadem XII. millia talentûm non Attica, sed Euboica dicuntur. Græca verba ex eodem scriptore, quem Polybium esse credimus, hæc sunt: Πρὸς δὲ τούτοις εὐβοϊκὰ τάλαντα ἀποδοῦναι μύρια καὶ πεντάκις χίλια Ῥωμαίοις ἀντὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον δαπάνης. Τούτων δὲ φ'. μὲν ἄδραχμα. διχίλια δὲ ϡ. φ'. πάλιν, ἐπειδὰν ὁ δῆμος χωρώσῃ τὰς διαλύσεις. τὰ δὲ λοιπὰ τελεῖν ἐν ἔτεσι ιβ'. διδόντα καθ' ἕκαστον ἔτος χίλια τάλαντα. Ἀποδοῦναι δὲ ϡ Εὐμένει υ'. τάλαντα ἀφορισθέντα, ϡ τὸν ἐλλείποντα σῖτον κατὰ τὰς πρὸς τὸν πατέρα συνθήκας. Remanet scrupulus ex his, quæ ad Sex. Pompeium olim notauimus. neque enim Euboica talenta Atticis sunt quarta parte maiora, sed potius Ægyptia, quæ apud Plinium Varro ait LXXX. pondo fuisse. At Euboicas LXX. minas efficere Atticas LXXII. post Aelianum conscripsimus. Vidi tamẽ alicubi scriptum, ἐπίσιτον, esse proportionem inter Antiochena, & Attica talenta. Hæc fortasse sunt Romani in hoc fœdere secuti; qui disertis verbis affirmant, quo pondere sibi talenta solui velint. Est enim alius Liuij locus libro XXXVIII. in quo de fœdere agitur, cum Ætolis, & Ambraciensibus his verbis. (dein vt quingenta Euboica darent talenta, ex quibus CC. præstantia, CCC. per annos sex, pẽsionibus æquis) & postea. (pro argento si aurum dare mallent, darent conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Hæc aptius à Græco scriptore coniuncta sunt, & plenius: Δώσειν δ' Αἰτωλοὶ ἀργυρίου μὲν χείλια καὶ ἑκατὸν ἄδραχμα μ̃ τάλαντα εὐβοϊκὰ σ'. πρὸς ἑξαετηγῶ τῷ ἐν τῇ Ἑλλάδι. ἀντὶ σίτου μέρους τὸ ἀργυρίου χου-

οἷον ἐὰν βούλωνται, δίδοντες τὴν δέκα μνῶν ἀργυρίου καὶ χρυσίου μνᾶν. δίδοντες ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τὰ ὁρκία τμηθῇ ἐν ἔτεσι τοῖς πρώτοις ἐξ κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον τάλαντα ρ'. &c. Ex his verbis apparet in Antiocheno fœdere non de Atticis talētis agi, sed de pecunia proba Attica. Hîc apertius: Ἀργυρίᾳ μὲν χείρονι ἢ ἀττικοῦ τάλαντα εὐβοϊκὰ, &c. Liuius hoc loco omisit Atticæ pecuniæ mentionem, illic obscurè est locus, dum Attica talenta scribit. nec non quod de minis hoc loco dictum est Græcè, id Liuius de nūmis aureis, & argenteis expressit, quod eadem esse ratio videretur.

Atque ita XVII. quibus vincula per tumultum iniecta erant, interfecti sunt. LXIII. postero die comprehensi, à quibus Prætor vim arcuerat] Conuenit numerus interfectorum cum ijs, quæ scribit Polybius, cuius in hac re narranda Liuius secutus est auctoritatem: Χρόνῳ δὲ, inquit Polybius de Philopœmene apud Plutarchum, ἐγκαλέσας τι τοῖς Λακεδαιμονίοις στρατηγῶν ὁ Φιλοποίμην, τὰς μὲ φυγάδας κατήγαγε εἰς τὴν πόλιν, ὀγδήκοντα δὲ Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιός φησιν.

Postero die ad Cobulatum amnem progressi.] Cùm apud Polybium in fragmento XXXI. sit: Ἡνίκα Γναῖος διῆκε τὸν Κολοβάτον προσαγορευόμενον ποταμόν, &c. videndum an apud Liuium in eo nomine, litterarum transpositio facta sit, & Colobatum sit scribendum.

Termessenses eo tempore Isiondæ arcem vrbe capta, oppugnabant] Duo menda in hæc Liuij verba irrepserunt; vnum, quia Thermenses, in, Thermessenses mutatum est, cùm antiqua ænea tabula edat Thermenses, & v.c. minus corruptè Telmenses, vt etiam Polybianum fragmentum τελμησσὸς, sed malè pro τερμησσὸς. Græci enim nummi habent, TEPMHCCEΩN. Alterum, quia Isindæ ex auctoritate Stephani Byzantij, non Isiondæ scribendum fuit, licet in Polybij fragmento XXXI. sit: Ἦλθον πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἀπὸ τῆς Ἰσιόνδης προσαγορευομένης πόλεως. δεόμενοι σφίσι βοηθῆσαι, &c. Quæ scriptura, quia cōstanter apud Polybium altero etiam loco repe-

reperitur, poterit retineri apud Liuium quoque. Nam quod docti viri reposuerunt, Hyrienſium, id prorſus ineptum eſt.

Néve plures, quàm decem naues actuarias, nulla quarum pluſquam xxx. remis agatur, habeto: néve monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus ſit] Videtur poſtremum membrum Liuianum non conuenire cum Polybij verbis, quæ voluit Liuius imitari hoc loco, Sunt autem hęc ex fragmento xxxi. Καὶ μηκέτι ἐχέτω πλεῖω δέκα καταφράκτων, μηδὲ πρωρότονον ἐχέτω ἐλαυνόμενον, μήδ' ἀυτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ ἂν ἀυτὸς κατάρχῃ. Liber manuſcriptus Liuij habet: Néve minorem ea, belli cauſa, &c. quod minus placet, quàm monerem, licet vt dixi, non reſpondeat Græcis, μήδ' ἀυτὸ πολέμου ἕνεκεν, &c. Sed ſiue Polybium ſequamur, ſiue Liuium, vterque aptam ſententiam nobis ſuppeditabit.

Clazomenijs ſuper immunitatem, & Drymuſam dono dederunt] v. c. habet, Dromiſam. Sed Drymuſſam ſcribendum ex Polybij fragmento xxxvi. in quo eſt: Κλαζομενίοις δὲ καὶ δωρεὰν προσέθηκαν τὴν δρυμοδοναν καλουμένην νῆσον, &c. In manuſcripto tamen Polybij exemplari erat, Δρομοδοσα, propiore ſcriptura ad librum manuſcriptum Liuianum, ſed Stephanus item edit, Δρυμοδοσα.

AD LIB. XXXIX.

Vt in intentiore eum cuſtodia aſſeruarent] Placeret magis, vt eſt in v. c. ſine particula, in, vt intentiore, &c. & paulo pòſt ex eodem veteri libro legendum: Tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet, &c.

Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum publicum ſub terra, &c.] Accepit hoc Liuius à Polybio, vt alia multa, non vt docti viri putarunt, Plutarchus à Liuio, quod ex eo loco, quem ſupra protulimus de Philopœmene conijci poteſt. Græca Polybij verba Plutarchus in Philopœmene profert hęc, licet Polybium non nominet: Οὐ μὴν ἀλλὰ καμίσωτης ἀυτὸν ἐκ τοῦ καλουμένου θη-

σαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ σκεπαζόμενον κλειόμενον, ἐν ταῦτα κατέθεντο.

AD LIB. XL.

Duello magno, &c.] Huius tabulæ, cuius Atilius etiam Fortunatianus meminit, postrema verba ita videntur emendanda. Inter Ephesum, Samum, Chiumque inspectante eos ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisque, Classis Regis Antiochi victa, fusa, fugataque est. ibique eo die naues longæ cum omnibus socijs captæ XIII. Ea pugna pugnata, rex Antiochus regnumque eius in potestatem popul. Romani redactum. Eius rei ergò ędem Laribus Permarinis vouit.

AD LIB. XLI.

Et carceres in circo, & oua ad notas curriculis numerandas, &c.] Legendum: & oua ad metas, curriculis numerandis, &c.] Ouorum enim super metas erectionibus (vt ex Varronis loco ex lib. I. de re rust. intelligitur, septem illa circensium ludorum curricula numerabantur. quod etiam Cassiodorus apertius indicat, cùm ait: Nec illud putetur irritum, quòd metarum circuitus, ouorum erectionibus exprimatur, &c. Dio quoque lib XLIX. Scribit Agrippam, quòd videret errare homines in circo propter circuituum numerum, delphinos & ouata opera posuisse, quibus cursuum circuitiones, & conuersiones ostenderentur, &c. Huiusmodi oua, & delphini metis impositi, in ipsa Circi Maximi descriptione, quæ habetur in veteribus tum numismatibus, tum lapidibus, disertè expressi sunt. Erant autem oua hæc, quæ metis superimponebantur, Castori, & Polluci dicato, vt ait Tertullianus libro de Spectaculis. Et metæ ipsæ, cùm priùs ligneæ fuissent ac Tophinæ, postea marmoreæ à Claudio Imp. factæ sunt, vt scribit Suetonius cap. XXI. De septem verò circensibus curriculis, cum plures alij Scriptores faciunt mentionem, tum Varro apud Agellium lib. III, cap. X.

cùm

cùm ait: Ludorum Circensium curricula sollemnia septem sunt, &c.

Ianos tres faciendos, &c.] Ianos intelligit Liuius summum, medium, & imum, qui in Foro erant Romano ad Basilicam Æmiliam, vt scribit Porphyrio in versum Horatij lib. 1. epist. 1.

——— *Hæc Ianus summus ab imo*
*Perdocet* ———

Suetonius in Domitiano: Forum, inquit, porticibus, tabernisque claudendum, & Ianos tres faciendos, &c, & in Augusto: Pompeij quoque statuam contra theatri eius regiam, marmoreo Iano superposuit, &c. Quibus locis, vt hîc apud Liuium, Ianus accipiendus est pro arcu marmoreo, & fornicata transitione. Iani Primi mentio est in veteri apud me inscriptione, in qua est:

C. IVLIVS. C. L. NICO
MACHVS. A. IANO
PRIM. PAL.

Medij, in altera item apud me inscriptione, quę habet:

C. LEPIDIVS
C. L. ANICETVS
A. IANO. MEDIO. Sed Iani medij meminit etiam Cicero in Philippicis, vbi scribit Fœneratores, qui ad Ianum medium erāt, statuam L. Antonio posuisse cum hac inscriptione:

A. IANO. MEDIO. PATRONO.

Ita enim est in v. c. non, IANI MEDII, quod subditum est ab alijs, ob formulæ ignorationem.

AD LIB. XLII.

Euersam, & Callicritum] Puto legendum, Callicratem, quem nominat Pausanias in Laconicis, Achæorum res ad Romanos trahentem. Romanos verò legatos, quos hîc nominat Liuius, T. Claudium. P. Postumium, &c. Polybius in fragmento LXIV. edit οἱ περὶ τὸν Τιβέριον, καὶ Ποστούμιον, &c. vt, Ti. Claudium, videatur apud Liuium scribendum esse.

Midon Bereus ] Polybius in fragmento LXXI. habet: Μίδων βεροιεὺς, &c. Vnde videtur apud Liuium Medon Berœus scribendum, siue, Bereæus, ex Græco numismate ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ.

Achaico Concilio Argis agitato ] Scribendum ex Polybio, Aegij, non, Argis. nam sic est in fragmento LXXIV. Διὸ συναχθέισης αὐτοῖς τῆς βουλῆς εἰς Αἴγιον, &c. & Liuius ipse lib. XLV. T. Quinctio Aegij datum est concilium, &c.

Et quotiescunque delectus erit, quem hîc Censores magistratum habebunt, &c.] Locus est mendosissimus, vt videtur, sed qui aliquo modo restitui possit, si legamus: Et quotiescunque delectus erit, quum hi Censores magistratum habebunt, &c.

AD LIB. XLIII.

In Acarnaniam deinde legati profecti sunt. Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt, &c. ] Supra in notis ad lib. XXXVII. diximus, Thurreo, siue Thyreo, ibi scribendum esse, non Purreo, quæ lectio hîc quoque reponenda est, vt Thurrei, siue Thyrrei legamus, non Purrei. nam Polybius in fragmento LXXV. habet: Κατὰ τὴν Ἀχαρνανίαν συναχθέισης τῆς ἐκκλησίας εἰς Αἴγιον. &c.

Aduersus amentiam eorum, qui ad Macedonicam gentem trahebant, &c.] Videtur deesse verbum, res, quod alibi positum est à Liuio, & habetur apud Polybium, in huius rei narratione, fragmento LXXV. Εἶναι δὲ φεὶ αὐτοὺς, τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας, &c.

AD LIB. XLIV.

Cùm arma, viros, equos, cùm cura inexisset ] Verbum mendosum, inexistet, fortasse restituetur, si in, instruxisset, mutetur.

Nondum hæ effusione inducta bestijs omniũ gentium Circumcomplendi] Omnino videtur legendum, bestijs omnium generum, vt paua mutatione locus restituatur.

Tribu

Tribu quoque is motus, & operarius factus ad opera publica facienda Cum eis dimidium, &c.] Legendum sine dubio: Tribu quoque is motus, & ærarius factus. Ad opera publica facienda, cum eis dimidium ex vectigalibus eius anni attributum ex S. C. à Quæstoribus esset, &c. Confirmat hanc emendationem alius locus, qui lib. XL. habetur, in quo est: Censores, &c. tres electi de Senatu. retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos. Opera ex pecunia attributa, diuisaque inter se, hac confecerant.

Thraces duos id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes, &c.[ Locus mendosus restitui poterit, si legatur: Thracesque duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam traherent, &c. Paulo pòst videtur scribendum, argyraspides, pro eo, quod in vulgatis est, aglaspides.

AD LIB. XLV.

Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra] Quid si legamus? Pullo amictus solus Perseus ingressus est castra, &c. Locus certè mendosus est. Nec satis placet illud, pallio, quod ab alijs substitutum est.

Tunc quoque petenda societas videbatur, non quæ tutiores eos ab alijs faceret (nec enim timebant quenquam præter Romanos) sed quæ ipsos Romanis minus suspectos, &c.] Ita legendus hic locus ex fragmento Polybij XCIII. cùm dictio, ipsis, quę in vulgatis libris malè posita est, pro, ipsos, totam sententiam perturbet. & paulo pòst legendum: Si Lycia, & Caria ademptæ ab Rhodijs forent, &c. non vt est in vulgatis editionibus, ademptæ ab Romanis forent, &c. quæ lectio ex eodem Polybij fragmento elicitur, in quo est: Διότι δεῖ Κάρας καὶ Λυκίους, ἐλευθέρους εἶ) πάντας, δοῦναι πρεσβεύσαι Ῥοδίοις, &c. Nam & apud ipsum Polybium librarij sæpe in eo peccarunt, vt Ῥωμαίους, pro, Ῥοδίους scripserint.

Summam omnis captiui auri, argentiq. translati HS.

mis veteribus, in quibus pileus est, & LIBERTAS item adscriptum est. Præterea pileum, ac virgam, quæ vindicta dicebatur, virginem ferre in nummis videmus. Item in M. Bruti denarijs, pilei, & duarum sicarum imaginem agnoscimus; & Iustiniani constitutionem habemus de libertis, qui funus patroni prosequebantur pileati.

FINIS.

---

# NOTÆ AD VELLEIVM

## AD LIB. I.

PENTHELVS, & Tisamenus] Scribédum est, Penthilus, sic enim habet Pausanias, & Græci scriptores. Pausaniæ verba ex Corinthiacis sunt hæc: Τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον πενθίλον Κναίθων ἔχασεν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἡσιόνῃ τῇ Ἀγίσθου τεκεῖν.

Teminus, & Cresphontes] Ex eodem Pausania, Timenus, non, Teminus, scribendum est, consentientibus etiam alijs Græcis scriptoribus. Pausaniæ verba sunt hæc ex Corinthiacis item: Τίμενον μὲν δὴ Κρεσφόντης Ἀριστομάχου, &c.

Immistusque castris hostium, de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est] Ex historia videtur ita interpungendus hic locus, emendandusq;, Immistusque castris hostium de industria, ab imprudente, rixam ciens, interemptus est. Historia peti potest ex Pausania, Apollodoro, & alijs.

Athenienses in Euboea Chalcida Erethriam colonis occupauere] Scribendum: Athenienses in Euboea Chalcidem, & Eretriam colonis occupauere. Potest

etiam retineri, Chalcida, ex Homeri versu in Catalogo:

Χαλκίδ' ἰρίπτειαν τε, πολυσάφυλόν τ' Ἰτέαν.

Non est mirandum, quòd sepe illud vsurpat] Desunt Græca verba Homeri, οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσιν, quæ referebat Velleius ex Iliadis lib. v.

Pharnaces Medus imperio, vitaque priuauit] Iustinus libro 1. Arbacem habet, non, Pharnacem. Nos pro Arbacem, emendamus, Arsacem ex nummis Græcis, & historia.

Sutrium deducta colonia est] Satricum, ex Liuio, & alijs legendum est. & paullo pòst scribendum: P. Decio Mure quartum, &c. non, Q. Decio, &c. Item ex epitoma libri XIX. Fregenæque, non, Fregellæque scribendum.

Cassio autem Longino, & Sestio Caluino] Scribendum: Sex. Caluino. nam Sextius, familiæ nomen est, non. prænomen. Sex. autem Domitius Caluinus Consul fuit cum C. Cassio Longino. A.P.R.C. DCXXX.

## AD LIB. II.

Hæc vrbs nunquam. x. plura, quàm propriæ virtutis armauit] Docti viri emendarunt: Hæc vrbs nunquam plura, quàm. x. millia propriæ virtutis armauit. Sed vsitatior modus loquendi, & Velleio familiaris, postulat vt legamus: Hæc vrbs nunquam x. millibus plura propriæ virtutis armauit.

Is, victus à M. Perperna, ductusque in triumpho, sed M. Aquillio] Dictio, sed, abundat, legendumque, Ductusque in triumpho à M'. Aquillio, capite pœnas dedit, &c.

Præclara in Hispania militia A. Bruti fuit] Omnino D. Bruti legendum est, non, A. Bruti. nam A. Postumius Albinus Bruti filius, qui habetur in argenteo denario, non ad eum, de quo hîc agit Velleius, sed ad D. Brutum, Cæsaris percussorem refertur, qui M. Bruti consanguineus fuit, & ab A. Postumio Albino Cos.

Cos. vt videtur, adoptatus, BRVTI F. ex adoptionis formula dictus est.

Quem C. Gracchus in locum Tiberij fratris III. virum nominauerat, eumque socium regalis assumpserat potentiæ ] Legendum: Quem, &c. III. virum nominauerat, & socium regalis assumpserat potentiæ.

Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces, Silo Poppædius, Hirnus Asinius, T. Vettius Cato, C. Pontius Telesinus, Marius Egnatius, Papius Mutilus] Ita Appianus libro 1. Bell. Ciuil. Profert hæc nomina, & fortasse aliquanto emendatiora, quàm nunc sunt in Vellei codicibus. Illud certè quod est in libris vulgatis, Insteius Cato, penitus displicet, pro quo Cicero in Philippicis, & Appianus libro suprà memorato, habet, T. Vettius Cato, quod placet.

Vt per biennium continuum duo Romani Consules, Rutilius, ac deinde Cato Porcius ab hostibus occiderentur ] Cùm in antiqua editione sit: Vt per biennium continuò, &c. posset legi: Vt per biennium continui, &c. quod magis placeret, & paullo pòst ex eadem antiqua editione legendũ: Caput imperij sui Corfinium legerant Italicani. Paullatim deinde, &c.

Marius post Sextum Consularum, annoque LXX. nudus, &c. ] Placeret magis: Marius post Sextum Consulatum, annosque LXX. nudus, &c. nam illud, annosque ad dictionem post, quæ præcedit, referendum est.

M. Antonius, princeps ciuitatis, atque eloquentiæ, gladijs militum, quos ipsos facundia sua moratus erat, &c. ] Non dubito, quin, ipse, scribendum sit, non, ipsos. vt legatur: Quos ipse facundia sua moratus erat, &c. nam verbum, ipse, aliquantò ἐμφατικώτερον videtur.

Et cum collegæ eius, quibus diem dixerat, metu ad Sullam profugissent, &c. ] Cùm in antiqua editione sit,

sit, motu ad Sullam profugissent, &c. videdum an pro, motu, legendum sit, noctu. De cuius tamen lectionis veritate historici consulendi sunt.

Superaret, quod erat domesticum] Verborum series poscere videtur, vt legamus, superare; quod verbū pendet ab eo, quod præcedit, existimauitque, &c.

Grates Dianę, cuius numini regio illa sacrata est, soluit: aquas salubritate, medendisque corporibus nobiles, agrosque omnes addixit Deæ. Huius gratæ religionis memoriam, & inscriptio templi affixa posti, & hodieque tabula testatur ærea infra ædem. Inde Consules, &c.] Totus hic locus ita videtur legendus, partim ex vetere editione, partim ex coniectura doctorum virorū, quam nos aliqua ex parte de nostro etiam suppleuimus.

Vir animi magis, quàm æui paterni, qui multa, fortiterque molitus, &c.] Ita legendus hic locus, cùm in alijs editionibus desit illud, qui.

Damasippus Prætor Domitiū Scæuolam etiam, &c.] Locus est mendosus, & aliqua ex parte mutilus. Nam post nomen Domitij, vel coniunctionis nota, vel saltem interpūctionis addenda est, legendumque Domitium, Scæuolam etiam, &c. Vt autem locus suæ integritati penitus restituatur, addendum item putamus C. Carbonem, & P. Antistium. de quibus ita scribit Eutropius lib v. Damasippus Prætor incētore Mario Cos. Q. Scæuolam, C. Carbonem. L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consulendum vocatos crudelissimè occidit.

Paullo antequàm Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis prœlijs partium eius viri hostium exercitum fuderant, duo Seruilij apud Plusium, &c.] Hæc Seruiliorum de Italicis victoria habetur in argēteo quodam apud me denario, in cuius vna parte ponè caput Romę, cui ITALIA subscriptum est, signata est corona quędam victoriæ huius, vt videtur, index, quod signum in alijs etiam Seruiliæ gentis denarijs impressum est, in altera

Casto-

Castorum equitantium auersis equis simulacra expressa sunt, cum litteris Oscis, quibus inuicari nomen, prænomenque Seruilij putamus. Nam Oscis etiam litteris signati sunt hi denarij, in quibus Italica hæc contra Romanos conspiratio, & velut fœdus quoddam cæsa porca impressum est. Paullo suprà scribendum apud Velleium, Ofella Lucretius, vnico L.

Nec tamen in eos, qui contrà arma tulerant, sed in multos insontes sæuitum, &c.] Videndum an scribi debeat: Nec tamen in eos, &c. vel, Nec tantùm in eos, &c. ob illud, sed, quod sequitur.

Hoc consulatu Pompeius Tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem in iure reliquerat] Legerem parua mutatione, cuius Sulla imaginem sine re reliquerat, &c. Nam verbum imaginem quod præcedit, ita postulat vt legatur, & Cæsar de hac ipsa re dixit lib. 1. de Bello ciuil. Sullam nudata omnibus rebus Tribunicia potestate, &c.

Qui ante septem annos ex Consulatu sortitus est Asiam] Licet hæc lectio non displiceat, magis tamen placeret, si ita legeretur: Qui, ante septem annos ex S.C. sortitus est Asiam, &c. nam in antiqua editione est, ex Cos. quod videri potest factum ex, ex S.C. quæ vsitata erat formula in decernendis prouincijs,

Ne ab huius quidem vsura gloriæ temperauit animum Cn. Pompeius] Ex epitome Liuiana posset ita legi: Ab huius quidem vsura gloriæ vix temperauit animum Cn. Pompeius.

Neque vllo in operis sui minorem] Catullum, pro, Catulum, quod est in antiqua editione, docti viri reposuerunt. Sed haud scio, quàm rectè. Nam & Q. Catulus numeratur inter nobiles eius ætatis poëtas.

Cypro deuicta, nulli assignanda gloria est] Non dubitamus, quin legendum sit: Cypri deuictæ, nulli assignanda gloria est. & ita scripsisse Velleium putamus. Et paullo pòst scribendum: Gallias primùm Domitio, Fabio-

Fabioque nepote Paulli, &c. nam ab antiqua editione, quoad fieri poteſt, diſcedendum non eſt.

Ab eodem facta ] Locus eſt mutilus, & mendoſus. Cùm autem de C. Cæſare hoc loco loquatur Velleius, poſſet ſic reſtitui: Ab eodem Britannia fracta, &c. nam præcedit verbum infractæ, in quo videtur Velleius lepidè iocatus eſſe.

Numidicus Ciliciâ perdomuit, niſi viciſſet poſt bellum Antiochenum Vulſo Manlius Gallogræciam ] Ita poteſt aliquo modo hic locus emendari, cùm, vox, viſa, ſi retineatur pro, niſi, penitus inepta ſit.

At Ti. Cæſar, quàm certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat parem ] Videtur vox, parem, in parẽs, mutanda eſſe, & totus locus ita legendus: At Ti. Cæſar, quàm certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat parens, Illyrijs, Dalmatisque extorſit, &c. eleganter autem à Velleio verbum extorſit repetitum eſt, quod de C. Cæſare Ti. patre, ſupra poſuerat.

T. Ampius ] L. Tampius ſcribendum eſt ex antiquo denario, & veteri item inſcriptione, vt in notis ad Cęſarem diximus. & totus hic locus ita legendus: L. Tampius, & T. Labienus Tribuni pl. legem tulerunt, vt is ludis Circẽſibus corona aurea, &c. nam in antiqua editione eſt, vt ſi ludis Circenſibus, &c. ex quo alij fecerunt, vt S. Ludis, &c.

Quanto opere conata eius, qui obtinebat Aſiâ magiſtratus P. R. motu ſuo deſtituerit ] Cùm in antiqua editione ſit, deſtituere, videndum an totus hic locus ita legi poſſit: Quanto opere conata eius, qui obtinebant Aſiam magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituere.

Et ius his reſtitutum, &c ] Placet doctorum virorum emendatio, qui legunt: & ius ciuitatis reſtitutum. &c. Nam ſupra de Campanis item Velleius dixit: Ab hinc annos autẽ CCCL. Sp. Poſtumio, Veturio Caluino Cos. Cãpanis data eſt ciuitas, partiq. Samnitiũ ſine ſuffragio.

Sera Cn. Pompeij cura, verùm & capito interitu, &c. ]

Locus

Locus est sine dubio mendosus, qui posset ita restitui: Sera Cn. Pompeij cura, &, vt cœpit, interrita, &c.

Inuictum par Consulum ] Cùm in v.c. sit. Victus pars Consulum, &c. posset legi: Vetus par Consulũ, &c. & paullo pòst scribendum: Cæsari, lege, quam Pompeius ad populum tulit, &c.

Exemplo inutili, facto salutari Reip. ] In antiqua editione est: exẽplo inutiliter facto, &c. Vnde legendũ putamus: Exemplo inutili, sed facto salutari Reip. &c.

Perfectis muneribus theatri, & aliorũ operum, quæ ei circũdedit ] Vox muneribus, mihi suspecta est, atq; eo magis, quòd homo doctissimus Bernardinus Rutilius pro ea, merib⁹, in suo codice substituerit. quod, quid sit mihi non liquet, nisi fortè mœnijs scribere voluerit; quod verbũ pro ædificijs, vt Festus dicit, antiqui ponebant. Munera tamen pro ædificijs Velleius posuit infra, vt suo loco dicemus. itaque nihil mutandum reor.

Et se in petitione consulatus suffragijs P. R. committere decreuerat. Verba, quæ præcedunt, & ipsa sententia postulat, vt legatur, committerer, decreuere: ratus bellandum, &c.

Quid aliud, quàm nimium occupatos dixerim, quos in æate, & tanti, & pẽnè nostri sæculi, principis viri fefellit quinquennium ] Ita supplendus hic locus, cùm in vũlgatis editionibus desit verbum, principis, quod ad sententiam necessariò requiritur.

Cùm summum ei à militibus deferretur imperium ] Cùm in antiqua editione sit: Cùm summũ ei ambitus deferretur imperium, &c. posset legi: Cùm summum ei ab illis deferretur imperium, &c.

De cuius origine, etiam si præuentis, & pauca dicenda sunt ] In antiqua editione est: De cuius origine, etiã si præuenit, & pauca, &c. Sed fortasse legendum: De cuius origine, etiam si peruenerit & pauca, &c.

Appellatusq. in ea Imperator ] Legendum: Appellatusque ex ea Imperator. &c. Nam de hoc ipso Octauio

extat

extat vetus inscriptio, in qua est: IMP. APPELLATVS EX. PROVINCIA. MACEDONIA.

Semetipsum videri indignum ] Legendum videtur: Sibimetipsum videri indignũ, &c. nam præcedit: Quo nomine Cæsari dignus esset visus, &c. Paullo pòst legendum: Insertis falsis ciuitatibus, corruptisque Commentarijs, &c. Atque hæc lectio non discedit ab antiqua scriptura, quam alij mutantes, emendarunt ita: Insertis falsis, indubitateque corruptis Commentarijs. In ijs verò, quæ statim sequuntur: Atq. omnia pretio temperata, &c. Videndum an pro, temperata, legendum sit, temptata.

Eum Senatus, honoratum equestri statua, &c.] De hoc equestris statuæ honore à Senatu C. Cæsari decretæ, extat mentio apud alios etiam scriptores. At non à Senatu, sed à populo Romano decretũ eum honorem fuisse, apparet ex argenteo denario, in quo adiecta est inscriptio, POPVLI IVSSV; Quamuis in alio etiam simili denario, S. C. inscriptio posita sit. Vt videri possit duas C. Cæsari adolescenti equestres statuas decretas fuisse, vnam à Senatu, alteram à populo Romano. De ea, quam decreuit Senatus præter denarium in quo est, S. C. meminit hoc loco Velleius, & Cicero etiam in epistola ad Brutum xv. & ad Q. Fratrem lib. III. De ea verò, quam populus Romanus posuit, argenteus item Augusti denarius extat, in quo diximus inscriptum esse, POPVLI IVSSV.

Ab eo annum agente vicesimũ, fortissimè circa Mutinam administratum est ] Legendum: Id ab eo annum agente, &c. nam præcedit vox, bellum.

Dum Resp. constaret concordia ] Videtur necessariò legendum. Dum Reip. constaret concordia. aliter sententia vix constat.

Per auersa castrorum proruto vallo militibus receptus est ] Hæc lectio nobis valdè placet; nam auersa castrorum Velleius dixit Græca forma, qua multa alia à Latinis

Latinis prolata esse cõstat. Posset etiam legi: Per auersam castrorum portam proruto vallo, &c. nam auersam habet antiqua editio, & verbum portam, potest videri omissum à librario, qui deceptus sit ex similitudine sequentis vocis, proruto.

Quàm se amici vltione debere] Vltioni, legendum esse, non, vltione, nemo non videt. & paullo pòst locus mendosissimus ita sanari posset, si coniectura longius discedere liceret: Cùm ne à dijs quidem seruari posset, &c. pro eo, quod in vulgatis est mendose: Cùm ne in modica quidem seruari posset, &c.

Acceptis à Statio Murco, & Crispo Marcio Prætorijs viris, imperatoribus, prævalidis legionibus, &c.] Ita legendus hic locus, deleta voce, qui, ante verbum, prævalidis. Statius aut Murcus in argenteo etiam denario IMP. dicitur. Et paullo pòst scribendum: Vatinioque circa Dyrrhachium volenti legiones extorserat, &c. non, vt est in vulgatis editionibus, volentes.

Ac malè multatum] Placeret magis: Ac malè mulcatum, &c. Cicero tamen, malè multare dixit libro de Claris Oratoribus.

Staius Murcus] Legendum (vt suprà diximus) Statius Murcus, & sic infrà. De hoc autẽ Murco videndus liber noster de Familijs.

Is tum, vt prædiximus, occupata Sicilia] In antiqua editione est, Istum, &c. pro quo legi posset, iste: sed recens quoque lectio, is tum, æquè placet.

Quam transgressi ad deos sacerdotem, ac filiam] Vox, filiam, hoc loco prorsus inepta est, totamque sententiam perturbat. Placeret magis si, Iliam, pro, filiam legeremus; Vt Velleius dicat Liuiam, relato in numerum deorum Augusto, sacerdotem eius, & quasi Iliam quandam, quæ sacerdotio Vestæ, & Martis coniugio licet furtiuo dignata est, à Tiberio filio constitutam esse; vt de Antonia Claudij matre legimus, quę in argenteo denario apud me, SACERDOS DIVI AVGVSTI dicitur.

d

citur. Ex digamma autem Æolico, F, error fieri potuit, vt Filiam, pro, Iliam, Librarius scripserit.

Ex equestri ordine Cos. creatus esse] Placeret magis, creatum esse. nam illud, creatus, ex verbo, proximo, quod præcessit, factum est.

Et Arruntium Actium ] Reponenda vetus lectio, quæ est in antiqua editione: Et Arruntium, ac Titium, &c. & postea legendum: Statium autem Murcum, &c. vt suprà diximus.

Hoc M. Antonio acto ] Videndum an legi possit: Hoc M. Antonius acto, illis legionibus saluti fuit, &c. Paullo pòst legendum putamus: Nequid oneri deesset, &c. non, honori. quod verbũ videtur substitutum ab eo, qui non animaduertit Velleium iocari voluisse in voce aureis, quòd constet aurum ceteris metallis grauius esse.

Nauium hæc magnitudo, modicáve celeritate, aduersa illa specie terribilior ] Videndum an hic locus qui manifestè mẽdosus est, ita corrigi possit: Nauium hinc magnitudo modica, sed celeritate, aduersa illa specie terribilior, &c. Et paulo pòst pro ijs, quæ in vulgatis editionibus mendosè item sunt: Nam de illis exemplis vitæ natura Dolabella ad Cæsarem virq. clarissimus, &c. an possit aptiore sententia legi: Inde illius exemplo vir audax Dolabella, virque clarissimus, &c. nam verba, ad Cæsarem, ex inferiore loco irrepserunt.

Dextrum nauiũ Iulianarum cornu M. Lario commissum ] Legendum putamus, M. Lurio, non, M. Lario, & gentilis fortasse eius est, qui in æreis Augusti numismatibus dicitur P. LVRIVS. AGRIPPA. III. VIR. A. A. A. F. F.

At Cleopatra frustratis custodibus, illata aspide, morsu sanè ei ] Verba sunt partim luxata, partim corrupta, quæ ita restituenda putamus: At Cleopatra frustratis custodibus, illata aspide sinui, morsu eius expers muliebris metus, spiritum reddidit.

Augusti

Angusti claui pęnè contentus] Placeret magis. Angusto clauo pænè cõtentus, &c. & paullo pòst: Æquetur prædictæ iam Calpurniæ Antistij Seruilia, &c. Ita enim est in antiqua editione.

Quæ Crasso oppresso Orodes, quæ Antonio pulso filius eius Phraates ceperant] Dio & ceteri scriptores Orodis filium Pacorum, non Phraatem edunt, vt fortasse hîc quoq. Pacorus, pro, Phraates reponendũ sit.

Hoc tractu temporum Ti. Claudius Nero, quo primo, &c.] Placeret: quo puero, &c. licet, quo trimo, vt alij emendarunt ex loco superiore, placeat magis. Sed paullo pòst quod de eodem Tiberio subiungit Velleius: Visusque prætulerit principem, &c. id videtur ita emendandum: visuque prætulerat principẽ, &c. nam præcedit, sperari potuerat, &c. Sententia verò respicit Euripidium illud,

εἷς Θ' ἄξιον τυραννίδ' Θ'.

Præpositis Cai & Lucij nominibus] Videtur legendum, prænominibus, non, nominibus, & paullo pòst, rigore, non, vigore, &c. ita postulante sententia, quæ his verbis concipitur à Velleio: Esse mores eius rigore, ac lenitate mixtissimos, &c.

Visendi eius gratia, ad quem conuenientes, semper priuatos, illa maiestas priuata nunquam fuit, fasces, &c.] Videtur hic locus ita legendus: Visendi eius gratia, ad eum cõuenientes, (semper priuatus ille, maiestas priuata nunquam fuit) fasces, &c. Potest etiam retineri, illa, dummodo parenthesi includantur verba (semper priuatus, illa maiestas priuata nũquam fuit,) fasces, &c. Sed, ille, magis placet.

Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, &c. Prænomen M. videtur abundare.

Insolens longè pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia] Placet magis: Et adiuta viribus Delmatiæ, &c. & paulo pòst legerem: Pars petere Italiam iuncta sibi, &c. vt verbum, iuncta, referatur ad præcedentem

vocem, pars. Sic infra Velleius locutus est, cùm dixit: Magna Thracum manu vinctus prædictis Rhœmetalces, &c. Deinde, pro pars in Macedoniam eruperat, &c. legerē: Pars se in Macedoniam effuderat, &c. nam antiqua editio habet, effugerat. Item legerem: Proxima duobus Batoni, ac Pinneti ducibus auctoritas erat, &c. nam infra habetur: Batonemq; & Pinnetem excelsissimos duces, &c. Batonibus autem, manifestum mendum.

Quia tantus etiam huius belli metus fuit ] Placet magis: Quin tantus etiam huius, &c. & paullo pòst pro, viribus hostis elangueſceret? &c. legerem: Virus hostis elangueſceret?

Mœtalces Thraciæ rex ] In antiqua editione est, Rhomo & Alces, sed mendosissimè. Scribendū Rhœmetalces ex antiquo apud me numismate æreo, in cuius vna parte signata est imago Augusti cum inscriptione, ΣΕΒΑCΤΟC. ΚΑΙCΑΡ, &c. in altera, effigies Rhœmetalcis regis huius, cui adscriptum est, ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. ΒΑCΙΛΕΩC.

Et A. Licinius Nerua Selianus, &c. Præreptus immaturè, & fructu amplissimæ principis amicitiæ, & consummatione euectæ in altissimum, paternumq. fastigium imaginis, &c. ] Videtur legendum ex antiqua editione: præferens immatura, & fructu amplissima principis amicitiæ, consummatione euectæ in altissimum, paternumque fastigium imaginis, &c. Huius autem Neruæ extat argēteus denarius cum inscriptione, A. LICINIVS. NERVA. IIIVIR. & æreus item ita inscriptus: A. LICINIVS. NERVA. SILIAN. III. VIR. A. A. A. P. F.

Tantùm quòd vltimam imposuerat ] Tātum quod, videtur positum pro, Tantum non, quod Græci dicunt μονονουχὶ. nisi, tantum non, Velleius quoq. scripsit.

Quippe ita se res habet, vt plerunq. qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpant, &c. ] Ex antiquæ lectio-

lectionis vestigijs videtur scribendum: Quippe ita se res habet, vt plerunque fortunam mutaturus deus, consilia corrumpat,&c.

At Volumnius,legatus Vari, &c.] Cùm in manuscripto Vellei codice scriptum fuisset, Valnumonius. ex eo alij fecerũt Valumnius;alij, quòd ea familia non reperiretur inter Romanas, emendarunt Volumnius. Sed vtrunque mendosum est. Scribendumque Vala Numonius, cognomine Vala posito ante nomen Numonius.nam sæpe solet Velleius cognomina præponere nominibus, vt cùm dicit, Mancinus Hostilius, Carbo Papirius,Lepidus Æmilius, & cetera id genus. Huius autem Valæ extat denarius argenteus cum inscriptione C. NVMONIVS. VAALA, de quo cognomine abundè scripsimus in libro de familijs Romanis. Putamus autem eum esse, ad quem Horatius scripsit epistolam xv.lib.1.cuius initium est:

Quæ sit hiems Veliæ, quod Cælum Vala Salerni.

nam in libris manuscriptis,qui sunt apud me, epistola inscribitur, AD NVMONIVM. VALAM. Denarium verò,cuius supra meminimus,Traianus Imp.vt multos alios restituit, vt apparet ex titulo, qui ei adiectus est: IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. PP. REST. nam reliqua,quæ signata in eo sunt, repræsentant ea planè,quę ab ipso Numonio,vel ab aliquo eius familiæ,in antiquiore denario cusa sunt.

Qua ille prudentia Rhascupolim, interemptorem fratris sui filij Cotys, consortisque eiusdem imperij formam euocauit?] Ita legitur hic locus, in antiqua editione.Sed verbum,formam, sententiam perturbare cùm videretur,omissum est à doctis viris. Nos tamen illud retinemus, & formam, mutamus, in, Romam,historia præsertim consentiente.

Quanta sua,suorumque nomine extruxit opera?] Videtur legendum sine dubio: Quanta suo, suorumque nomine,&c.

Quàm magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeij, munera absumpta igni restituit?] Munera videtur hoc loco posuisse Velleius pro ipsis ædificijs, vt suprà, cùm dixit de Pompeio item: Perfectis muneribus Theatri, &c. Itaque nihil mutandum puto: Vel si mœnibus ibi pro, muneribus, reponendum est; hîc quoque mœnia, pro, munera scribendum censeo.

Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures deorum de his queri, &c.] Ita hunc locum emendarunt docti viri, cùm in antiqua editione esset: Auro deo cùm de his queri, &c. Vel vt alij ex coniectura postea fecerunt: Auribus deorum de his queri, &c. Nos putamus commodiorem sensum ex ijs verbis elici posse, si ita legantur: Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, de deo cum deis queri.

Iuppiter Capitoline; & auctor, ac stator Romani nominis, Gradiue Mars, &c.] Placet coniectura doctorum virorum, qui legunt: Iuppiter Capitoline; ac stator, & auctor Romani nominis Gradiue Mars, &c. nam illud stator ad Iouem tantùm referri potest, non item ad Martem. Nobis tamen non displiceret, si parua mutatione scriberetur, sator, pro, stator, legereturque Iuppiter Capitoline; & auctor, ac sator Romani nominis Gradiue Mars, &c.

FINIS.

# NOTÆ
## AD TACITVM
### AD LIB. I.

NE iis quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exulem egerit, aliquid quàm iram, &c.] Ita est in omnibus vulgatis libris,& in codice item, quem habeo domi scriptum manu accurati viri Iocundi Veronensis. Illud autem, exulem egerat.licet non ita vsitatum sit, Latinè tamen dici,exemplis aliorum scriptorum confirmari potest. Vt non necesse sit,exulem,in,exul mutare,nec aliquid,in,aliud.Cùm præsertim constet Tacitum ab vsitatis loquendi formulis plerùnq. discessisse, secutum Sallustij scripta, qui & ipse M.Catonis antiqua verba, & phrases pænè iam exuletas in plerisque imitatus est.

Postremò Liuia grauis in remp.mater, grauius domui Cæsarum nouerca] Faernus legebat: Postremò Liuia grauis in remp. mater, & grauis domui Cæsarum, &c. vel si magis placet, legi potest: grauis in remp.mater,grauior domui. &c. & paulo pòst idem Faernus ex coniectura legebat: Comparatione deterrimi sibi gloriam quæsiuisse,&c. pro eo,quod vulgati libri habent,comparatione deterrima,&c.Quæ lectio magnopere placet.

Mox celebratio annuum ad Prætorem translata] Antonius Augustinus putabat rectius legi posse: Mox celebratio annua, &c.] Videndum autem an paulo pòst legendum sit: ob mœstitiam, aut gaudium, &c. pro eo, quod vulgò habetur: ob iustitiam, aut gaudium, &c. nam mœstitiæ gaudium oppositit Tacitus addita,aut,particula.

An Prætorias cohortes,quæ binos denarios acceperint] Putamus Faernum rectè coniecisse legendũ esse:

An Prætorias cohortes, quæ binos denarios acciperent,&c.& ita poſcit ſententia, vt legatur.

Renitentis centuriones] Faernus legebat: Renitentes centuriones, &c. Poteſt tamen illud, retinentis, in vulgatis editionibus poſitum eſſe pro, retinentes. Paulo pòſt pro eo, quod vulgò legitur, intus operis ac laboris, &c. Antonius Auguſtinus legendum putabat, intus operis, ac labore foris, &c. Sed videtur nimium audax coniectura.

Ac rerum Capitalium damnatos ſibi iam miſcent] Faernus legebat: Ac rerum Capitalium damnatos ſibi immiſcent, &c. Deinde videndum an legi debeat: Proſtratos verberibus mulcant,&c. pro eo, quod vulgò legitur, mulctãt. nam infrà hoc ipſo libro habetur; Nudo, aut mulcato corpore. A' quo verbo fortaſſe factum eſt id, quod Græci dicunt ῥυμουλκεῖν, Latini, remulcare.

Interea legati ab Senatu regreſſi] Faernus legebat regreſſum, pro, regreſſi, & ad Germanicum referebat. De qua lectione mihi non liquet.& paulo pòſt ſcribebat: Eo in motu arguere Germanicum omnes, &c. non, eo in metu,&c.

Quis ille flebilis ſonus? quod tam triſte?] Videtur deeſſe aliquod verbum. & fortaſſe legi poteſt: Quod tam triſte ſpectaculum.

Legatum legionis primę C. Cetronium] In antiqua inſcriptione nominatur quidam Q. CETRONIVS. Q. F. PASSER, qui poteſt ad hunc C. Cetronium, qui à Tacito nominatur, pertinere.

Reſiſtentisque Germanico, aut Druſo] Faernus legebat, reſiſtentique Germanico, &c. pro, reſiſtentis, vel, vt in alijs, reſiſtentes.

Vt opus,& alij prœlium inciperent] Faernus locum hunc, vt videtur, mutilum, ita reſtituebat: Vt alij opus, alij prœlium inciperent,&c.& paulo pòſt legebat: Atque ipſi paſſim adiacere vallo, oberrare tentorijs, &c.

pro

pro eo,quod vulgò legitur,adiacerẽt,& oberrarẽt,&c. Item post legebat: Simul hæc,cum delectis scindit agmen,equisque maximè vulnera ingerit,&c. deleta,&, coniunctione.

Facta arguebantur,dicta impunè erant] Hæc verba Petrus Danesius putabat ex alio Taciti loco irrepsisse, eaque vt prorsus ab hoc aliena, reijciebat consentientibus libris.

Quantoque incautius efferbuerat, pœnitentia patiens tulit absolui reum maiestatis] Faernus optima, vt videtur,coniectura restituebat: Quantoque incautius efferbuerat,tanto patientius tulit absolui reum,&c.

De modo Lucaris] In fragmento marmoreo, quod est apud me, de Ludis Sæcularibus,incisum est: DE LVCARI LVDORVM SAECVLARIVM, Item: LVCARIS NOMINE,&c. nam Lucar, vt docet Plutarchus, dicebatur,τὸ πελάμενον εἰς τὰς θέας, siue vt est apud Glossarum scriptorem,πὸθεατικὸν, vt notauimus ad librum de legibus,& antiquis Senatusconsultis,in quo Sęcularium ludorum fragmentum hoc protulimus.

Centesimam rerum venalium post bella ciuilia instítutam,&c.] De centesima hac,quam Tiberius postea Ducentesimam fecit, ita scribit ipse Tacitus infra lib II. Regnum in prouinciam redactum est, fructibusque eius leuari posse Centesimę vectigal professus Cæsar,Ducentesimam in posterum statuit,&c. Hanc postea remisit C. Cæsar Caligula, vt ex eius nummo æreo,qui est apud me, intelligimus; in cuius vna parte inscriptum est: C. CAESAR DIVI. AVG. PRON. AVG. S. C. in altera, COS. QVAT. PON. M. TR. P. IIII. PP. R. CC. hoc est, Remissa Ducentesima, siue,Remissio Ducentesimæ,vt in nũmo Galbæ Imp. R. XL. hoc est,Remissa Quadragesima, siue, Remissio Quadragesimæ. Ducentesimę igitur vectigal,quod erat aurei semissis in centenarium,primus instituit Tiberius sublata centesima, remisit autem C. Caligula,

vt scribit Suetonius cap. XVI. Ducentesimam, inquit, auctionum Italiæ remisit, &c.

AD LIB. II.

Datus à Cæsare Armenijs Tigranes] Expressit Tacitus antiquam formulam, quæ in veteribus quoq. numismatibus extat: REX ARMENIS. DATVS. REX. PARTHIS. DATVS. & cetera id genus.

Missis ad census Galliarum, P. Vitellio, & Cantio] Docti viri legunt, Scantio, nescio an ex aliqua historia mihi ignota. Si coniecturæ locus sit, magis placeret, C. Antio, ne à Scriptura veterum librorum longius discedamus.

Citæ remis, augebantur alacritate militum, &c.] Qui huius loci sententiam diligentius inspexerit, probabit, vt opinor, Faerni coniecturam, qui, agebantur, legebat, quod de nauibus propriè dicitur.

Classis Amisiæ relicta lęuo amne, erratumque in eo, quod non subuexit. transposuit militem, &c.] Verba sunt, vt videtur luxata, quæ vt reponantur vnde mota sunt, sic videntur ordinanda: Classis Amisiæ relicta. erratumq. in eo, quòd non subuexit. læuo amne trãsposuit militem, &c.

Meminissent modò auaritiæ, crudelitatis, superbię: quid aliud sibi reliquum, &c.] Ita legitur hic locus in codice manuscripto, cùm in vulgatis editionibus desit illud, quid. Paulo pòst fortasse legendum: Incubuerat sagittarijs, illâ erupturus, &c. non, vt vulgò legitur, rupturus.

Seio Tuberoni] De Tuberonis cõsulatu extat mentio in veteri hac inscriptione:

CERERI. AVGVST. MATRI. AGR. L. BENNIVS
PRIMVS. MAG. PAGI. BENNIA
PRIMIGENIA. MAGISTRA FECER.
GERMANICO CAESARE II.
L. SEIO TVBERONE COSS. DIES. SACRIFICI.
XIII. K. MAI.

Vt si

Vt si murum succederent] Muro succederent, vsitatius esset. Sed nihil temerè mutandum reor. nam à Tacito, vt suprà diximus, cõmunis vsus scribendi non est in omnibus nimiũ requirẽdus. Paulo pòst Faernus legebat: Qui humilis Germaniæ terris, &c. non, vt habent editiones vulgatæ, qui tumidis Germaniæ terris.

Senatus cognitionem poscit, & vocantur patres] Faernus legebat: Senatus cognitionem poscit, aduocantur patres, &c & post legebat: Piso quamquam abfuturum se dixerat Cæsar, &c, non, adfuturum. quæ lectio placet: nam sequitur: ob id magis agendum censebat, vt absente principe, &c.

Eandem vim in me transmittere] Antonius Augustinus ex antiqui codicis scriptura, quæ est, transmerei, faciebat, transmittei. Et post legebat: Cæsaríque cùm nexa adulterio teneretur, &c. pro eo, quod vulgò habetur, Cæsaríque connexa adulterio teneretur, &c. Quæ lectio nobis valdè probatur.

Igitur, aliaque quæ ibi varietate fortunæ, & nostri origine veneranda, relegit Asiam, &c.] Faernus locum hunc mutilum, mendosumque ita veteribus libris adiutus restituebat: Igitur Ilium, aliaq; ibi varietate fortunæ, & nostri origine veneranda cùm aspexisset, relegit Asiam, &c.

Et erant qui formam, ætatem, &c.] Videtur deesse particula, ob, legendumque: & erant qui ob formam, ætatem, &c. & ita legebat Dancsius.

Sedesque curules Sacerdotum Augustalium locis, superque eas querceæ coronæ statuerentur] De hoc ponendi coronas querceas, vel etiam aureas super curules sellas antiquo more, & veteres Scriptores meminerunt, & ex argenteis denarijs constat, in quibus sellæ huiusmodi superimpositis coronis signatæ sunt. & fortasse denarius Augusti, in cuius altera parte, sella curulis habetur cum duabus coronis, ad honorẽ pertinet Cæsari decretum, de quo ita Dio lib. XLIV. ἐψηφί-

σαντο,

σαντο, inquit, τόν τε δίφρον αὐτὸν τὸν ὀπίσχυσον εἰς τὰ διάπτα, καὶ τὸν στέφανον. τὸν διάλιθον, καὶ διάχρυσον εἰσάγεσθαι. Itaque Sellæ curuli in eo denario inscriptum est, CAESAR DIC. PERP.

Sepulchrum Antiochæ vbi crematus: tribunal Epidaphne, quo in loco vitam finierat, &c.] In æreo numismate, quod est apud me, ANTIOXEΩN ΤΩΝ ΕΠΙ ΔΑΦΝΗ, inscriptum est, quod facit ad Taciti locum.

Cùm censeretur Clypeus, &c.] De hac Clypei ponendi consuetudine, & quando primùm Clypei imaginum publicè, quando in domibus positi, itemque de æreis Clypeis cum argenteis imaginibus, vidēdus Plinius lib. xxxv. cap. II. & III. Ad ea verò quæ docti viri de huiusmodi Clypeis protulerunt, addi potest locus ex oratione XII. Hadriani Imp. quem refert Charisius lib. II. Diuus, inquit, Hadrianus orationum XII. A' vobis P. C. peto, & impetratum validissimè cupio, vt proximè imaginem Augusti argenteum potius Clypeum, sicut Augusto ponatis, &c. Atque hîc ipse ex argento Clypeus signatus est in pluribus Augusti denarijs cum inscriptione, CLV. hoc est, CLVPEVS, antiqua scriptura, vt Sulla pro, SYLLA, nisi fortè sit, CL. V. pro Clypeus voriuus. Præterea Pedianus in Verrem lib. II. Fornix, inquit, Fabianus arcus, &c. Atque huiusmodi scuta in argenteo denario M. Lepidi columnis Basilicæ Æmiliæ affixa vidētur. Suetonius in Caio cap. XVI. Caio inter reliquos honores decretus est Clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia Sacerdotum in Capitolium ferrent. Trebellius Pollio in Claudio. Claudio, inquit, Clypeus aureus Senatus totius iudicio in Romana curia collocatus est, &c. De Clypeo Scipionis cum imagine patris & patrui videndus Silius Italicus, lib. VII.

Exacta & à Titidio Labeone Vistilię marito, cur, &c.] Faernus addebat vocem, ratio, & legebat: Exacta & à Titidio

Titidio Labeone Vistilię marito ratio, cur, &c. Fieri autem potuit, vt id verbum, quòd duabus tantùm litteris notatum esset, rō, facilè librarius omiserit. Paulo pòst magis placeret: Et Cæsar quamuis post habitam decies sestertium, &c. non, sestertio.

AD LIB. III.

Compleretur nō modò portus, & proxima maris] Nihil est mutandum, quamuis proxima mari, vsitatius sit.

Non enim eadem decora principibus viris, & Imperatori, populoque modicis domibus, &c.] Omnino videtur addendum, quæ, quod omissum videri potest à librario, ob alterum, que, precedens. Itaq. legendum: Non enim eadem decora principibus viris, & Imperatori, populoque quæ modicis, &c.

Et priuatas inimicitias noui Principis vlciscar] Faernus legebat, non vi Principis, &c. Antonius verò Augustinus, non vt Princeps, &c. quæ lectio non displicet.

Scripsissent expostulantes] Locum esse mutilum indicant verba, quæ Faernus addebat ex manuscripto libro. Sunt autem hæc, quæ nihilominus non implent: Scripsissent: instabant accusatores statim scribi sententias expostulantes, &c. Paulo pòst videtur legendum: Et accepto quinquagies sestertium, &c. non, sestertio, vt suprà.

Cum honesta suopte ingenio peterentur] Quæ precedunt verba, verustissimi, &c. & quæ sequuntur, cuperent, &c. postulant, vt legatur, peterent, non, peterentur. licet & hoc ferri possit.

Tum Cn. Pompeius, &c. Suarumq. legum auctor idem. & subuersor, quæ armis tuebatur, armis amisit] Hæc verba Cæsaris locum, quem hîc adducam, nō solùm illustrant, sed vulgatam etiam eius scripturam cōfirmant, quæ dubitari potest, an sincera sit. Sic enim Cęsar lib. 1. de bell. ciuil. Nouum in Rep. introductum

exem-

exemplum queritur, vt Tribunicia interceſſio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ ſuperioribus annis armis eſſet reſtituta, &c. Dubium autem non eſt, quin Taciti quoque verba ad Tribuniciam poteſtatem à Cn. Pompeio reſtitutam referenda ſint. Vidēda quæ ad Cæſarem eo loco notauimus.

Viſi à priuilegijs parentum ceſſaretur] Illud, viſi, mendoſum eſt, proque eo Daneſius, niſi, reponebat, vt totus locus ita legatur: Acriora ex eo iudicia, cuſtodes etiam lege Papia Poppæa præmijs inducti, niſi à priuilegijs parentum ceſſaretur, &c. nam vocem, inditi, ex ea, quæ ſequitur, inducti, repetitam eſſe ſuſpicari poſſumus. Paulo pòſt Antonius Auguſtinus legebat. Hæc tamen initia faſtigij, &c. nō ac tamen, &c.

Multa duritie veterum melius & lætius mutata] Videtur legendum, duritiæ, non, duritie. Et paulo pòſt: Cæſium Cordum Proconſule Cretæ, &c. non, Proconſulem. & ita eſt in vv. cc. ex antiqua formula.

Et fugientibus Conſilite] Ex loco inferiore, qui eſt lib. v. Aliosque occultos Conſilit, &c. videtur hîc ſcribendum: & fugientes Conſilite, &c.

Rubellius Blandus] Videndum an hic ſit, qui in æreis numiſmatibus dicitur C. RVBELLIVS. BLANDVS. III. VIR. A. A. A. F. F. de quo item infrà Tacitus mentionem facit.

Vetùm hæc nobis maiores, &c.] Faernus addebat vocem, aduerſus, & ita legebat: Verùm hęc nobis aduerſus maiores, &c. Sed incertum, an ea lectio ex coniectura ſit, an ex vetere aliquo libro. Paulo pòſt legebat: Non æmulationi, non odio, &c. pro eo, quod vulgò legitur, æmulatione, &c.

Auſis ad Cæſarem codicillis] Faernus legebat, miſſis ad Cæſarem codicillis, &c. & paulo pòſt: Cytheram potius concederent, &c. non, concederet. Videndum item an illud, minutura, quod eſt paulo ſuprà, mutandum ſit in, minus tuta. De Iunia verò Torquata Si-

ta Silani sorore, & de Manlia Torquatorum familia per adoptionem in Iuniam Silanorum inserta diximus in lib. de Familijs, additis veteribus inscriptionibus de hac ipsa Iunia Torquata.

AD LIB. IV.

Inter ceteros metus crederetur] Faernus pro corrupto verbo, crederetur, reponebat, oriretur. Sed legi etiam posset, cresceret. Paullo pòst Faernus ita legebat: Neque femina amissa pudicitia alia abnuit, &c. quod magis placet quàm illud, abnuerit.

Queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium ea qua tempestate Græci, &c.] Corruptè penitus. Faernus legebat: Queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium tempestate qua Græci, &c. Paullo pòst pro, Oscum quondam ludicrum leuissimæ apud vulgum oblectationis, &c. Faernus, & Danesius legebant: Oscum quendam ludium leuissimæ, &c. vt auctoritate patrum coercendus sit.

Sed liberalitas Augusti auulsa] Danesius addebat ex v. c. particulam, &, legebatque: Sed & liberalitas, &c. Videndum autem an paulo pòst sit scribendum: Innocentem Cornutum, & falso exterritum, &c. pro, falsa.

Intercessit Gallus Asinius, Gyaro aut Donusa claudendum censeret] Locum corruptum esse nemo non videt. Faernus legebat: Intercessit, vt Gallus Asinius, Gyaro aut Donusa claudendum censuerat.

Etiam gloria, ac virtus infensos habet, vt animus ex propinquo diuersa arguens] Videndum an illud, animus, sit mutandum in, nimis, vt ex ea mutatione aptior sensus eliciatur. Et paulo pòst pro, namq; spreta exolescunt, vt est in vulgatis, legendum videtur: Namq. quæ spreta exolescunt, &c. Nam lapsus est librarius in voce quæ, iterum non repetita.

Præfectum vrbis Drusum] v. c. habet præfectum vrbi, &c. & sic est in antiqua formula, Q. IVNI. RVSTICI,

STICI. PRAEF. VRBI. Infrà item ex v.c. legendum: Rursus Scianus non iam de matrimonio, &c. non vt in vulgatis, non tam de matrimonio, &c.

Quanquam Lentulus Gætulicus Cos. Des. lege Iulia damnasset] v.c. habet: Quamque Lentulus, &c. Et paulo pòst Faernus legebat: Nam patre eius L. Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, &c.

Saxoque caput adflixit] In v.c. est, allisit, non, adflixit. Sed malè. nam Tacitus id verbum accepit à Sallustio, qui lib. IV. histor. dixit: Aut mulcato corpore, in prora patibulo eminens adfligebatur. & lib. II. Caput adfligebant. & ipse Tacitus infrà lib. XIV. Fuste caput adflixit. Illud autem allisit, videtur esse glossoma verbi adflixit.

Simul æque armenta (vt mos barbaris) iuxta clausa, &c. Videtur illud, atque repetitum ex præcedente versu, & fortasse legendum: Simulque armenta, &c. vt Danesius etiam notauit. Paulo pòst videtur ex v.c. legendum: Esse in ciuitate pateretur Germanici coniugem, &c. Nã in libris vulgatis deest verbũ, pateretur.

Adsimulabatque iudicis partes aduersus Germanici stirpem, &c.] Faernus legebat coniectura, vt videtur, non mala: Adsumebatque iudicis partes, &c. Et post legebat: Qui Dux gentis Etruscæ cùm auxilium appellatus tulisset, &c. Nam vulgò legitur corruptè: Cùm auxilium appellatum tauisset, siue, ductauisset.

Speciem arctæ amicitiæ facere] Faernus legebat, fecere. & paulo pòst: Sed Cæsar sollennia incipientis anni Kal. Ianuarijs, &c. non, Ianuarias.

Verùm vt cunctationes Cæsaris aperirentur] Immò legendum: Verùm ne cunctationes, &c. Paulo pòst in v.c. est: Et postquam non subueniebatur, &c. pro subueniebat. Item L. Apronio inferioris Germaniæ Proprætore, &c. non Proprætori.

AD LIB. V.

Festisque in Cæsarem ominibus] Placeret magis: Faustis-

Fauſtisque in Cæſarem ominibus, &c. nam ſic eſt in antiquis formulis. Paulo pòſt Faernus legebat: Quippe elapſum cuſtodia pergere ad paternos exercit°, &c. non, lapſum, &c. vt eſt in vulgatis. Nam illud lapſum, à librario factum eſt, qui omiſit litteram, e, ob præcedentem alteram verbi, quippe.

AD LIB. VI.

Tum retulere Scipiones] Faernus legebat: Tum de ſe retulere Scipiones, &c. Et paulo pòſt legebat: Prorupere pridem concepta odia, &c. non, Prorupere per idem, &c. Deinde ſcribendum: Vt verò Latini Latiaris ingreſſus eſt accuſator, &c. & ſic legebat Daneſius. Item, præbebant, magis placeret, quàm præbebatur, ſi pro, Acrius, reponatur, ac reus. vt totus locus ita legatur: Accuſator, ac reus, iuxta inuiſi, gratiſſimum ſpectaculum præbebant.

C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis] Videtur ſcribendum: In C. Cæſarem, &c. nam paulo pòſt habetur: ſeu compoſuerat quædam in C. Cæſarem, vt impudicum.

Quid repens, aut veruſtate obſcurum] In v. c. eſt: Quid recens, &c. quod placet: Et paulo pòſt ex eodem v. c. Ant. Auguſtinus legebat: Seius Quadratus, cuius originem non reperi, &c. nam in vulgatis editionibus deeſt verbum, cuius.

Feruntque ab Romulo Dentrem Romulium] Vel hîc ex Liuio, Dentrem Liuium, eſt ſcribendum. vel apud Liuium ex Tacito, Dentrem Romulium, reponendum.

Cillinium Mæcenatem equeſtris ordinis] Scribendum Cilinium Męcenatem, &c. vnico L. Sic enim eſt in vv. cc. tum apud Tacitum, tum apud Macrobium in luſibus Auguſti, qui Mæcenatem appellat, Cilinio-rum Smaragdum. Cilnium autem pro, Cilinium, corruptè habent codices Liuiani manuſcripti, vnde docti viri Tacitum emendari poſſe putarunt, cùm potius ex

Tacito, apud quem minus corruptum legitur hoc nomen, Liuius emendandus fuisset. Neque verò apud Silium, repugnantibus præsertim omnibus libris, mutandum fuit Cilinus, in, Cilnius; Sed potius ex Silij versu debuit confirmari Taciti panè incorrupta scriptura. Nec etiam defuere qui ex antiqua inscriptione, quam subijciam, Iunium Mæcenatem hîc apud Tacitum scribendum putarint. Adeò fatale fuit, vt in Mæcenatis nomine non tantùm oscitantes librarij, sed curiosi etiam antiquitatis viri sæpius falleretentur. Inscriptionis exemplum hoc est:

C. IVNIO. THALATIONI
C. MAECENATIS. LIBERTO
FLATVRARIO
SIGILLARIARIO
C. IVNIVS. EVOKATVS. FELIX
TIT. DD.

At Rubrio Fabato] In veteribus denarijs nominatur ROSCIVS quidam FABATVS. Sed non putamus ex eius denarij auctoritate quicquam apud Tacitum mutandum esse. Paulo pòst Faernus corruptum locum ita restituebat: custodes additi sunt. Sanè is repertus apud fretum Siciliæ, &c.

Ser. Galba, L. Sulla Coss.] Atqui in eburnea tessera, quæ apud me est, habetur: L. SVLP. L. SVLLA. Quid igitur? erratum dicemus apud Tacitum? Non puto. nam Sulpiciam gentem duobus simul prænominibus vsam fuisse, L. &, Ser. diximus in familijs Romanis ad denarium L. SERVII. RVFI, qui cùm ex Sulpicia esset familia, duobus his prænominibus, vt ibi notauimus, vsus est.

Deinde reddius absentiæ causis admodum vagis] Placeret magis, vanis; nisi illud, vagis, sit verbum Tacito familiare, vt pleraque alia, quæ ab exoleta prorsus antiquitate sumpsit. Paulo pòst Faernus legebat: Et offensiones ob remp. captas, &c. non, ceptas, vel vt alij reponunt,

reponunt, ſuſceptas. Quod tamen non eſſet æquè improbandum.

Ac famam præceps dabat ] Niſi ſit phraſis Tacito familiaris, ſcriberem: Ac famam in præceps dabat, &c. & paulo pòſt legendum: Millies ſeſtertium, &c. non ſeſtertio. quod mendum ſæpe apud Tacitum irrepſit. Deinde Faernus pro vulgatis illis, aurariasq. eius, &c. legebat, argentarias eius, &c. deleta copula, que.

Sponte vel neceſſitate, incertum habebatur ] Tacito magis familiare fuiſſet: Sponte an neceſſitate, &c. Et paulo pòſt in v.c. habetur: Tradidere quidam præſcriptum fuiſſe Macroni. &c. non, deſcriptum. Item poſt: Vt a.d. quintum decimum K. Nouembris, &c. nam in vulgatis editionibus deſunt notæ. A. D.

Phœnix auis in Ægyptum venit ] Totum hunc Taciti locum de aue Phœnice mirum in modũ illuſtrant quæ ſcribit Achilles Statius Alexandrinus lib. III. de Leucippe, & Clitophonte, cuius Græca verba hîc ſubijcere operæ pretium exiſtimamus: Φοῖνιξ μέν ὁ ὄρνις ὄνομα, τὸ δὲ χρῶμα αἰθίοψ. μέγεθος κατὰ ταῶνα, τῇ χροιᾷ ταὼς, ἐν κάλλει δὲ ὑπερβάλλεται μὲν τὰ πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ, ἀυχεῖ δὲ τὸν ἥλιον ἑκατόντιν, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ, ἐστεφάνωται γὰρ αὐτὴν κύκλος ἀφυὴς, ἡλίου δὲ ἔστιν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος, εἰκών. κυάνεός ὅτι ῥόδοις ἐμφερὴς, διειδὴς τὴν θέαν, ἀκτῖσι κομᾷ, καὶ εἰσὶν αὐταὶ πτερῶν ἀνατολαί. μερίζονται δ' αὐτοῦ αἰθίοπες μὲν, τὴν ζωὴν, αἰγύπτιοι δὲ, τὴν τελευτήν. ἐπειδὰν γὰρ ἑκατονταέτης (ζῇ γὰρ τοσοῦτον χρόνον) ὁ παῖς αὐτὸν ὅπου τὸν νεῶν φέρει. σκευάσας αὐτῷ καὶ τὴν ταφήν. σμύρνης γὰρ ζῶλον τῆς ἀναλεκτοτάτης, ὅσον ἱκανὸν σῶσαι ὄρνιθος ταφὴν, ὀρύττει τε τῷ σώματι, καὶ κοιλαίνει κατὰ μέσον, καὶ τὸ ὄρυγμα, θήκη γίνεται τῷ νεκρῷ. ἐνθεὶς καὶ ἐναρμόσας τὸν ὄρνιν τῇ σορῷ, καὶ εἰς τὸ χάσμα γηΐνῳ χώματι. ὅπου τὸν νεῶν οὕτως ἴπταται, τὸ ἔργον φέρων. ἔπεται δὲ αὐτῷ χορὸς ἄλλων ὀρνίθων, ὥσπερ ἱερυφόρων, καὶ ἔοικεν ὁ ὄρνις ὑποδηλοῦν Βασιλεῖ, καὶ τὴν πόλιν οὐπερ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον. ὄρνιθος αὕτη μετοικία νεκροῦ. ἔσικεν οὖν ὅπου μετεώρου σκοποῦ, καὶ ἐνδέχεται τὸν περιπόλου τοῦ θεοῦ. ἔρχεται δὲ τις ἱερεὺς αἰγύ-

πλίθ, βιβλίον ἐξ ἀδύτων φέρων, καὶ δοκιμάζει τὸν ὄρνιν ἐκ τῆς χαφῆς. ὁδὲ, οἷδεν ἀπιστούμενθ, καὶ τὰ ὑπόρρητα φέρει τῷ ζώματθ, καὶ τὸν νεκρὸν ὅπλοδείκνυται. καὶ ἔστιν ὁπτάριθ σοφιστὴς. ἱερέων δὲ παῖδες ἡλίου, τὸν ὄρνιν τὸν νεκρὸν θαλαλοῦντες, θάπτεσι. ζῶν μὲν οὖν, αἰθίοψ ὅτι τῇ πρόσθῃ ὑποθανὼν δὲ, αἰγύπτιθ γίνεται τῇ ταφῇ. Hæc quidem Achilles Statius de Phœnice. Suspicor autem in Taciti verbis illis, mille quadringentos sexaginta vnum interici, duo menda subesse: vnum, factum ex notis obscurioribus; quæ cùm essent CDIX. à librarijs mutatæ sunt partim, in, DIX. partim in CIↃCDIX. addita nota Φ ad eam summam, quam Tacitus ediderat, CDIX. Cuius additionis causa apparet fuisse ignoratio notæ CD. quam librarius putauit esse, CIↃ. Plinius certè libro X. cap. II. edit annos DCIX, nisi & ipse ex hoc Taciti loco emendandus sit. Alterum mendum putamus esse in verbis illis, vnum interici, pro quibus scribi posset, vnum in terris, &c.

Effusæ clemētiæ, modicus securitate] Placeret magis, modicus securitatis, &c. nihil tamen mutandum censeo. potest enim esse phrasis Tacito familiaris. Paulo pòst v. c. habet: Modò equites tres prælij more, &c. pro, equestris prælij more, &c. vt est in vulgatis. Sed lectio libri manuscripti videtur mendosa. Cùm vulgata confirmetur loco Liuij, apud quem ita legitur libro XXII. Minimè equestris modò pugnæ, &c. Quod ideo dictum est à Liuio, quoniam equitibus, vt Polybius ait, neque conuertere se, neque iterum in hostem procurrere licebat.

Aliosque occultos consilit] Vsus est Tacitus hoc verbo supra, vt ad eum locum notauimus. Quod verò obscurius videretur, Faernus pro eo, reponebat, conscios, vel propius ad vulgatam scripturam, consilij. Nos putamus nihil mutandum esse. Paulo pòst idem Faernus legebat: Et continuum abscessum, velut exilium obiectando, &c. non, vt vulgò legitur, & continuo abscessu, &c. Item: Ceterasque vrbes, quæ à Macedoni-

cedonibus sitæ, &c. cùm in vulgatis desit prępositio, à, Et infrà: Et si qui alij delectum capiendo diademati diem naui (vel vt est in v.c.) naui diem non concelebrauerant.

AD LIB. XI.

Dedita per prouincias fama] Faernus optima coniectura legebat, didita, non, dedita. quo verbo vtitur sępe Lucretius, cuius si rectè memini, est illud, per terras didita fama.

Sed consultanti super absolutione Asiatici] Faernus legebat, consultantes, &c. & paulo pòst videtur legendum: Pergitque Suilius agere reos, &c. non, reddere. nisi verbum reddere Tacitus ex antiquo aliquo sumpsit Scriptore; vt verbum grauitatem, quod sequitur paulo pòst, pro quo libentius legerem, caritatem. nam caritatem annonæ vsurpauit Cicero, & alij etiam Scriptores.

Exin validissimas præfecturas inuasit, & recuperare Armeniam, in Vibio Marso, &c.] In v.c. est: Exin validissimas præfecturas inuisit, & recuperare Armeniam parabat, in Vibio. &c.

Quo exemplo Claudius tres litteras adiecit] Hoc idem Suetonius ait. Sed tres litteræ, quæ fuerint, non scribit. Vnius certi sumus ex titulis, vt ampliarit. alteram existimo fuisse II pro H Græco: tertia littera quęratur, & fortasse pro ↄ aliqua nota.

Sæpe aduersis Reip. temporibus 'accitis', quorum monitu, &c ] Non displicet veteris libri scriptura, qui habet, accitos, pro, acciris, quamuis & accitis æquè placeat. Paulo pòst videtur legendum: Non alium infensius contra patriam, ac deos Penates, quàm parentem eius exercuisse, &c. In vulgatis autem libris est, parentes, &c. quod non placet.

Qui natione Caninefas] Scribendum est, Cannanefas, ex antiqua inscriptione apud Vulsinios superioribus annis reperta, cuius exemplum hoc est:

L. CANNVLEIVS
IN. ITALIA. VOLSINIENSIVM. PATRIAE. SVAE. ITEM FERENT. ET. TIBVRTIVM ITEM. COLONI. ITALICENSIS. IN. PROV. BAETICA. PRAET. ETRVR. POPVLOR SACERDOTI. CAENINENSIVM. M. HELVIVS. M. F. CLEMENS ARNENSI. DOMO. CARTAGINE. PRAEF. EQ. ALAE. PRIMAE. CANNANEFATVM PRAESIDI. SANCTISSIMO. ET. RARISSIMO. CVRAM. AGENTE. L. ACONIO CALLISTO. TRIBVNO. MIL. LEG. XIIII. GEM. SEV.

Quæ nimia,& incertum an falsò iacta] v.c. habet: Quæ munia, & incertum an falsò iactata,&c. Sed de verbo,iactata,dubius non sum. de munia,hæreo.

De se Nonius, conscios non edidit] Videtur deesse verbum,confessus,quod Faernus addebat, sic legens: De se Nonius confessus,conscios non edidit,&c. Paulo pòst v.c. habet: Nisi cœtus aligenarum velut captiuitas inseratur,&c. non,inferatur.

Vt iudicium censorum,ac pudor spõte cadentium] Faernus legebat: Vt iudicium censorium,&c. Et paulo pòst pro eo, quod in vulgatis est, Quo censa sunt ciuium LXIX. centena,& CXLIII millia, &c. Antonius Augustinus legebat: Quo censa sunt ciuium sexagies nouies centena millia,& centũ quadraginta quattuor.

Noctem denique actam licentia coniugali] Videndum an illud, denique, mutandum sit in, diemque. Item paulo pòst, an addendum sit prænomen Cai, vt Faernus legebat: Ac primo Callistus iam mihi circa mortem C. Cæsaris narratus,&c.

Tum quicquid habitum Neronibus & Drusis] Iam pridem Faernus auitum,pro,habitum,emendauit, vt alibi etiam,auitas,pro,habitas. Paulo pòst scribẽdum est,Cæsoninus,ex antiquis titulis.

AD LIB. XII.

Cœlibi vitæ intonanti] Amicus meus homo doctissimus putabat huic loco mẽdum aliquod subesse, legebatque Cœlibis vitæ intoleranti. Ego nihil mutandum censeo. Nam ex vulgata lectione aptus elicitur sensus, & phrasis resipit antiquitatem eam, cuius studio-

ſtudioſum fuiſſe Tacitum diximus.

Ne femina experta fecunditatis] Sine dubio legendum, expertæ fecunditatis, quo modo Faernus quoque legebat. & paulo pòſt fortaſſe rectius eſſet, & vſitatius: Serere crimina in Silanum, &c. nam & ita ſæpe Salluſtius locutus eſt, cuius Tacitum imitatorem fuiſſe diximus.

Sed & filium Vononis nepotem Phraatis accerſere] Daneſius legebat, accedere. Et paulo pòſt videtur fortaſſe legendum: Clementiamque ac iuſtitiam, quantò ignoratiora barbaris, tantò lætiora capeſſeret, &c. non, vt vulgò legitur, tolerantiora. Deinde interpungẽdum ſic: vt externis quoque gentibus quietem velit. Datum poſt hæc C. Caſſio, qui Suriæ præerat.

Rexque Arabum Abbarus aduenerat] Hic in numiſmate æreo Gordiani Pij Imp. dicitur ABΓAPOC BACIΛEYC. in cuius numiſmatis altera parte caput ipſius regis diadematum cum titulo ſi rectè memini, EΛECCEΩN, ſignatum eſt. In alio autem eiuſdẽ Gordiani numiſmate item æreo, rex ipſe Camelo inſidens impreſſus eſt cum eodem titulo. Camelus autem Arabum inſigne eſt in argenteo etiam denario familiæ Plautiæ, in quo REX ARETAS inſcriptum eſt.

Atque Claudius quanquam, &c.] Videtur vel delenda copula, que, vel legendum: At Q. Claudius, &c. Et paulo pòſt ſcribendum: Et publicis actis perſcriptum, &c. non, præſcriptum.

Colonia Camulodonum valida veteranorum manu deducitur] Faernus legebat, manus, &c. quod placet. Camulus verò deus, ſiue Sangus, ſiue alius, à Sabinis Italiæ populis colebatur, vt ex antiquo lapide apud Sabinos reperto conſtat, in quo Camuli ipſius ſimulacrum inciſum eſt, cum titulo, CAMVLVS: Sed ab eo Camulodonum nominatum eſſe, vix credi poteſt, præſertim cùm in inſcriptione vetere Nomentana ſit, CAMOLODONVM.

Supplicium mei obliuio sequeretur ] Videndum an legi debeat, sequetur. Et paulo pòst Faernus legebat: Ac ni cito è vicis & castellis proximis subuenium foret, copię Ro. occidione occubuissent, &c. Deinde scribebat: Vt quondam Sugambri excisi, aut in Gallias traiecti forent.

Et Cæsar adulationibus Senatus cessit] In v. c. additur verbum mēdosum, liberis, pro quo scribi posset, libens, vt ita legatur: Et Cæsar adulationibus Senatus libens cessit. Miror autem Tacitum omisisse hîc alios honores Neroni adolescenti tunc decretos, de quibus extat memoria in aureis apud me nummis cū instrumentis sacrorum, & inscriptione in vno, SACERD. COOPTATVS. IN. OMNF. CÓNL. SVPRA. NVMER. in altero, cum titulo, quem hîc Tacitus ponit: IQVESTER. ORDO. PRINCIPI. IVVENTVTIS, & Clypei dedicatione, quam Tacitus prætermisit.

Qui mos sacerdotibus, &c.] Magis placeret, qui honos, &c. Nã id est vsitatius & paulo pòst fortasse legẽdum. Asperius, pro eo, quod vulgo legitur, Casperius.

Ne dubitaret armis, quam incruentas conditiones malle] Libri veteres variant. nam alij habent: Ne dubitaret armatus, quàm circumuentus conditiones malle, &c. alij: Ne dubitaret armis incruentas conditiones malle, &c. quod magis placet.

Quod dedecorum barbaris trahebatur] v. c. habet, habebatur, non trahebatur, Illud autem, dedecorum, Danesius mutabat in, modo pecorum, quod pluribus locis Sallustius vsurpauit in fragmentis historiarum.

Vt sæpe Principes Romani in eandẽ Armeniã, &c.] Ita Danesius legebat. In vulgatis autem deest, in, prępositio. Et paulo pòst Faernus legebat: Erat Cappadociæ procurator Iulius Posthumus ignauo & deridiculo, &c.

Postquam cognita cæde eius, haud obtemperatum esset ] Faernus legebat: Postquam cognito, Cai iussis haud

haud obtemperatum esse, &c. Sed locus videtur mutilus,& cui non ita facili medicina mederi possit. Paulo pòst magis placeret: Ac tãtum spatiũ amplexus,&c. pro eo,quod est in vulgatis: Attamẽ spatiũ amplexus.

AD LIB. XIII.

Ad mortem agitur inuito Principe] Videtur legendum,adigitur,vt est in v.c. quod magis placet, quàm illud,agitur.& paulo pòst videtur abundare vox, quidem,legendumque,Ne designatis Quęstoribus edendi gladiatores, &c. Sunt enim verba Senatus decreti. Videtur item abundare verbum, dixerant, quod est paulo pòst;legendumque. Contra alij melius euenisse, quàm si inualidus senecta, & ignauia Claudius, &c. potest enim videri illud,dixerant,adiectum esse.

Pleraque in summa fortuna auspicijs & consilijs, quàm telis,& manibus geri] Magis placet,pluraq. &c. & ita aptius ad sententiam. Et paulo pòst Faernus legebat: Simul pontes super amnem Euphratem,&c. non,vt in vulgatis,per pontem, &c. Et deinde pro eo, quod vulgò legitur,Et Vologeses quò bellum ex ęquo modo pararet,&c. Faernus legebat: Et Vologeses quò bellum ex æquo mox appararet,&c.

Quando vxore ab Octauia nobili quidem & probitatis spectatæ] Magis placeret nobili quamquam, & probitatis, &c. Et paulo pòst addenda videtur dictio, se,legendumque,Senecæque se permitteret.

Quia cibus potusque eius delectus ministri gustu explorabatur] Ita legendum, deleta dictione ex;quam tamen retinebat Danesius,legebatq. ex ministris, &c. Hic autem minister in antiquis inscriptionibus dicitur, PRAEGVSTATOR,vt in hac apud me inscriptione.

TI. CLAVDIVS. TI. AVG. LIB. ARRIO
CLAVDIONIANO SCRIB. LIBEL.
TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI.
AVG. PRAEGVSTATOR. FRATRI. PIISS
ET. FIDELISSIMO. FEC.

Vt perinde ignaram fuisse, atque Octauiam sororem Britannici constiterit] Ita Faernus legebat: & paulo pòst: Quæ vt coniugi Imperatoris solitum & matri seruabantur, &c Deinde legebat: Illa spe vltionis casu oblata, &c. non, vt in vulgatis, vltionis causa, &c.

Coniugioque eius etiam imperio Remp. rursus inuadere] Faernus legebat: Coniugio eius etiã imperium rursus, &c. Nec displiceret, si ita legeretur: Coniugioque eius petito Remp. rursus inuadere, &c.

Et ore præferret] Danesius ex v. c. legebat: Et ore se Cæsarem ferret, &c. Et paulo pòst: Quia vi attentantem acriter repulerat, &c. non, vt vulgò, vim tentantem, &c. quamuis nec illud, vim tentantẽ, displiceat.

Comprobauere patres, incusata Antistij licẽtia] Videtur legendum, non probauere, &c. Contra suprà, ex, non mutassent, factum fuit, commutauissent.

Redditur ordini Lusius Varius] Placeret, L. Varius. Et paulo pòst legendum, vt in v. c. De capite famaque coniugis cognouit, & insontem pronuntiauit, &c. non, vt vulgò habetur, nuntiauit. Deinde Faernus legebat: Quia absoluere nequibat Cęsar, traxit sententiam donec mortem obiret, &c. nam illud, senecta, quod est in vulgatis, mendosum videtur, & sine sensu.

Nihil in summa pacis proficiebatur] Faernus rectissimè, vt opinor, legebat: Nihil in summã pacis, &c. & paulo pòst Danesius, offerri, legebat, pro, afferri, siue vt alij, auferri.

Omnia potius toleraturum, quàm veterem ac olim partam, &c.] Faernus legebat: atque olim partam, &c. & ita est in v. c. Et paulo pòst videtur legendum: Se ire ad illam, sibi concessam dicitans nobilitatem, &c. Deinde pro, accepto aditu, vt est in vulgatis, scribendum est fortasse, hac cepto aditu, &c.

Ibi se summa fortuna dignam visere] In v. c. est, videri, pro, visere. Faernus tamen retinebat verbum, visere, & pro, digna, legebat dignam.

Acri

Acri etiam populi Ro. tum libertate ] Videtur venustior lectio veteris libri, quæ est, Acri etiam tum populi Ro. libertate. Paulo pòst Faernus legebat: Valuitque pecuniosa orbitate & senecta, quam vltra eorum vitam produxit, quorum impetum euaserat, &c. pro eo, quod vulgò legitur, quorum ambitu euaserat, &c.

Cùm dubius Auitus accepta à Paulino prouincia ] Rectè à doctis viris emendatum est, Vibius Auitus, nam ita est in manuscripto etiam libro. Paulo post Faernus legebat: Seruarent sanè receptus gregibus inter hominum famem, &c. & ita Danesius pro eo, quod in vulgatis est, Seruarent sanè receptos inter hominum famam, &c. Deinde Faernus legebat: Cuncta viua occidioni dantur, &c. non, victa, vt est in libris vulgatis. Item Danesius: Aut quo alio humore reniterentur, &c. pro, niterentur.

## AD LIB. XIV.

C. Vipsano ] Legendum C. Vipstano, ex fragmentis inscriptionum Fratrum Arualium, in quibus est:

ADFVERVNT. A. VITELLIVS. M. APONIVS. SATVRNINVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. SVLPICIVS. CAMERINVS. C. VIPSTANVS. APRONIANVS. P. MEMMIVS. REGVLVS. C. PISO. Item: ADSTANTIBVS. SVLPICIO. CAMERINO. MAGISTRO. L. SALVIO. OTHONE. TITIANO. C. VIPSTANO. APRONIANO.

Fecunditatem, & verum animum timeri ] Iampridem Faernus emendauit: Fecunditatem, & veterum annuum, &c. quæ lectio eò mihi magis placet, quod eam video probari doctis etiam alijs viris, quibus sic emendare in mentem venit. Danesius verò pro eo, quod est in vulgatis, aperiat, legendum putabat, operiatur.

Et recuperatam matris gratiam ] Magis placeret,

vt

vt Faernus legebat: Et recuperatam matri gratiã,&c. Paulo autem pòst licet, lembucunculorum, bona lectio sit, lenunculorum tamen reperiri in vv.cc. Eamque lectionem confirmari testimonio veterum aliquot inscriptionum diximus in notis ad Sallustium, & Cæsarem.

Questibus, votis, clamore, diuersa rogantium] Danesius ex v.c, legebat, rogitantium. & paulo pòst Faernus legebat: Iam in mortem centurioni ferrum distringenti, &c. non, vt in vulgatis, Nam in mortẽ, &c.

Ac posteaquàm frustra oblata sint, infensa, &c.] Danesius legebat: Ac posteaquam frustrata, vt infensa, &c. & paulo pòst Faernus pro, Temporum quoque Claudianorum oblita insectatione, &c. legebat: Temporum quoque Claudianorũ addita insectatione, &c. siue abdita insectatus, vt ex veteris libri vestigijs legi etiam potest.

Iturium & Caluisium] Titurium, habet v.c. & pòst Faernus pro vulgatis illis: Nec dum insignis ætatis nati considere, &c. legebat: Nedum, &c. Sed Danesius ita totum locum restituebat. Contractis quibus aliqua pangendi facultas, nedum insignis ætatis vatibus considere, &c.

Si considerent] Danesius addebat dictionem, ne, legebatque. Ne si considerent, &c. & paulo suprà emendabat: Quæ clariorem effecit, &c. non, vt in vulgatis, quam, &c.

Quoties P.R. sederet] Faernus legebat: Quoties P.R. ludos ederet, &c. & paulo pòst pro lectione vulgata, An iustitiam augurij, &c. reponebat: An ius augeri, & decurias equitum, &c.

Et feminæ in furore turbatæ] Faernus legebat: Et feminæ in furorem turbatę, &c. & paulo pòst pro, motis, restituebat, amotis, legebatque, Neque amotis senibus, & feminis, &c.

Sed tunc non vt tantis maioribus ortam, &c. Videndum

dendum an legi debeat: Se tunc non vt,&c. nam fieri potest,vt illud set, quod ita scribebãt antiqui pro, sed, ex primæ litteræ sequentis verbi tunc,factum sit.

Detentúsque rebus gerundis Suetonius,&c.] Faernus legebat: Demotusque rebus gerundis Suetonius,&c. & paulo pòst, Vinicio Rufino, non, Vicio Rufino. Deinde delebat particulam,si,legebatque: Vt perinde pœna teneretur, ac publico iudicio calumniæ condemnatus,&c.

Quæ ne in metu quidem pericula nostra auertit?] Faernus legebat: deleta,in,præpositione, Quæ ne metu quidem,&c. Et paulo pòst videndum an addenda sit interrogationis nota ad verba illa, deliberatum est? Illud autem,iure cæsum videri,ex antiqua iudiciorum formula Tacitus sumpsit.

Multa sceleris indicia præueniunt,quæ si serui,&c.] Ita Danesius legebat. nam in vulgatis deest illud,quę. & post videtur delẽdum illud,non,legendumque,Inulti inter nocentes agere.

Et publicæ clementiæ maximum exemplum futurum] Faernus legebat,futurus, pro, futurum. quod magis placet. Et paulo pòst pro illis, Ac quæ illis pro cognatis moribus fuere,&c.legebat: Quę illi pro gente & maioribus fuere,&c.

Illudere voces,quoties caneret] Magis placeret, vocem. Et paulo pòst Faernus legebat: Innumeram pecuniam circumdedisti, &c. nam in vulgatis deest illud,circum.

Sed in ea ipsa ætate,cuius auctoritas,&c. Totus hic locus ita legi commodius posset: Sed in ea ipse ætate, cuius auctoritas tueretur quicquid illi(vel vt Faernus) illis,& qualecunque tribuisset.ac tamen neutrum datis à se præmijs exuit,&c.

Pudet referre libertinos, qui te ditiores sunt] Ita Danesius legebat,addito,te, quod in vulgatis deest. Et Faernus paulo pòst legebat: Aut me Claudio postponis,&c.

nis,& c. non, vt in vulgatis, præponis, &c. Deinde: Innatumque robur subsidio, &c. non, vt vulgò legitur, inornatumque,&c.

Quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat] Faernus legebat: facit. & paulo pòst: Et ad Senatum litteras misit,&c. non, sed ad Senatum, &c. Deinde: Amouetur tamen primo, &c. non, Mouetur, vt in vulgatis.

Et quæstionibus ancillarum eluserat] Faernus legebat, eluſa erat,&c. Nisi magis placeat, illusum erat. Et paulo pòst idem Faernus legebat: Cumque Germanici,& postremo Agrippinę nomen cieret,&c. non, vt in vulgatis, Communeque Germanici,&c.

AD LIB. XV.

Et dissensione Hyrcanorum gentis validæ] Faernus legebat, & deditione, &c. Et paulo pòst: Omitteret ocius obsidionem,&c. non, omitteret potius,&c. Paulo suprà in v. c. est, quosdam viuos congestis arenę obdidit,&c. non, abdidit.

Calauius Sabinus] Placeret, Flauius Sabinus. Et paulo pòst Faernus delebat dictionem, sed, legebatq;: Nihil mutato consilio, vi ac minis alares exterruit.

Et alij propria ignauia, aut metu Corbulonę opperientes] Ita est in v. c. nam in vulgatis desunt illa, aut metu. Et paulo pòst videtur legendum omissa, pro, dictione: Quod Armenijs semper Romanę ditionis,&c.

Quid de Armenia cernerent: Adiecisse deos dignú Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent] Videtur ex v. c. ita legendus hic locus: Quò de Armenia decernerent. Adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul vt de legionibus Romanis statuerent.

Ducum inter se breuis sermo secutus est, hæc conquerentium] Faernus legebat: hoc conquerente, &c. Paulo pòst pro, frumentum plebis, fortasse legendum, frumentum publicum. nam in v. c. est frumentum pull. sed corruptè.

Ergo

Ergo aduersus nouam prouinciarum ſuperbiam] Faernus legebat, prouincialium, pro, prouinciarum. Et paulo pòſt legendum: Structam ante Auguralem aram, &c. non, ſtructa, quod mendoſum eſt. De Augurali autem porta mentio eſt ſupra, vbi ſcriptum eſt, Augurali egreſſus, &c.

Prouincias Orientis maximè Æguptum, ſecretis imaginationibus agitans] Nihil mutandum, quamuis fortaſſe melius legeretur, machinationibus, pro, imaginationibus. Paulo autem pòſt Faernus legebat: Nihil vſquam periculoſum ſibi publicis locis, &c. pro eo, quod vulgò legitur: Nihil vſquam perinde lætum ſibi, &c.

Cuncta deniq. ſpectata, quæ etiam in femina nox operit] Daneſius ex v.c. legebat, aſpectata, nō, ſpectata. Et paulo pòſt ex eodē v.c. legendū: Ad hæc lamenta pauentium feminarum, feſſa ætate ſenes, aut rudis pueritiæ ætas, &c. In vulgatis deeſt verbum, Senes.

Quia à prædijs Tigillini Æmilianis proruperat] Suetonius in Claudio cap. XVIII. Quum Æmiliana pertinacius arderent, &c. Videnda quæ ſcripſimus ad verba illa Varronis ex lib III. de re ruſtica (Qui habitant extra portam Flumentanam, aut in Æmilianis, &c.) vbi inſcriptionem etiam protulimus, quæ apud me eſt in ænea tabella, De naui oneraria, quæ ſeruit in Æmilianis.

Quippe in regiones XIV. Roma diuiditur] Conuenit hoc cum alijs Scriptoribus, & antiqua etiam inſcriptione, in qua eſt: MAGISTRI. VICORVM. VRBIS. REGIONVM. XIIII.

Multa ſeniores meminerant, quæ reparari nequibant] Videndum an legi debeat, reperiri, pro eo, quod eſt in vulgatis, reparari. Quod verò dicit Tacitus XIV. Kal. Sextiles, pro eo Liuius lib. VI. habet. XV. Kal. Sept.

Cuſtodes: & ſubſidia reprimendis ignibus, &c.] Faernus addebat particulā, vt, ad ſenſum neceſſariam, lege-

legebatque. Vt custodes,& subsidia reprimendis ignibus,in propatulo quisque haberet,&c Et paulo pòst deleta,in,particula,legebat:Haud perinde crimine incendij, quàm odio generis conuicti. Et pereuntibus addita ludibria,&c. Deinde: Vt flammandi,&c.non, aut flammandi.

Prohibueratque ostentate, vanus assimulatione] Videndum an potius sit legendum, vana æmulatione,&c.Et paulo pòst ex v.c. legendum: Neque Senatui,quod in manus esset,prouisum, quónã modo pœnas euersæ reip.daret, &c. nam in vulgatis corruptè est: Neque Senatui,quod inane esset,&c.

Prior tamẽ Natalis totius coniurationis magis gnarus, simul arguendi peritior] Faernus parua mutatione legebat: Simul arguenti paratior. Et paulo pòst pro, Senatores intantis tormentis,&c.legebat: Senatoresque in tacti tormentis, &c. Sed Danesius, ne intentatis quidem tormentis,&c.

Retinuit,infregitque impetum] Non est dubium, quin,renuit,legendum sit,pro, retinuit. & ita Faernus emendabat.Et paulo pòst legebat: Quod vnum tantùm,& pulcherrimum habeat, &c. pro eoquod vulgo legitur: Quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat,&c. Deinde delebat verba,bonarũ artiũ, &c.

Seneca interim durante tractu, & lenitudine mortis] Placeret magis, vt Faernus legebat, lentitudine mortis.Et paulo pòst Danesius emendabat: Frigidus iam artubus,&c.non,frigidis,&c.

Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quem Flauius vt humilem & angustam increpans, &c.] Faernus ex v. c. legebat: Quam Flauius vt humilem & angustam,&c. ad scrobem,referens.

Statius proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit] Faernus rectissimè,velocitate,legebat. pro,vanitate.Et post,addita voce,claros,legebat: Tamquam claros viros & insontes ob in-

obliuidiam aut metum extinxisset. Item addita rursus voce, iram, legebat paulo pòst: Neu compositam, & obliteratam mansuetudinem principis, iram nouam ad sæuitiam retraheret.

Et venerationem hominum merito] Verbum, hominum, licet retineri possit, magis tamen pro eo, placeret, numinum.

AD LIB. XVI.

Aut memoria tantùm infensi nominis ad discordias veteretur] Scribendum, vt Faernus legebat: Ac ne memoria tantùm infensi nominis, &c. Et paulo pòst delendum est verbum, exterritus, scribendumq. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui ad præcauendum erat, &c. Deinde Faernus legebat. Sed non præripere percussori gloriam, &c. non, vt in vulgatis, sed non permittere, &c.

Et Nero interceſſit, mortem ſine arbitrio permittens] Videndum an legi debeat: Et Nero interceſſit, mortis arbitrium permittens. Paulo pòst Faernus legebat: Et cùm deûm honores Pompææ decernerentur, &c. non, decernuntur.

Qui tibi laſciuiam exprobrent] Faernus legebat: Quaſi tibi laſciuiam exprobrent, &c. Et paulo pòst: Sperans exterritum Thraſeam ſcripſiſſe per quæ claritudinem principis extolleret, &c. pro eo, quod est in vulgatis: Spe exterritum Thraſeam ſenſiſſe per quæ claritudinem, &c.

Et quantum nunc ſæuitia accuſationis, &c.] Cùm in v.c. Faernus ſcriptū inueniſſet: Et quantū mīę, &c. vel, vt in alio, Et quantum nunç, &c. ex ea voce fecit miſericordiæ, &c. quam lectionem ita planè ſcriptam vidimus poſtea in alijs libris manuſcriptis. Paulo pòst pro, habitu & ore ad exprimendam imaginē honeſti, & exerciti, &c. Faernus legebat, honeſti exercitus, &c. Sed Daneſius non malè, honeſti, & exercitio, &c. quāmuis lectio Faerni magis placeat.

## AD LIB. I.

*Ab excessu Neronis.*

Atque omnem potestatem ad vnum conferri] Non displicet lectio Danesij, qui habet ex v.c. Atque omnium potestatem, &c. & paulo pòst magis placeret: Sed ambitionem scriptoris facilè aduerteris, &c. non auerseris, vt est in vulgatis, siue, auertseris.

Cluuius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus] Videtur deesse vox, clarus, quam addebat Faernus, legebatque & pacis artibus clarus, belli inexpertus, &c. & paulo pòst idem Faernus emendabat: Hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant, &c. non, ambitionis, vt erat in vulgatis.

Ijsdem erga aliena sumptibus, quibus sua prodegerant] Videtur illud, erga, abundare. Et paulo pòst Faernus emẽdabat: & inquieta vrbs auctoribus, &c. non, actionibus, vt erat in vulgatis. Sic suprà, Bis & vicies millies sestertium, &c. legebat.

Occidi Othonem posse] Ant. Augustinus legebat: Occidi Pisonẽ posse, &c. Et paulo pòst Faernus: Non erat Othoni mollis, & corpori similis animus, &c. pro eo quod in vulgatis est: Non erat Othonis mollis, &c.

Per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum sub ædem Saturni pergit, &c.] Domum Tiberianam ad radices Palatini montis fuisse, didicimus ex inuẽtis nuper in eo loco laminis plumbeis cum inscriptione Tiberij Cęsaris. Tacitum autem illustrant verba Suetonij de eadem re. Sunt autẽ hæc: Vt se in Foro, sub ædem Saturni ad Miliariũ aureum operirentur, &c. Et rectè. Nam Forum Romanum sub æde Saturni fuit ea parte, quæ est inter arcem Tarpeiã, & Palatinum montem, vt ex Dionysio etiam apertiùs constat. Quin & ipsa Saturni ædes Tarpeij montis radices attingebat, vt ex veteri inscriptione de Ærario ibi reperta intelligimus. Tacitus etiam ipse infra libro 111. sic habet: vix dum regresso in Capitoliũ Martiale,

riale, furens miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor: cito agmine ad Forum, & imminentia Foro templa præteruecti, &c. & suprà lib. XII. Per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad Sacellum Larium, Forumque Romanum, &c. Larium enim Sacellū fuisse in summa sacra via, qua parte Foro Romano iungebatur, scribit Solinus, cap. II.

Pars clamore, & gladijs, pars silentio, &c.] Faernus legebat: Pars clamore, & gaudijs, &c. Et paulo pòst: Sed perinde à nobis plus donatiui ob fidem, quàm ab alijs, &c. pro eo quod est in vulgatis: Sed proinde à nobis donatiuo ob fidem, quàm ab alijs, &c.

Sumpto thorace Galba irruenti turbæ neque ætate, neque corpore sistens] Faernus emendabat, resistens, &c. nam, re, syllaba videtur à librario prętermissa, ob præcedentem postremam verbi, corpore. Et paulo pòst legebat, prehensare arctius, cōplectiarmis, &c. non prehensare manibus, &c. vt puto ex v. c.

Infaustam adoptionem aduersantes] Faernus mutabat ex v. c. verbum aduersantes, in, versantes. Paulo pòst Plutarchus in Galba pro, Vergilionem, edit Seruilionem. Item Arcadium, pro, Lecanium. Sed à Græcis scriptoribus fides in Latinis nominibus non est nimium requirenda.

Dispensator Argius è prioribus seruis, &c.] Faernus rectè ex v. c. restituebat: è primoribus seruis, &c. Et paulo pòst ex eodem v. c. restituebat: Et publicè ciuitate Romana donatos, &c. cùm in vulgatis tantùm sit: publicè donatos, &c.

Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant] Danesius ex v. c. statim addebat: simul, auiditate imperādi, quòd sine modo, sine iudicio donaret sua, &c. Pro A. verò Cæcina, qui paulo pòst nominatur, non putamus rectè emendatum esse, Allienus Cæcina: nam Cæcina non cognomen, sed nomen familiæ fuisse, constat ex alio Cæcina, qui C. CAECINA LARGVS

## AD LIB. I.

### *Ab exceſſu Neronis.*

Atque omnem poteſtatem ad vnum conferri] Non diſplicet lectio Daneſij, qui habet ex v.c. Atque omnium poteſtatem, &c. & paulo pòſt magis placeret: Sed ambitionem ſcriptoris facilè aduerteris, &c. non auerſeris, vt eſt in vulgatis, ſiue, auerſeris.

Cluuius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus] Videtur deeſſe vox, clarus, quam addebat Faernus, legebatque & pacis artibus clarus, belli inexpertus, &c. & paulo pòſt idem Faernus emendabat: Hunc vel illum ambitioſis rumoribus deſtinabant, &c. non, ambitionis, vt erat in vulgatis.

Ijſdem erga aliena ſumptibus, quibus ſua prodegerant] Videtur illud, erga, abundare. Et paulo pòſt Faernus emẽdabat: & inquieta vrbs auctoribus, &c. non, actionibus, vt erat in vulgatis. Sic ſuprà, Bis & vicies millies ſeſtertium, &c. legebat.

Occidi Othonem poſſe] Ant. Auguſtinus legebat: Occidi Piſonẽ poſſe, &c. Et paulo pòſt Faernus: Non erat Othoni mollis, & corpori ſimilis animus, &c. pro eo quod in vulgatis eſt: Non erat Othonis mollis, &c.

Per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit, &c.] Domum Tiberianam ad radices Palatini montis fuiſſe; didicimus ex inuẽtis nuper in eo loco laminis plumbeis cum inſcriptione Tiberij Cęſaris. Tacitum autem illuſtrant verba Suetonij de eadem re. Sunt autẽ hæc: Vt ſe in Foro, ſub ædem Saturni ad Miliariũ aureum operirentur, &c. Et rectè. Nam Forum Romanum ſub æde Saturni fuit ea parte, quæ eſt inter arcem Tarpeiã, & Palatinum montem, vt ex Dionyſio etiam apertiùs conſtat. Quin & ipſa Saturni ædes Tarpeij montis radices attingebat, vt ex veteri inſcriptione de Ærario ibi reperta intelligimus. Tacitus etiam ipſe infra libro 111. ſic habet: vix dum regreſſo in Capitoliũ Martiale,

tiale,furens miles aderat,nullo duce, sibi quisque auctor:cito agmine ad Forum,& imminentia Foro templa præteruecti,&c. & suprà lib.XII. Per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad Sacellum Larium,Forumque Romanum,&c. Larium enim Sacellũ fuisse in summa sacra via, qua parte Foro Romano iungebatur,scribit Solinus,cap.II.

Pars clamore,& gladijs,pars silentio,&c.] Faernus legebat: Pars clamore,& gaudijs,&c. Et paulo pòst: Sed perinde à nobis plus donatiui ob fidem,quàm ab alijs, &c. pro eo quod est in vulgatis: Sed proinde à nobis donatiuo ob fidem,quàm ab alijs,&c.

Sumpto thorace Galba irruenti turbæ neque ætate,neque corpore sistens] Faernus emendabat,resistens,&c.nam,re,syllaba videtur à librario prętermissa,ob præcedentem postremam verbi,corpore.Et paulo pòst legebat,prehensare arctius,cõplectiarmis,&c. non prehensare manibus,&c,vt puto ex v.c.

Infaustam adoptionem aduersantes] Faernus mutabat ex v.c.verbum aduersantes,in, versantes. Paulo pòst Plutarchus in Galba pro,Vergilionem, edit Seruilionem.Item Arcadium,pro,Lecanium.Sed à Græcis scriptoribus fides in Latinis nominibus non est nimium requirenda.

Dispensator Argius è prioribus seruis,&c.]Faernus rectè ex v.c. restituebat: è primoribus seruis,&c. Et paulo pòst ex eodem v.c.restituebat: Et publicè ciuitate Romana donatos,&c. cùm in vulgatis tantùm sit: publicè donatos,&c.

Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant] Danesius ex v c.statim addebat: simul, auiditate imperãdi,quòd sine modo, sine iudicio donaret sua, &c. Pro A,verò Cæcina, qui paulo pòst nominatur, non putamus rectè emendatum esse, Allienus Cæcina: nam Cæcina non cognomen,sed nomen familiæ fuisse, constat ex alio Cæcina, qui C. CAECINA LARGVS

dicitur in inscriptione fratrum Arualium, & alio item, qui in basi statuæ Vespasiani Imp. dicitur C. CAECINA PAETVS. Hic autem ipse A. Cæcina habetur apud me in antiquo lapide, ita planè inscriptus, A. CAECINA. Nomina verò familiarú apud Romanos omnibus litteris scribebantur, cùm prænomina vnicis tantùm, vel duabus, aut ad summum tribus litteris notarentur.

Imponere iampridem Imperatoris dignationem & auferre priuati securitatem, &c.] Faernus omissa copula, &, legebat: Imponere iampridem Imperatoris dignationem, auferre, &c.

Pari simulatione vinculorum frustratur] Faernus emendabat: Partim simulatione, &c. & ita postulat sententia. Paulo pòst Danesius sic legebat: Et Galba redditus Lugdunensium occasione iræ in fiscum verterat, &c. In vulgatis autem est, reditus, &c.

Quoties pecuniæ materia deesset, stupris & adulterijs exorabatur] Ita legebat Faernus, omissa copula, &, quæ est ante verbum, stupris. Et paulo pòst: Rapuerint pecuniam missam in stipẽdium Castelli, &c. non, rapuerunt, vt in vulgatis.

Statim intra intimos amicos habuit] Magis placeret, inter intimos, &c. & paulo pòst, qua velocius erat, &c. non, quia, vt habent vulgatæ editiones. Danesius autem illud, vnde, quod sequitur, mutabat in, aliunde, & sic legebat: Aliunde nulla innocentiæ cura.

Hispalensibus, & Emeritensibus] Faernus legebat: Hispalensibus, &c. & post. Vetãdi metu, vel agnoscendi pudore, &c. pro eo, quod habent libri vulgati, cognoscendi pudore, &c. Deinde legebat: Ibi sæuitia vulnerum, hîc misericordia absumpti, &c. non, vt in vulgatis: Ibi sæuitia, hîc miseria vulnerum absumpti, &c.

Tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum euadit] Placeret, euadit, pro, euadit, nisi verbum sit à Tacito ex obscura antiquitate erutum, vt pleraque alia.

No

Ne diffidere dubijs, ac parum gaudere prosperis viderentur ] Fortasse rectius esset: Aut parum gaudere prosperis, &c. & paulo pòst videtur legendũ: Et Othoni eadẽ, quæ nuper priuato, dicenti adulatio, &c. non, vt vulgò legitur: Et priuato Othoni nupet, atque eadem dicendi adulatio.

Sed præcipuus, & cum præsenti exitio etiam futuri pauor, subita inundatio Tiberis, &c.] Ita Faernus legebat, cùm in alijs sit, inundatione. quod non ita placet. Paulo pòst pro verbo, inuitatus, quod est in vulgatis, Faernus emendabat, initio datus, &c. legebatque, Ad obseruandam honestiorum fidem initio datus, &c. Et deinde pro, expedire, vt est in vulgatis, legebat, expeditos ire, siue, expediri, si magis ita placeret.

Sub Tiberio & Caio tantum pacis aduersa Reip. pertimuere, &c.] Danesius pro verbo, pertimuere, reponebat, parti nocuere.

## AD LIB. II.

### *Ab excessu Neronis.*

Lætumque Reip. aut atrox, &c.] Cùm in v. c. sit semẽ Reip. aut atrox, &c. Danesius ex ea lectione emendabat, Semel Reip. atrox, &c. Sed amplius de hac lectione considerandum censeo.

Et inclinatis ad credendum animis loco ominum etiam Fortun.] Ita videtur legendum. nam illud, omnium, pro, ominum, pertùrbat sententiam.

Si rediret, offensam haud dubium victoris ] Danesius legebat: offensarum. Sed fortasse melius legeretur, offensam haud dubiam victoris. Paulo pòst pro, infensarum, fortasse legi posset, infensorum. Vt sit: obliuiscendum infensorum de bello agitantibus, &c.

Quantumque illis roboris discrimina & labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, & inexpertus belli labor] Danesius legebat, ardor, non labor, &c. ne repetereretur vox, labor, supra iterum posita.

Sed bellantibus alijs placuit expectari bellum, cùm

in victores, victosq. numquam solida fides coalesceret] Danesius sic legebat: Sed bellantibus alijs placuit expectari bellicum: victores victosque numquam solida fide coalescere, &c.

Tanta mole belli nihil in summa profutura] Placet, vt Danesius legebat, in summam profutura, &c. quæ scriptura non eget exemplo, vt confirmetur.

Qui pro Othone & accitum Cæcinã clamitabant] Danesius legebat: Quin pro Othone etiam accitum Cæcinam clamitabant, &c. Et paulo pòst pro, robur ac cædem, videtur scribendum, robur ac sedem bello legisset.

Fraude illata ignis alimenta credidit à quibusdam è vicinis colonijs inuidia & æmulatione, &c.] Ita videtur legendus hic locus ex vetere codice adiuto coniectura ex parte aliqua. Nam illa, à quibusdam è vicinis v. c. suppeditauit. Cetera, nituntur coniectura.

Quoniam Galliæ tumeant] Fortasse legendum, timeant. Sed Danesius pro, quoniã, legebat, quanquam. Et paulo pòst idẽ Danesius: Vnadeuicesima, cui cognomen Rapaci, &c, De qua legione Plutarchus in Othone. Item: Vnadeuicesimanorum principis, &c.

Aut Vitellium contumelijs] Addenda videtur, in, præpositio, legendumque: Aut in Vitellium, &c. Et paulo pòst scribendum: Quamuis odium Vitellius vernilibus blanditijs velaret, &c. nõ, humilibus blanditijs, &c. & ita Danesius legebat.

Non minax tristibus] Danesius legebat: Non minis tristibus, &c. Et paulo pòst: Tertia decima ac septima suis hibernis redditę. Vndecimani struere amphitheatra iussi, &c. non, vt in vulgatis, Vndecima, & septima suis hibernis redditæ. Tertiadecimani, &c. Deinde: Inter initia belli assumptus, &c. pro eo quod in vulgatis est, Inter inania belli, &c.

Sed luxu & saginæ mancipatus, emptusque] Videtur legendum: Sed luxu, & sagina, &c. Et paulo pòst v. c. ha-

v.c.habet: Præfectus Ægupti Ti. Alexander, &c. Vt fortaſſe illud, Ti.ob præcedentem poſtremam ſyllabam Ægupti,omiſſum ſit à Librario. Suetonius certè Ti. Alexandrum Auguſti præfectum edit in Veſpaſiano,cap.vi.

Accelerata interim Veſpaſiani cœpta exercitus ſtudio tranſgreſſi in Parthos] Ita habet v. c. cùm in vulgatis deſit verbũ,tranſgreſſi. Paulo pòſt pro, Tectium, Daneſius legebat, Titium.

Mare quoque Eteſiæ flabant,&c ] Totum hunc locum Daneſius ex v. c. ita legebat: Mare quoque Eteſiarũm flatu in Orientem nauigantibus ſecundùm; inde aduerſum erat,&c.

## AD LIB. III,
### *Ab exceſſu Neronis.*

Vt innocuum exercitum Mœſicum] Faernus pro, innocuum,legebat,inuictum. & paulo pòſt: Nequid diſcordiæ externa molirentur,&c,pro eo, quod vulgò legitur:Ne inter diſcordias,&c.

Tanquam inſultãtes Vitellio ſcripſiſſent] Verbum, ſcripſiſſent,videtur mendoſum. Itaque pro eo Faernus, corripuiſſent, reponebat. & paulo pòſt legebat: Rapiuntur arma metu proditionis:ira militũ in Tampium Flauianum incubuit, &c. Tampia verò familia ex denarijs,& antiquis titulis nota.

Sed vbi totis in caſtris in fama proditio]Illud, Infama,vnico verbo in v.c,legitur. & poſt, Vndeuiceſimæ Rapaci. vt ſupra lib. ii. Sed videndus Plutarchus in Othone.Paulo pòſt pro, immenſam belli luem, Faernus legebat:immenſam belli molem,&c.

Et maiorem rapiendi licentiam ] Daneſius ex v. c. legebat: Sed maiorem,&c.nam ex particula ſed, facta eſt copula &,omiſſa s,litera,ob extremam præcedentis verbi,irrumpentibus. Paulo verò poſt videtur legendum: Et pro clamore, ac vulneribus, clementiæ gloriam inanem laturos, &c. pro eo, quod mendosè legitur

gitur in vulgatis, clementiam & gloriam inania laturos,&c.

Quartam Macedonicam dextro ſuorũ cornu] Faernus legebat,dextrum,non dextro cornu,&c.Et poſt in v.c.eſt: Duodeuiceſimanosque & primanos, &c.

Voce flebili precabatur vt placatos patris manes, néve ſe vt parricidam aduerſarentur]Faernus legebat: Voce flebili precabatur ne piatos patris manes, néve ſe vt parricidam auerſarentur.

Sed in tribunos,centurionesque vbi precium cędis erat,reuerteretur] Videtur legendum, verteretur. & paulo pòſt: Verberibus, tormentisque domorum abdita ſcrutari,&c.non,vt in vulgatis, dominorum abdita, &c. Deinde Daneſius legebat: Vtique exercitui vario linguis,&c.non, Vtque exercitu,&c.

Non more vulgi agere] Faernus legebat:Non lege vulgi agere, &c. Sed nimis longè à vulgata ſcriptura; ad quem proprius accederemus, ſi legatur, in ore, pro,more.

Addidit facinori fidem,nobili gaudio,&c.] Placeret,notabili gaudio,&c.&ita legebat Faernus.Et paulo pòſt pro eo, quod in vulgatis eſt, auidos periculorum, idem Faernus emendabat, pauidos periculorum,&c.

Non ſine motu cohortium iunxit cæterarum] Ita Faernus legebat ex v. c. cùm in vulgatis ſit, adiunxit, & deſit verbum,cohortium. Paulo pòſt idem Faernus pro eo,quod vulgò legitur,& ipſos in legione bello attrita,&c,legebat,in regione bello attrita, &c. Deinde: Diſtulerunt tanquam maiora meritum,&c. non, diſtulerant,&c.vt habent vulgati.

Nec quicquam niſi iucundum, & lætum accipéret] Faernus legebat,acciperent,&c. ad aures referẽs. & poſt Daneſius ex v.c. legebat: Vt priuatũ Vitellium pateretur,ne victum quidem laturus, &c. Cùm vulgò legatur,ne victos quidem laturus,&c.

Circa

Circa lacum Fundani descendentibus] Lacus Fundani fit mentio in antiqua apud me inscriptione, in Quirinali reperta eo loco, quo Dei Fidij, siue Sanci Sabinorum lingua, templum erat. Eius exemplum subiecì:

L. CORNELIO
SVLLAE. FELICI
DICTATORI
VICVS. LACI. FVND.

Et præmia nauatæ operæ petebant] Danesius legebat, enauatæ. Et paulo pòst Faernus pro vulgatis illis: Domos arasque fœdare, &c. legebat: Domos, arasquo fœdatas, &c. vel si magis placet, fœdas.

AD LIB. IV.

*Ab excessu Neronis.*

Paucos erumpere aulos, circumrecti pressere] Faernus legebat, oppressere. & paulo pòst fortasse legendum: Dein L. Vitellius, par vitijs fratri, in principatu eius vigilantior, nec perinde prosperis socius, quàm aduersis in Germanias tractus, &c. Nam fratri, quod est in vulgatis, non ita placet vt, fratri; & illud abstractus, penitus ineptum.

Nec tam Musonius, aut Publius, quàm Priscus, & Marcellus ceterique motis aduultionem deletionibus expectabantur] Ita Faernus iampridem emendauit pro, motis adulationibus animis expectabãtur.

Missi ad Caninefates] Diximus suprà, Cannanefates ex antiqua inscriptione legendum esse vbique apud Tacitum.

Quas incensis castellis illuc appulerat] Danesius legebat: Quasi incensis, &c. Et paulo pòst: Sed paruum prouisum, vt copiæ, &c. pro, Parum prouisum, ni copiæ, &c. Deinde: Tum vix quinque millia armatorum tuebantur, &c. In vulgatis enim libris deest illud, Tum.

Quin potius interfecto traditore] Videndum an le-

gi debeat, proditore. & paulo pòst Faernus legebat: At ciuilem immensis auctibus, &c. non, actibus, &c. Sed nisi longiùs discederetur à vulgata scriptura, placeret magis, laudibus, &c. Quamuis illud, auctibus, Tacitus acceperit à Sallustio.

Et alia manu Mosam amnem transiri iubet ] Ita Faernus legebat pro, transire. Et paulo pòst: Romano nomine Agrippinenses vocarent, &c. non, Romanorum.

Eius nomen epistolis, edictisq. proponebatur] v. c. habet, præponebatur. In alio autem est præferebatur. Ius penes Mutianum erat, nisi quod, &c. Paulo supra idem v. c. habet: Et Titio Iuliano, &c. & sic infrà constanter, pro, Tertio Iuliano.

Signatus, & sacerdotio fulgens] Faernus legebat, saginatus, quod non displicet ob ea, quæ præcedunt. Paulo pòst pro eo quod vulgò legitur, Et electus in eandem spem, &c. magis placeret: Erectus in eandem spem. &

Summaque etiam miscentis ] Faernus rectissimè legebat: Summaque & ima miscentis, &c. Et paulo pòst legebat: Et pace suspecta tutius bellum, &c. delecta, in, præpositione. Deinde: Læta Pisoni omina, &c. non, omnia, vt in vulgatis.

Ingressi milites, quibus fausta nomina] Ita iampridem Faernus emendauit, adductus Ciceronis loco ex lib. 1. de Diuin. & Plinij ex lib. xxvi i i. cap. 11. in quo est: cur publicis lustris etiam nomina victimarum ducentium prospera legimus?

Præeunte Plautio Æliano ] Ita legendum est ex vv. cc. In quibus paulo suprà est: aqua trinis è fontibus, amnibusque hausta. Quæ lectio non displiceret, si aliquo antiquitatis testimonio confirmaretur. Ant. Augustinus legebat: Aqua è riuis, & fontibus amnibusq. hausta perpluere, &c. Deinde scribendum: Lustrata Suouetaurilibus area, &c. Vt iampridem emendauimus

dauimus ex vv. cc. & ipsa antiqui ritus notitia.

Cum ducibus Germanorum,&c.] Faernus legebat: Treuirorum,&c Et paulo pòst: Pecunia nuper etiam è donatiuo suffecit,&c.

Reuulsæ imperatorum imagines,innexa signa,&c.] Cùm in v.c.sit in hora,pro innexa, posset legi, mota signa,&c,

Arretinum Clementem] Scribendum Arricinum, ex antiqua inscriptione, quam vidimus olim in schedis apud Benedictum Ægium Spoletinum, Romanæ antiquitatis virum curiosum & ita emendādum item apud Suetonium in Domitiano,cap.11.

Nos quanquam totiens lacessiti, iure victoriæ id solùm vobis addimus] v.c.habet,adijcimus, sed placeret,ademimus.

## AD LIB. V.

### *Ab excessu Neronis.*

Et Belus amnis Iudaico mari illabitur, circa cuius os coniectæ arenæ misto nitro, &c.] Faernus legebat, conlectæ arenæ mixto nitro,&c. & ita Danesius quoque legebat.

Et dira omnia obseruari] Faernus emendabat,& dira omina, &c. quod mendum alibi irrepsit tum apud Tacitum,tum apud alios etiam scriptores. Paulo pòst idem Faernus legebat,copula,&,deleta: Vtque ad fallendum silentio,ita cœpta cæde, quo plus terroris adderent,&c,

Adiecta ingens lintrium vis,vehentium ad tricenos, quadragenosq; ceu armamenta Liburnicis, soli haud indecore pro velis iuuabant, &c] Ita Faernus legebat hunc locum, addito verbo, vehentium, quod deest in vulgatis.

## AD LIBRVM DE MORIBVS

### *Germanorum.*

Vidimus sub diuo Vespasiano Veledam diu apud plerosque numinis loco habitam] De Veleda Tacitus

ſuprà lib. IV. ab exceſſu Neronis ita ſcribit: Mummius Luporcus legatus legionis inter dona miſſus Veledæ. Ea virgo nationi Bructeræ latè imperitabat, &c. Statius Siluar. lib. I.

——— *Captiuaq́, preces Veledæ.*

Feminæ autem quãto in honore apud Germanos fuerint, ex his etiam antiquis inſcriptionibus intelligere poſſumus.

MATRONIS
RVMAEABVS
SACR.
L. VITELLIVS
CONSORS. EXPO.
LEG. VI. VICTR.

T. FRATERNVS
MATRIBVS
GALLAICIS
V. S. L. M.

Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, aut lac cõcretum] Daneſius legebat, recens caſeus, &c. quod placet, ſi ea lectio veterem librum habet auctorẽ. Paulo pòſt videtur legendum: Nam nec tributis conteruntur, &c. non, vt in vulgatis, contemnuntur. Deinde pro, Sed prout ferox bello & melior, &c. placeret: Sed prout ferox, & bello melior.

Nec defuit audentia Druſo Germanico] Daneſius legebat, Druſo, Germanicoq́. &c. & paulo pòſt ex v. c. ſcribendum: Marcomanis, Quadiſque vſque ad noſtram memoriam, &c.

AD AGRICOLAE VITAM.

Non tamen pigebit vel incondita, ac rudi voce memoriam prioribus ſenectutis, &c.] v. c. habet: prioris ſeruitutis, &c. Et paulo pòſt ex v. item c. legendum: Nihil appetere in iactationem, &c. Item pro vulgatis illis, Dum in Templo, Liguriæ pars eſt, hoſtiliter populatur, &c. v. c. habet: Dum in Temelium, Liguriæ vrbs eſt, hoſtiliter, &c.

Conſilium id diuus Auguſtus vocabat Tiberius præcipuè] v. c. habet, Tiberius præceptum. Et paulo pòſt videtur legendum: Alternis manus centurionum, alternis

alternis seruos vim & contumelias miscere, &c. addita voce, seruos, ex v.c.

Tum Agricola, quanquam transacta æstas, sparsi per prouinciam numeri] Legendũ videtur innumeri, &c. Et paulo pòst Danesius legebat: Nec ex cõmendatione aut precibus centurionum comites asciscere, &c.

Officijs & administrationibus præponere potiùs non peccaturos, &c.] Ita est in v. c. cùm in vulgatis desit verbum præponere, pro quo alius liber habet, præficere. Vt alibi apud Tacitum vv. cc. eodem loco quidam habent, præponere, quidam præficere.

Contracto exercitu multum in agmine laudare modestiam, &c.] v. c. habet, multus pro, multum; placeret tamen magis, militum, &c. Pro eo verò quod in vulgatis est, ponendisque insuper castellis spatium fuit, &c. v.c. habet, telis, non, castellis. & paulo pòst Danesius legebat: Solum, cælumq. & ingenia, cultusque hominum haud multum à Britannia differt. eius aditus, &c.

Et infesta hostili exercitu itinera timebantur ] v.c. habet, hostilis exercitus, &c. & paulo pòst: Caledoniam incolentes populi, &c. Item: oppugnare vltrò Castellum adorsi, &c.

Primo statim congressu vnde ostendamus quos sibi Caledonia viros seposuerit ] Danesius pro, vnde ostendamus, legebat, non ostendamus, &c. interrogationis nota posita ad verbum, seposuerit? Deinde pro, Nostris illi discessionibus, &c. legebat, Nostris illi dissensionibus, &c. Et ita v.c. & Faernus etiam legebat.

Et vix monitis coercitum militem, &c.] v.c. habet, munimentis, pro, monitis, &c. & totus locus ita legendus ex eodem v.c. Et vix munimentis coercitum militem, accendendum adhuc ratus, &c. vel, vt est in alio libro, militem adhuc cohortandum ratus, &c.

Crebrò per eos dies apud Domitianũ absens accusatus, absens absolutus est ] Ant. Augustinus legebat: præsens

præsens absolutus est. Et paulo pòst pro vulgatis illis: Aderat iam annus, quo Proconsulatum Asiæ Africæ sortiretur,&c. v c. habet: Asiæ & Africę. Sed Danesius, Asiæ aut Africæ.

Sed in nullum rei post vsum] Scribendum ex v. c. Sed in nullum Reipublicæ vsum, &c. Et paulo pòst legendum est: crebrius quàm ex more principis per nuntios visentis,&c. Et deinde: Natus erat Agricola Caio Cæsare tertium Consule,&c.

Nam sicuti magnæ cuiusdam felicitatis esse, durare in hac beatissimi sæculi luce,&c.] Ita legendus hic locus ex v.c.& deinde: Nos Mauricium, Rusticumque diuisimus,&c.

Admiratione te potius, quàm æmulatione decoremus,&c.] Ita legitur in v. c. pro eo verò quod est in vulgatis, militum, &c. fortasse, imitatione virtutũ, &c. emendatiùs legeretur. Vt totus locus ita legatur: Admiratione te potius, quàm æmulatione; etsi natura suppeditet, imitatione virtutum decoremus,&c.

Non quia intercedendum putem imaginibus] Videtur legendum, interdicendum, non, intercedendum,&c.

## AD DIALOGVM
### *De Oratore.*

Non minus notos esse in extremis partibus terrarum,&c.] Ita videtur legendum, cùm in vulgatis desit verbum, notos, sine quo sententia stare non potest. Et paulo suprà libentius legerem, Qua accinctus & minax,&c. pro eo, quod vulgò legitur, Qui accinctus & minax,&c.

Cùm Vrbanus Messalla] In v.c. est Vibanius Messala. Sed fortasse, Vibianus scribendum.

Quòd vos viri optimi,& optimi temporum nostrorum oratores,&c.] Ita videtur legendum, cùm in vulgatis desit, alterum, optimi, à Librario non repetitum. Deinde Ant. Augustinus legebat: Nam vt de Cicerone ipse

ne ipso loquar, Hirtio nempe & Pansa Consulibus, vt Tiro libertus eius scripsit, VII. Idus Octobris occisus est, &c. In vulgatis autem deest, illud, Octobris.

Supra modum exultans, & superfluens & parũ antiquus videretur, &c.] Videtur legẽdum, parum Atticus, &c. Et paulo pòst: Nunc mihi cum vniuersis negotium est, &c. non, vt in vulgatis, Nec mihi, &c.

Vidit namq. vt paulo antè dicebam, conditionem temporum, & diuersitates auctorum] Magis placeret, auditorum, &c. & paulo pòst: Cùm vix in corona quisquam assistat, &c. non, in corona, &c.

Viderimus an iudicium ejus vis aut animi aut ingenij defecerit, &c.] Videtur hic locus ita legendus pro eo quod in alijs est, iudicio, &c. sufficeret, &c.

Quod optimum dicendi genus est] Sententia põstulat, vt legatur, discendi, non, dicendi.

Quamuis in diuersis ingenijs, esse quandã iudicij, ac voluminis similitudinem, &c.] Forasse legendum, voluntatis similitudinem, &c. ita requirente sententia. & paulo pòst Faernus legebat: Perge, inquit, Maternus, de antiquis loquens, &c.

Nam in iudicijs ferè de æquitate, in deliberationibus de honestate dicimus, &c.] Locꝰ videtur mutilus, & ita fortasse supplẽdus: Nam in iudicijs ferè de æquitate, in deliberationibus de vtilitate, in laudationibus de honestate dicimus, &c.

Et Cicero his, vt opinor, verbis, quicquid in eloquẽtia effecerit, ait se nõ Rhetorum, sed Academiæ spatijs consecutũ, &c.] Ita legẽdus hic locus ex ipso Cicerone.

Paruum & ridiculũ fortasse videtur, quod dicturus sum, &c.] Magis placet, videbitur, quàm vulgata lectio, videtur; ita præsertim postulante sententia.

Forum non emẽdatæ, nec vsquã ad votum compositæ ciuitatis argumentũ est, &c.] Ita legebat Faernus, cùm in vulgatis sit, emendare, pro, emendatæ.

FINIS.

# NOTÆ
## AD SVETONIVM.
### AD C. IVLII CAP. I.

ANNVM agens, &c.] Cùm multa initio huius capitis desiderentur, fortasse nõ malè, ijs quæ extant, hæc adiungi poterunt ex ipsa temporum & verborum ratione: Cn. Papirio Carbone III. L. Cornelio Cinna, IV. Cos. annum agens Cæsar XVI. patrem amisit, sequentibus Consulibus flamen, &c.

AD CAP. IV.

Cum vno medico, & cubicularijs duobus, &c.] De eribus Cæsaris seruis, constat Cottæ quoque testimonio apud Athenæum lib. VII. in quo sic scriptum est: Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων παραιωθεὶς ὅτι τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας σωρεύσατο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ ὁ τότε ὑποσεσημαγὼς αὐτῷ, ἐν τῇ ἕξει τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι, &c. Sed Plutarchus in Cæsare, cùm pro medico seruo edit amicum (inquit enim, μετ' ἑνὸς φίλου, καὶ δυοῖν ἀκολούθοιν, &c. &, amico, etiam in vno codice inuenitur) differt non solùm à Suetonio, sed ab ipso etiam Cotta, qui disertè habet τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας, &c. quo verbo complexus est, medicum seruum, & cubicularios, qui serui item erant à cubiculo. Rursus Plutarchum si sequamur, illud in litore, quod statim sequitur apud Suetonium, mutandum erit in, Mileti, & ita legẽdum: Numeratis deinde L. talentis, expositus Mileti, &c. Paulo autem suprà verbum indignatione, sine dubio corruptum est, & scribendum, dignatione.

AD CAP. VI.

In Corneliæ autẽ locum Pompeiam duxit Q. Pompeij filiam, L. Sullæ neptem] Q Q. Pompeios patrem & filium, vtrumque interfectos fuisse bello ciuili refert

fert Liuius lib. xxii. Qui Pompeium filium, generum fuisse at L. Sullæ; è quo nata sit hæc Pompeia, quam Suetonius Sullæ neptem appellat.

AD CAP. VII.

Quæstori vlterior Hispania obuenit: vbi cum mandato populi Romani iure dicundo conuentus circumiret] Illud, populi Romani in v. c. qui est apud me, notatum est duabus interpunctis litteris hoc modo, P.R. quibus notis Prætorem putamus significari, esseq. hîc scribendum, cum mandato Prætoris, &c.

AD CAP. XV.

Q. Catulum de refectione Capitolij, &c.] Ad hanc Capitolij refectionem pertinet versus Martialis:

*Sic laudant Catuli vilia templa patres.*

Ita enim legendum, non vt vulgò, Iulia templa, &c. Miratur enim Martialis, vilia Catuli templa laudari à maioribus natu, cùm habeant ditia Flauiæ gentis templa. Nam Flauij quoque Capitolium, cùm Vitelliano tumultu arsisset, multo magnificentiùs refecerunt.

AD CAP. XVI.

L. Vectio Indice] Ex argenteo denario scribendum putamus, L. Vertio Indice, tum hîc, tum apud Ciceronem in oratione contra Catilinam. In eo denario est: T. VETTIVS. IVDEX. Quem Sabinum fuisse, intelligimus ex Tatij regis Sabinorum in altera denarij parte, impressa imagine.

Antequam prouinciæ ordinarentur] In v. c. est, ornarentur, pro, ordinarentur. Quam lectionem exemplis confirmare putamus non esse necessarium.

AD CAP. XX.

Postremò in vniuersos diuersę factionis inductum præmijs, &c.] Locus est, vt videtur, mendosus, & ita fortasse corrigendus. Postremò in vniuersos diuersæ factionis induxit Vettium præmijs, &c.

AD CAP. XXIII.

In vrbem prouinciæ suæ Lucam] Cæsar ex S. C.

vtramque Galliam cum Illutico acceperat. Luca verò cum Liguriæ vrbs sit, vt Pomponius Mela docet, & Liguria Galliæ pars, vt Lucanus cecinit:

*Et nunc tonse Ligur, quondam per candida colla*
*Crinibus effusis toti prælate Comatæ, &c.*

rectè Suetonius Lucam prouinciæ Cæsaris vrbem dixit. Quæ nihilominus, quòd Apennini radicibus propinqua est, poterat ob vicinitatem ad Liguriæ conuentus & iurisdictionem pertinere.

AD CAP. XXVI.

Cuius area super sestertium millies constitit] vv. cc. habent, super HS mille. & post quæ in extremo huius capitis verba habentur: Ac singula interdum mancipia & prædia viritim dedit, &c. mendosa sunt. Legendum enim est: ex præda viritim dedit.

AD CAP. XXX.

Hæc voluerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar, &c.] Hunc locum ita Plutarchus expressit ex Asinio: τοῦτο ἠβουλήθησαν εἰς τοῦτο με ἀνάγκης ἐμπίπτειν, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, οὐ θριαμβεύω τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθω, &c.

AD CAP. XXXII.

Iacta est alea, inquit] Verbum, inquit, non habetur in v. c.

AD CAP. XXXV.

Neque loco, neque tempore anni æquo, sed hieme, &c.] Ita legendus hic locus ex v. c. cùm in vulgatis sit: Neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni, &c.

AD CAP. XXXIX.

Munus gladiatorũ] vv. cc. habent, gladiatoriũ, &c. Paulo pòst fortasse legendum est: Sessum in XIIII. podium è scena per orchestram transijt, &c. nam pro verbo, podiũ, in aliquibus codicibus est, solium. quod videtur mendosum. Podium verò dicebatur locus, vnde principes spectabant. è scena igitur, vbi Laberius histrio-

hiſtrionicam fecerat, tranſiturus in XIIII. podium & orcheſtram, Senatores omnes neceſſariò prętęrijt, quò maior rei indignitas foret.

AD CAP. XL.

Quò autem magis in poſterum è Kal. Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret] Illud, nobis, ſine dubio mendoſum eſt, proque eo, nouis, eſt ſcribendum. Nam librarius iure ſuo, v, litteram, vt tunc erat conſuetudo ſcribendi, in b, mutauit, & ex ea mutatione fecit, nobis, pro, nouis.

AD CAP. XLI.

Nudatos opere cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos] Videtur legendum: Notatos opere cenſorio, &c. Nec puto eam emendationem egete exemplis, vt confirmetur. Item paulo pòſt, pro eo, quod vulgò legitur, Quos ipſe dediſſet, &c. Videtur ſcribendum: Quos ipſe edidiſſet, &c.

AD CAP. XLII.

Minórve decem] v. c. habet, Minórve XL. &c. & paulo pòſt pro, minus tertia parte, &c. v. c. habet: plus tertia parte, &c. Deinde legendum: Deducto de ſumma æris alieni, &c. pro eo, quod eſt in vulgatis: Deducta ſumma æris alieni, &c.

AD CAP. XLIV.

Data M. Varroni cura comparandarum, ac dirigendarum] v. c. habet: digerendarum, &c. & ſic videtur legendum.

AD CAP. XLIX.

Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegam ſuum, Bythinicam reginam, &c.] Videtur pro, proſcripſit, emendandum, præſcripſit. Nomina enim Conſulum in edictis præſcribebantur. Tacitus de Tiberio lib. 1. Ne edictum quidem, quo patrem in Curiam vocabat, niſi Tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ. Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto, de honoribus parentis conſulturum, &c. Suetonius ipſe ſupra dixit: Edicto

præfatus de ſumma ſe Rep. acturũ, &c. Sic igitur fortaſſe præſcripſit: M. Bibulus & Bythinica regina collegæ Coss. &c. Illa verò quæ paulo pòſt ſequuntur, à ſatellitibus eum in cubiculum regium eductum, &c. ſic habẽtur in v. c. In cubiculum regiũ deductum, &c. vel, vt in alio, inductum, &c.

AD CAP. L.

Cui & proximo ſuo conſulatu, &c.] v. c. habet: cui & primo ſuo conſulatu, &c. Et paulo pòſt pro vulgatis illis: Quo melius, inquit, emptum ſciatis, &c. v. c. habet: Quo vilius, &c. quod magnopere placet.

AD CAP. LV.

Eloquentia militari, &c.] Ant. Auguſtinus legebat: Eloquentia mirabili, &c. & certè verbum, mirabili, facilè potuit ob ſimilitudinem ſcripturæ in, militari ab imperito librario mutari.

AD CAP. LVI.

Sed dum voluit, alios habere paratam, &c.] v. c. habet, parata, &c. & paulo pòſt, Epiſtolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primus videtur ad paginas, &c. pro eo, quod vulgo legitur, quas primùm videtur, &c.

AD CAP. LIX.

Cui ad opprobrium vitæ, Salutioni cognomẽ erat] vv. cc. habent, Saluntoni.

AD CAP. LXIII.

L. Caſſium partis aduerſæ ] Fortaſſe legendum, C. Caſſium, &c. ex hiſtoria.

AD CAP. LXVIII.

Quarum centum ac triginta millium intra vallum reperta ſunt] Aliter habet Plutarchus in Cæſare, & ſi rectè memini, CXLI v. millia. Sed ex hoc Suetonij loco videtur Cæſar emendandus, qui lib. III. de bello ciuili habet: Millia ſagittarum circiter triginta, &c. cùm illud, circiter, in centum, mutandum ſit. Niſi fortè hoc loco variãt inter ſe ſcriptores. vt paulo pòſt pro c. & xx. ictibus,

ictibus, quos Suetonius edit, Cæsar habet foramina cxxx. & Plutarchus totidem.

AD CAP. LXXII.

Et in diuersorio loco, quod vnum erat, cesserit] Videtur legendum, vt est in v. c. Et in diuersorio, quod vnum erat, loco cesserit, &c.

AD CAP. LXXVII.

Vt T. Ampius scribit] Legendum: Vt Tampius scribit, &c. Sic enim est tum in vv. cc. tum in antiquis inscriptionibus, itemque Tampiæ familiæ denarijs.

AD CAP. LXXIX.

Proximo autem Senatu percrebuit fama, &c.] Verba, percrebuit fama, non habentur in vv. cc. & certè videntur adiecta.

AD CAP. LXXX.

Gallos Cæsar, &c.] Hos versus trochaicos esse Faernus dicebat, ita eos scribens:

*Gallos Cæsar in triumphum, ducit idem in Curiam:*
*Galli braccas deposuerunt, latum clauum sumpserunt.*

In vv. autem cc. legitur: Gallos Cæsar in triumphum duxit: Inde in Curia Galli, &c. & paulo pòst Faernus legebat: Brutus, qui reges eiecit, &c. Hic qui Consules eiecit, &c. vtrobique deleta littera, a, voce qui, retenta.

AD CAP. XCII.

Cæsar Cascæ brachium abreptum graphio traiecit] In v. c. est: Cæsar Cascæ brachium, abrepto graphio, &c. & ita videtur legendum Plutarcho lectionem confirmante his verbis: ὁρῶτ⊙ δὲ Κάσκας ξίφει παίει πρῶτος τὸν αὐχένα, πληγὴ οὐδὲ ἀπὸ τόλμης οὐδὲ ῥώμης, οὐδὲ βαρεῖαν ἀλλ' ὡς οὐκὸς ἐν ἀρχῇ τολμήματ⊙ μεγάλου ταραχθεὶς, ὥστε καὶ τὸν Καίσαρα μεταστραφέντα τῇ ἐγχειριδίῳ λαβέσθαι, καὶ κατασχεῖν.

AD AVGVSTI CAP. IV.

Priusquam confiteri se candidatum cõsulatus posset] In v. c. pro verbo confiteri, scriptum est, profiteri. De cuius lectionis veritate non puto dubitandum esse.

AD CAP. V.

Natus est Augustus M. Tullio Cicerone, & M. Antonio Cos. nono Kal. Octob.] De die natali Augusti verum est, quod Suetonius tradit. nam præter Romanum vetus Calendarium, confirmat eam historiam antiqua etiam inscriptio, cuius exemplum, quia non est in promptu, recitare supersedebo.

AD CAP. VII.

Ferreis, ac iam propè exolescentibus litteris] Huiusmodi imaguncularum reliquiæ, quas nobis videre permultas contigit, admoner, vt hîc legamus: Ferrugineis, ac iam propè exolescentibus litteris, &c.

AD CAP. VIII.

Vix tum firmus à graui valetudine] Videtur legendum: Vix dum firmus, &c.

AD CAP. X.

Ac ne publicum quidem, ac translaticium vlla in re, &c.] Videtur deesse verbum, ius, quod supplendum est ex v.c. in quo est: Ac translaticium ius vlla in re, &c. Quid autem sit ius translaticium, omnibus notum esse putamus.

AD CAP. XII.

Ceterosque duces & exercitus consentire pro patribus] v.c. habet: Consentire pro partibus, &c. & sic videtur legendum.

AD CAP. XIII.

Alios patrem & filium pro vita rogantes, sortiri, vel dimicare, iussisse] In v.c. est, micare non dimicare.

AD CAP. XVI.

Traiecto in Siciliam exercitu, quum partem reliquam copiarum continenti repeteret] In v.c. multo rectiùs est: Quum ad partem reliquam copiarũ continentem repeteret, &c. Quod autem paulo suprà dixit, Augustum sub horam pugnæ somno deuictum esse, id intelligendum est de instante iam tempore pugnæ. Nam sub horam, cùm dicimus, instantis iam temporis vicini-

vicinitatem designamus. Vt cùm Virgilius Georg. libro IV. dixit, Sub lucem exportant apes,&c. id non planè per lucem,aut in luce,sed aduentante iam luce, intelligendum. Paulo pòst apud Suetonium videtur legendum: Concessa vita circeros in perpetuum relegauit,&c.non circeijs.

AD CAP. XIX.

Andasius atque Epicadus Iuliam filiam, & Agrippam nepotem ex insulis,quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus quasi debita sibi fato dominatione, & ipsum, & Senatum aggredi destinauerant,&c.] Ita videtur totus hic locus legendus. Veteribus etiam libris aliqua ex parte auctoribus.

AD CAP. XXI.

Ex quibus Suenos,& Sicambros] v.c.habet: Ex quibus Vbios,& Sugambros,&c.

AD CAP. XXII.

Tertio clausit] Videtur legendum: Ter clausit. Nam Augustus Ianum primò clausit post deuictos Antonium & Cleopatram. Secundò, post Cantabricam victoriam: tertiò,cùm iam toto orbe pax esset.

AD CAP. XXIV.

Disciplinam seueriss imè rexit] Videtur scribendum, exegit,non,rexit.& ita est in vv.cc.

AD CAP. XXV.

Id est,Festina tardè,tutus enim est melior,quàm temerarius Imperator] Hæc verba non habentur in vv. cc. & certè ab aliquo adiecta sunt,qui Græcam sententiam Latinè reddere voluit.

AD CAP. XXVI.

Ceteros autem sex,aut nouem,&c.] Locus est mendosus, & sic corrigendus ex v. c. Ceteros, aut nouem, &c.deletis verbis,autem sex,quæ adiecta sunt.

AD CAP. XXVII.

T.Iunium Philopœmenem] vv.cc.habent, T. Vinium,&c.& ita corrigendum ex antiquo lapide.

AD CAP. XXIX.

Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit]v. c. pro verbo, excitauit, habet, exertauit. Quod verbum, quia obscurius erat, à librarijs mutatum est in,excitauit. Paulo pòst legendum ex v. c. à L. Munatio Planco,&c. De quare extat veteris inscriptionis fragmentum ad cliuum Tarpeij montis repertum,ex quo Saturni templum,& ærarium ibi fuisse intelligere possumus. L. PLANCVS. L. F. COS. IMP. ITER. DE. MANIB.

AD CAP. XXXI.

Compitales Lares ornare bis anno instituit]In v. c. est:Compitalitijs Lares ornari bis anno, &c. & paulo pòst legendum : Marmoreo Iano suppositit, &c. Et tum hîc, tum infrà, Ianus accipiendus est pro arcu marmoreo, & fornicata transitione.

AD CAP. XXXII.

Ad tres iudicum decurias,quartam addixit]v. c. habet,addidit,pro,addixit.

AD CAP. XXXIII.

Ne culeo insueretur ] In vv. cc. scriptum est constanter,culleo,geminata, l. littera.

AD CAP. XXXV.

Quo tempore æstimatur lorica sub veste munitus] vv. cc. habent rectius,existimatur, non,æstimatur. & post: sed prout libuisset, perrogabat, &c. non prærogabat.

AD CAP. XXXVII.

Curam operum publicorum,viarum,aquarum, aluei Tiberis,frumenti populo diuidendi,&c.]Ita legitur hic locus,& interpungitur in v. c. deleta copula,&, ante vocem,aquarum,&c.

AD CAP. XXXVIII.

Protinus virilem togam, latum clauum inducere] v. c. habet: Protinus virili togæ latum,&c. Et post pro illis, Qui maiores annorũ quinq. & triginta retinere

cum

eum nollent,&c.v.c.habet: Annorum quinq. & quadraginta retinere eum vellent.

AD CAP. XXXIX.

Impetratisque à Senatoribus decem adiutoribus] v.c.habet,à Senatu,&c.non,à Senatoribus.

AD CAP. XL.

Singula millia nummûm à se asse diuidebat, &c.] Ita est in v.c.nam illud à se,videtur omissum ob similitudinem sequentis verbi, asse. Et post statim: Magni præterea æstimans,&c.non vt in vulgatis,existimans.

AD CAP. XLI.

Modo quadringenos,modò tricenos ] Legendum videtur: Modò quadringenos,modò trecenos,&c. similis error in hoc eodem verbo apud Varronem de re rustica,& alios scriptores irrepsit.

AD CAP. XLII.

Atque ita post hanc rem temperauit]v.c.habet: Atque ita posthac rem temperauit, &c.& deinde: Quam populi rationem duceret,&c.non deduceret.

AD CAP. XLV.

Præterquam ludos,& scenam]Scribendum ex v.c. Præterquam ludis,& scena.

AD CAP. LI.

Tiberio quoq. de eadem re sedulò violentius,&c.] v.c.habet,vt videtur, rectius: Tiberio quoque de eadem re,sed violentius,&c.

AD CAP. LIV.

Antistius Labeo Senatus lectione quum trium virum legeret] Videtur legendum ex v.c. Antistius Labeo Senatus lectione,quum vir virum legeret,&c.

AD CAP. LV.

Qui libellos, aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alio nomine edant]v.c.habet,ederent.

AD CAP. LVII.

Vt Apollinem Sandaliarium ] Apollo Sandaliarius

suprà autographam epistolam dicit, Plutarchus in apophthegm. Antigoni secúdi, antigraphā dixit (si modò ea vox mendo vacat) quæ esset proprij chirographi.

AD CAP LXXII.

Aut in alicuius libertinorum suburbanum] In v.c. est: Aut in alicuius libertorum Suburbanum, &c. & deinde: Qualia sunt capita immanium belluarũ, &c. non, vt vulgò legitur, Qualia sunt Capreis immanium, &c.

AD CAP. LXXIV.

Ac frequentissimè aretalogos] Aretalogos videtur dixisse, quasi ἀρετὰ λέγοντας, quos Latinì circulatores appellant, quòd delectabili garrulitate populares aures caperent,

AD CAP. LXXV.

Atque alia id genus titulis obscuris, & ambiguis] Titulis hoc loco pro lemmatis accipiendum. Nam Xenia in Saturnalibus cum lemmatis & præscriptionibus suis mitti solita fuisse, docet Martialis. Augustus verò lemma ipsum, & lemmatis versiculos, ita ambiguè scribebat, vt varias interpretationes reciperet.

AD CAP. LXXVI.

Ex hac obseruantia nonnunquam, &c. Videtur legendum, vt est in v.c. Ex hac inobseruantia, &c.

AD CAP. LXXXIII.

Sestertio vel lodicula inuolutus] Legendum: Segestrio, vel Segestri, Est autem Segester, vel Segestrium, pellis nautica, ac quicquid inuolucri vsum præstare potest. Iacobus Cuiacius homo de litteris nostra ætate optimè meritus, dicit esse cilicia è pilis capratũ contexta, lib. XIII. cap. XIII. suarum obseruationum. Paulo pòst videtur legendum, aut ocellatis nucibus ludebat, &c. Vt ocellatas nuces accipiamus, in oculi figuram compositas. Designatur enim Ludus, quem hodie quoque pueri ludunt, & Ouidius in libello de nuce indicat, cùm ait:

Quat-

*Quatuor in nauibus iunctis nan alea tota est,*
*Cùm sibi suppositis additur vna tribus.*

AD CAP. LXXXIV.

Quamuis non deficeret ad subita ex temporali facultate] v. c. habet: Quamuis non deficeretur ad subita,&c.

AD CAP. LXXXVII.

Ponit assiduè,& pro stulto blaceolum]Non improbamus vulgatam lectionem.nam βλάκας Græci stultos dicunt.Sed fortasse legendum,batteolum, quem Augustus ἀπὸ τῆς βαττολογίας potuit appellasse, quòd multa, inepteque loqueretur.Sic Batto illi Cyrinensi à linguę impedimento nomen factum esse Græci scriptores tradunt.

AD CAP. LXXXIX.

Deinde etiam eruditione vana repletus, Sperarci philosophi filiorumque eius Dionysij, & Nicanoris contubernio:non tamen,&c.]Ita legitur in v.c.non vt in vulgatis,contubernium inijt: non tamen, &c. nam pendet sentétia à verbo,vsus, quod supra positum est. Pro Sperarei verò,vt videtur, corrupto nomine, fortasse Sphæri scribendum,de quo Dio lib.XLVIII.

AD CAP. XCIX.

Admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri]An quòd,committere,& commissio,verba ludicra sint & sunica? committere enim ludos,exhibere est. & commissio ludorum,ipsa exhibitio dicitur. Cicero in epist.ad Q.Fratrem:Hæc scripsi quo die ludi committebantur.& alibi:Tecumque ago,vt ab ipsa commissione ad me scribas quemadmodum accipiantur hi ludi.

AD CAP. XCI.

Stipem quotannis die certo emendicabat à populo ]Hinc in veteribus inscriptionibus in sacra via Romæ repertis est:

IMP.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. ABSENTI. CONTVLIT
NERONE. CLAVDIO DRVSO
T. QVINCTIO. CRISPINO. COS
VOLCANO

Item in Fragmento:

. . . . . .
EX. STIPE. QVAM. POP. . . .
KALENDIS. IANVAR. . . .
C. MARCIO, CENSORINO
C. ASINIO. GALLO. COS.
. . . . . .

Item

IARIBVS. PVBLICIS. SACRVM
IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTESTAT. XVIIII
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI
CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI
C. CALVISIO. SABINO. L. PASSIENO. RVFO. COS.

AD CAP. XCII.

Aut Nonis quicquam rei ſeriæ inchoaret] An quòd Nonarum tutela deo careat, vt ait Ouidius, quum Idus Ioui, Kalendæ Iunoni ſacratæ ſint? Auguſtus autem Nonas cauebat, vt nullius dei tutela dignatas. Illud autem δυσφημίαν ominis, mutandum eſt in, δυσφημίαν nominis, vt cauſa appareat, cur Nonas caueret Auguſtus. Eadem nominis δυσφημία, Maleuentum, in Beneuentum mutauit.

AD CAP. XCIII.

Paulò deflectere ad viſendum Apim] In v.c. eſt, paulum deflectere, &c.

AD

AD CAP. XCIV.

Ac radiata corona ſuper laureatum curtum ] v. c. habet, deauratum curtum, &c. Quod autē dicit Suetonius, Auguſtum thema ſuum vulgaſſe, deſignat eo verbo ſitum ſtellarum, ac planetarum, ac ſi dixiſſet, cęli configurationem. Itaq. cùm nota Capricorni extat argenteus denarius ab ipſo Auguſto ſignatus.

AD CAP. XCVII.

Non, ſi omnia morarentur ] Videtur legendum: Non ſi omina morarentur, &c.

AD CAP. XCVIII.

Quæ tunc quidem appulerat ] v. c. habet: Quæ tantum quod appulerat, &c.

AD CAP. C.

Tunicati & diſcincti ] Tunicatos hîc accipiendum pro ſola tunica, depoſita toga, indutos. Erat enim tunica interior veſtis, cui ſubcinctæ ſuperinducebatur toga. Tunicæ verò ſubuculam ſubditam fuiſſe docet Horatius illo verſu:

*Si fortè ſubucula pexæ*
*Trita ſubeſt tunicæ, &c.*

AD CAP. CI.

Cohortibus vrbanis ] Verbum cohortibus non eſt in vv. cc. in quibus pro annuum diem, ſcriptum eſt, anuam diem, &c.

AD TIBERII CAESARIS CAP. II.

Iliciam viatorem ſuum dixit ] Quidam, Glauciam ſcribunt ex Liuio, pro, Iliciam. Sed ex Faſtis Capitolinis ſcribendum Gliciam. Et paulo pòſt legendū: Etiam Virgo Veſtalis patrē, iniuſſu populi triumphantē, &c. non, vt in vulgatis, fratrem. Cicero pro Cæcina, & Valerius Maximus lib. v. cap. iv. Deinde ſic interpungendum: Extant & feminarum exempla diuerſa æquè. Siquidem, &c. Claudiæ autem duæ denariorū veterum monumentis celebrantur. vna, quę Virgo Veſtalis cùm eſſet, triumphantem patrem comitata eſt; altera, quæ

nauem

nauem cùm ſacris Matris Deûm adhærentem Tiberino vado extraxit.

AD CAP. VI.

Infantiam, pueritiamq. habuit luxurioſam, & exercitatam] Placeret magis: Infantiam, pueritiamq. habuit laborioſam; exercitamq. &c. Et paulo pòſt legendum: Semel cùm à nutricis vbere, iterum cùm à ſinu matris, &c. nam illud, item, quod eſt in vulgatis, non ſatisfacit.

AD CAP. XIX.

In omni ducatu expertiſſimo] v. c. habet: In omni ductu expertiſſimo, &c.

AD CAP. XXI.

Ego verò, mi Tiberi laudo, & inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥᾳθυμίαν] Sic legitur in v.c. cùm in vulgatis deſit verbum, laudo. & poſt, quàm tu te geſſeris, &c.

AD CAP. XXIV.

Seipſum quod præſtet, tardè polliceri] v. c. habet: Sed ipſum, quòd præſtet, &c.

AD CAP. XXV.

Vt æquarentur ſtipendio prætoriani Germanicanis] In v.c. eſt: Vt æquarentur ſtipendio prætorianis Germanici, &c.

AD CAP. XXIX.

Et inde omnes alloquens dixit] v.c. habet: Et inde omnes alloquens, dixi, &c.

AD CAP. XXXV.

Feminæ famoſæ] Illud, famoſæ, videtur abundare, nam non habetur in v.c. In quo paulo pòſt pro, refugium, legitur, perfugium. Et deinde: Quòd vxorem pridie ſortitionis, &c. non, vt in vulgatis, pridie ſortitione, &c.

AD CAP. XXXVII.

Et aliam à Cotti regno] Scribendum, Coris, vt alibi diximus, & paulo pòſt, Rhaſcupolim.

AD CAP. XLII.

Et quaſi ciuitatis oculis remotus] v.c. habet: remotis, non, remotus, & fortaſſe non malè.

AD

AD CAP. XLIII.

Ne cui in opera edenda exemplar imparatæ ſcenæ] Legendum ſine dubio, imparatæ ſchemę, &c. Schema verò bis apud Nonium à librarijs in verbum ſcena vt hîc, mutatum eſt. Primò, cùm ait: Petauriſtæ à veteribus dicebantur, qui ſaltibus vel ſcenis leuioribus mouerentur, &c. Secundò, cùm dixit: Sanniones dicuntur à Sannijs, qui ſunt in dictis fatui, & in motibus, & in ſcenis, &c. vtrobique enim ſchemis legendum eſt. Idem error irrepſit in Appulei lib. IV. in quo eſt: Scenam denique, quam ſponte ſumpſerat, cum anima retinens, nunc fugiens, nunc reſiſtens, varijs corporis ſuis ſcenis, ac motibus, &c. Legendum enim eſt, ſchemam, &, ſchemis. Schemas verò Suetonius dicit figuras & modos concubitus iuxta illud in obſceno carmine: Quæ tot figuris, quot Philenis enarrat, &c. Græci σχήματα dicunt, de quibus ita Ariſtophanis Scholiaſtes Ranis: Κυρήνη ἑταίρα τὸν ὄπισθεν δωδεκαμήχανον ὀπταλυμένην, διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν, &c. Illud autem Caprineum, quo nomine Suetonius dicit Tiberium vocitatum, in v. c. eſt, C. Apronem. Sed quia de nomine inſulæ ſic vocatum ait, placeret magis, vt in, καπρᾶν Græcum verbum mutaretur.

AD CAP. XLV.

Atellanico exodio] Atellanica exodia, non quòd extra cantum eſſent, ita dicta ſunt; Sed quia velut obiter inſerta fabulis, quaſi ex diuerticulo, & ἀπὸ τῆς ὁδοῦ.

AD CAP. XLVI.

Vnam modò liberalitatem ex indulgentia vitrici conſecutus] v. c. habet: Vna modò liberalitate ex indulgentia vitrici proſecutus, &c.

AD CAP. LI.

Eius è ſacrario] In v. c. legitur, Secretario, pro, Sacrario.

AD CAP. LIII.

Per vim ore diducto, inferciri cibũ iuſſit] Ita videtur ſcribendum pro eo, quod eſt in vulgatis, infulciri, &c.

AD

AD CAP. LV.

Nepotemque suum ex Druso filio naturali] Ita v. c. habet, non, naturalem, vt est in vulgatis.

AD CAP. LXI.

Intet capreas ] Capreas dicit scorta illa Tiberiana, quibus vetulus hircus naturam liguriret. Sic in Claudio scriptum est, Flagello cæsum à Capreis.

AD CAP. LXVII.

Dij me, Deæque pœnis perdant, quem quotidie perire sentio, si scio] Videtur ex Tacito scribendum: Dij me, Deæque peius perdant, quàm quotidie, &c. Et paulo pòst ex v. c. Ideoque vt imperium inierit, &c. non, iniret.

AD CAP. LXX.

Imitatus Euphorionem, & Arrianum] v. c. habet Rhianum; & ita scribendum est. nam ita Græci scriptores eum nominant, cuius versus etiam Græcos quosdam proferunt, inscriptos Ῥιανοῦ constanter. Illud autem ἴμβλημα, quod paulo pòst Suetonius ponit, mihi non satisfacit. nam in decreto Patrum non video cur nominandum emblema fuerit. Placeret potius, problema, vt dicunt extare in manuscriptis libris, quo verbo vtitur Cicero in epist. quadam ad Atticum, cùm non haberet Latinum proprium. Atque hoc verbum non ita ἀπλῶς quæstionem significat. Sed quæstionem demùm ambiguam, & coniectaneam, positamque in incerto, & adhuc quærendam.

AD CAP. LXXII.

Rediens ergo propè Campaniam Asturæ] v. c. habet: Rediens ergo properè, in Campaniam Asturę, &c.

AD C. CALIGVLAE CAP. VI.

Salua Roma, salua patria, saluus est Germanicus] Carmen est trochaicū, à ceteris verbis distinguendū.

AD CAP. XI.

Et ganeas, atque adulteria capillamento celatus] v. c. habet: Ganeas, atque popinas capillamento, &c. &

paulo pòst pro, Phaëthontem, v. c. habet, Phitonem, seu Pythonem. Quæ lectio non displicet, quando semel à serpentibus metaphoram duxit. Præterea educare verbum in veteri prouerbio de serpente dicitur.

AD CAP. XV.

Sacramentis adijcerentur] v. c. habet: addicerentur. Minus corruptè. Sed adigerentur, legendum est, siue, adicerentur, ex antiqua scribendi ratione, de qua lectione diximus in notis ad Cæsarem, & Sallustium.

AD CAP. XVI

Ducentesimam auctionum Italiæ remisit] Diximus in notis ad Tacitum extare nummum æreum Caij cum titulo R. cc. hoc est Remissa Ducentesima, siue, Remissio Ducentesimæ.

AD CAP. XVII.

Ac feminis fascias purpuræ, ac conchylij distribuit] v. c. habet: Ac feminis fasces purpuræ, &c.

AD CAP. XVIII.

Quum lege Luciana apparatum circi prospicientem pauci ex proximis Mænianis postulassent] Alia editio habet: Cùm elegantiam apparatus Circi prospicientem pauci ex proximis Mænianis postulassent, &c. Sed vtrumque mendosum est. Postrema verba posterioris editionis ita doctus vir mutabat: Cùm elegantiam apparatus Circi prospicere pauci ex Mænianis possent.

AD CAP. XXII.

Aede Castorum in vestibulum transfigurata] Caius, cùm ad Forum vsque Romanum ædes suas promouisset, templum Castorum, quod in Foro item erat, quasi vestibulum earum fecerat. Illud verò, tetraones, quod positum est paulo pòst, videtur mutandum in, Erythrotaones.

AD CAP. XXIII.

Ausidium Lingonem] Legendum, Ausidium Lurconem, qui notissimus est ex historia.

AD

AD CAP. XXVI.

Erat enim & is M. Antonij ex Helenæ filia nepos] Videtur legendum: ex Selene, &c. ex historia. & paulo pòst ex v. c Ad essedum sibi currere togatos, &c. non occurrere. Deinde legendum: viliſſimos, senioq; confectos.

AD CAP. XXIX.

Propagari sibi commeatum sæpius desiderantem] v. c. habet: prorogari sibi, &c.

AD CAP. XXX.

Ita fieri] v. c. habet: Ita ferri, &c. & sic legendum est postulante sententia, ob ea, quæ sequuntur.

AD CAP. XXXV.

Vetera familiarum insignia nobiliſſimo cuique stirpis antiquæ ademit, &c. ] Sic legendum, deletis paulo pòst verbis, stirpis antiquæ, quæ luxata sunt, & loco suo mota.

AD CAP. XXXVI.

M. Nestorem Pantominum] Scribendum est, Mnestorem Pantomimum, tum hîc, tum infra cap. LV. & cap. LVII. ex Tacito, & Dione.

AD CAP. XXXVIII.

Vt vetera & obsoleta defl bat] Videtur pro, deflebat, scribendum, delebat. Et infra: Expergefactæ à somno Cæsoniæ. Deinde, mattyas legendum ex Athenæo, non, macteas.

AD CAP. LV.

Incitati equo] Ita videtur legendum, non incitato equo, &c. Nec enim illa dona signficat data esse aurigæ, quod non ita fuisset mirum, homini scilicet, qui illis vti posset. Sed equo, cui dare donum, supellectilem, ac demùm consularum, planè ridiculum fuit.

AD CAP. LVII.

In quo actor propipiens se ruina] Videtur legendum, In quo auctor prorepens è ruina, &c.

AD CAP. LX.

Cæsares omnes, quibus Caij prænomen fuit, ferro

perijſſe]Hoc falſum eſt.nam pater Dictatoris non ferro perijt,vt Plinius ſcribit,ſed moritur repentinò.

AD CLAVDII CAP. I.

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία ] Quidam codices habent: τοῖς κοινολεχίοις. ex quibus verbis ſatis aptus ſenſus ad rem,de qua ſermo, elici poteſt. Verba verò quę ſunt paulo pòſt,Species barbaræ mulieris humana amplior,&c.videndum an ad Veledam deam, peculiare numen Germanorum, de qua meminerunt Tacitus,& Statius,ſint referenda.

AD CAP. IV.

Μὴ παρυποκείμενον ἡμῖν ] Legendum videtur: μὴ παρυποκειμένου ἡμῖν,&c.& ſuprà,ἱλαπάδαι.& infrà, μετώρως, vt in editionibus vulgatis, quod poſitum eſt pro, negligenter,vt μετωρία,,pro ipſa negligẽtia. Deinde ſcribendum:Ex parte ſexta nuncuparet,&c. non, vt vulgo legitur,ne parte,&c.& paulo ſuprà:Quid poſt hęc Auguſtus conſtituerit,&c.non,Quin poſt hæc,&c.

AD CAP. VI.

Circa ſeſtertiûm vicies]v.c,habet: Circiter ſeſtertiûm,&c.

AD CAP. IX.

Cùm verò detecta eſſet Lepidi & Gætulici coniuratio] Ad hunc locum pertinet fragmentum Lapidis Fratrum Arualium,in quo eſt:

. . A. D. VI. K. NOVEMB.
. . OB DETECTA. NEFARIA. CO. . .
. . VM. CN. LENTVLI. GAE. . . . Appareret autem ex his reliquijs, Fratres Aruales, ob detecta nefaria conſilia Cn. Lentuli Gætulici in Claudium, immolaſſe hoſtias alicui Deo, cuius nomen in eo lapide inciſum erat.

AD CAP. XI.

Currum elephantorum Auguſteo ſimilem ] v. c. habet:Auguſtino ſimilem,&c.Deſignatur autem currus elephantûm, in quo Auguſtus ramum Lauri manu go-

nu gerens vehitur in argenteo eius denario.

AD CAP. XV.

Nullo delectu culpæ, nisi quis in aliqua necessitate cessasset] Videtur legendum, vt est in v.c. Nullo delectu, culpa ne quis, an aliqua necessitate cessasset. Quod verò infrà habetur: Item ex tabella pronuntiasse creditur, &c. pertinet ad eas tabellas, quæ iudicibus in ferenda sententia dabantur, de quibus Cicero sæpe in Orationibus, & Pedianus.

AD CAP. XVIII.

Et naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cuiusque Ciui vacationem legis Papiæ Poppeæ, Latinisque ius Quiritium, &c.] Ita videtur legendus hic locus ex v c. coniunctis postremis verbis huius capitis cum capite sequenti.

AD CAP. XX.

Opera magna potius, quàm necessaria multa perfecit] Ita v.c. habet. nam illud, quàm, quod est ante verbum, multa, omnino abundat. Paulo pòst pro, alterum à Diuo Iulio, &c. v.c. habet: Ceterùm à Diuo Iulio, &c.

AD CAP. XXI.

Intermissos eos Augustum multo pòst] Locus videtur mendosus.

AD CAP. XXIII.

Edicto abrogauit] v.c. habet, obrogauit, quod magis placet. & fortasse illud edicto, mutandum est in, addito. vt sit: capiti, &c. à Tiberio Cæsare, &c. addito, obrogauit.

AD CAP. XXIV.

Vt epistola communis legionum nomine, &c.] v.c. habet: communi, &c. quod videtur melius.

AD CAP. XXV.

Talis vbique plerunque] In v.c. est: Talis vtiq. plerunque, &c. quod non displicet.

AD CAP. XXVII.

Drusum Pompeium puberem amisit] Manifestum mendum. Fortasse legendum: Drusum propemodum puberem, &c. & paulo post: Claudiam vt Liberto suo Botere conceptam, &c.

AD CAP. XXX.

Plectra linguæ titubantia, &c.] Videtur legendum: Præterea linguæ titubantia, &c. nã illud plectra, nullo modo placet.

AD CAP. XXXIV.

Accitum ab vrbe vesperam vsq.] v.c. addidit, ad vesperam vsq. &c. De meridianis autem gladiatoribus, qui infra nominantur, videndus Seneca lib. 1. epist.

AD CAP. XXXV.

Nisi vt spiculatores cum lanceis] v.c. habet. Nisi vbi spiculatores, &c. Addidit autem cũ lanceis, vt δορυφόροι, Græcum nomẽ, expressius significaret. Paulo pòst pro, & ne cui vis comiti, &c. v.c. habet: Et ne cuius comiti, &c.

AD CAP. XXXVIII.

Scaphas obuiam non miserint] v.c. habet: Non miserant, &c. & paulo pòst: Nec tamen ante persuasit, &c.

AD CAP. XXXIX.

Postero die & in consilium] v.c. habet, in conuiuium, &c. quod magis placet. & paulo pòst: & in gremio suo natam, & educatam, &c.

AD CAP. XLII.

Quarum causa veteri Alexandriæ Musæo alterum additum, &c.] Ita est in v.c. cùm in vulgatis desit verbum alterum. & paulo pòst pro, diebus statutis, fortasse legendum, diebus statis.

AD CAP. XLIV.

Consciam quoq,] Placeret magis, cõscientia quoque, &c. Videtur autem illud consciam, factũ ex cõscientia, quod verbum fortasse fuit superposita littera scriptum, cõscia.

AD NERONIS CAP. II.

In hunc Licinius Crassus orator] v.c. habet, L. Crassus,

sus;&c. Sed vtrunque rectum est. Os autem ferreum, dixit Crassus, impudens,&c. vt Comici, os durum.

AD CAP. V.

Notatus ob hæc & sororis ioco, querentibus, &c.] v.c habet: Notatus ob hæc & Cæsaris ioco, qui quærentibus,&c.

AD CAP. VI.

Nero natus est ante nouem menses] v.c habet: Nero natus est Antij post nouẽ menses,&c. & paulo pòst legitur in v.c. Eiusdem futuræ felicitatis signum,&c, non vt in vulgatis, infelicitatis.

AD CAP. IX.

Memorię Domitij patris honores maximos habuit] Cuiusmodi honores expressi sunt in fragmento lapidis Fratrum Arualium, in quo ita inciſum est:

... I DVS. DECEMB
... M. ARVALIVM. NOMINE. IMMOLAVI. IN. SACRA. VIA
... MORIAE. CN. DOMITI. AHENOBARBI. P. M.

AD CAP. XI.

Anusque matronas recepit ad lusum] v. c. habet: Anusque,& matronas,&c.

AD CAP. XII.

Instituit & quinquennale certamẽ primus omnium Romę,&c.] De hac re extat Neronis nummulus ęreus perelegans cum inscriptione: CERT. QVINQ. RO. CON. hoc est: Certamine quinquennali Romæ constituto. Tacitus lib. IV. scribit id certamen institutũ Nerone IIII. & Cn. Cornelio Cosso Cos. Paulo pòst pro, sedo Prætorum v.c. habet: Sed & Prætorios, &c. quod magis placet, licet recepta lectio non displiceat.

AD CAP. XIV.

Ianum Geminum clausit, tam nullo, quàm residuo bello] Faernus legebat: Ianum Geminũ clusit tanquam nullo residuo bello,&c. cõiungebatq. hęc verba, cũ ijs, quæ sunt in extremo superioris capitis, hoc modo. Ob quæ Imperator cõsalutatus, laurea in Capitolium lata,

Ianum Geminum clusit, tanquam nullo residuo bello,&c. In Neronis æreo numismate porta ipsa Ianualis signata est, cum hac inscriptione: PACE. P. R. TERRA MARIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT. De qua porta Ianuali ita scribit Varro lib. IV. de ling. Lat. Tertia est Ianualis, dicta ab Iano, & ideo ibi positum Iani signum; & institutum à Numa Pompilio, vt scribit in Annalibus L. Piso, vt sit aperta semper, cùm bellum sit. Nusquam traditum est memoriæ, nisi Pompilio rege fuisse clausam: & post T. Manlio Consule, bello Carthaginiēsi primo confecto, sed eodem anno apertam, &c. Hæc verba eò libentius recitaui, quòd in vulgatis editionibus mendosissimè legūtur, In alio nummo inscriptum est, PACE P. R. VBIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT.

AD CAP. XV.

Sed conscriptas ab vno quoque sententias tacitus ac secretò legens, quod ipsi libuisset, &c.] Ita est in v. c. & post: per Consules plerunque recitabat.

AD CAP. XVI.

Afflicti supplicijs Christiani] v. c. habet: Affecti supplicijs Christiani, &c. quod magis placet.

AD CAP. XVIII.

Defuncto Coctio] v. c. Cotto. Sed Coty, legendum esse suprà diximus, & in notis ad Tacitum.

AD CAP. XX.

Aliquid se sufferiri, &c.] Sùffercim, legendum à suffercio, quasi confusius, & commixtius; quod laudatur in musico.

AD CAP. XXI.

Quodam Prætorum] v. c. habet: Quodam Prætorio, &c. Quæ lectio magis placet.

AD CAP. XXII.

Aliquo liberto mittente mappam] Cassiodorus libro III. Var. Cùm Nero prandium prætenderet, & celeritatem, vt assolet, auidus spectandi populus flagitaret,

gitaret, ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iussit abijci per fenestram, &c. Quod verò paulo pòst habetur: Vt primùm Cassiopem traiecit, &c. Illud Cassiopem ex Græco numismate ΚΑΣΣΩΠΑΙΩΝ, in Cassopen mutandum est.

AD CAP. XXVII.

Insignes ganeæ matronarum institoria opera imitantium] Ita legitur hic locus in v.c.

AD CAP. XXVIII.

Per solenni nuptiarum celeberrimo officio] v.c. habet: Per solenne nuptiarum celeberrimo, &c. quod magis placet. Et paulo pòst: Ne ferox, ac præpotens mulier etiam hoc genere, &c.

AD CAP. XXX.

Piscatus rete aurato] v.c. habet: reti aurato, &c.

AD CAP. XXXII.

Eo nomine essent] Legendum ex v.c. esset. Et pòst: studiosis viris, &c. non, vt vulgò, iuris. Et deinde ex v.c. scribendum: Reuocauit & præmia ciuitatum, quæ vnquam sibi in certaminibus coronas detulissent, &c. non, vt vulgò legitur, præmia coronarũ, quæ vnquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent, &c.

AD CAP. XXXIX.

Quod naupli mala benè cantitaret] v.c. habet: naublide; quæ lectio placet. vt naublis pro barbito positum sit, diminutiua forma. Musici verò peritiores etiam mala cithara benè canunt.

AD CAP. XLIV.

Aurum obryzum] v.c. habet, aurum obrussum. In alio est: Aurum ad obrussam, Plinius lib. XXXIII. cap. III. Aurique experimentum ignis est, vt simili colore rubeat, ignescatque, & ipsum obrussam vocant, &c. Ita enim legitur in libris manuscriptis, pro eo quod est in vulgatis, atque ipsum obryzum vocant, &c. Hinc solidi obryzati, siue obrussati Cod. lib. XI. tit. X, & lib. XII. tit. XLIX. & in ipsis aureis veteribus solidis inscriptum

est, CONOB, hoc est, Constantinopoli obrussati, siue, obryzati.

AD CAP. L.

Impositum colle hortorum] v.c. habet, colli hortorũm, &c. Sic in Galba cap. IV. dixit: In villa colli superposita, &c.

AD SER. GALBAE CAP. IV.

In villa colli supposita] In v.c. est: In villa colli superposita, &c. Sergius autem vbiq. in hoc libro, qui VII. est in v.c. in Seruium mutãdus ex omnibus libris manuscriptis, & item antiquis numismatibus, in quibus Ser. Sulpicius Galba appellatur. Peculiare verò prænomen Seruius Sulpiciæ familiæ ita fuit, vt sæpe pro ipso familię nomine vsurparetur. Quod constat etiam ex eo, quod Suetonius dicit Galbam vsque ad tempus imperij Lucium nomen pro, Seruio vsurpasse, cùm tamen alijs familijs Seruius prænomen sit.

AD CAP. V.

Sestertiũm namque quingenties] Videtur scribendum, quinquagies. & post: Legatum ad quingenta reuocante, &c. non, quinquaginta, vt habent libri vulgati. Item: Quia notata, non perscripta, &c. deleta voce, verò, quæ non est in v.c.

AD CAP. VI.

A' Caio Cæsare ludis substitutus] v.c. pro, ludis, habet Gætulico. Quæ lectio confirmatur illo versu, qui paulo pòst habetur: Disce miles militare, Galba est: non Gætulicus.

AD CAP. VIII.

Ne ad gestandum quidem aliter vnquam iter ingressus] Ita est in v.c. cùm in vulgatis desit, illud, aliter.

AD CAP. X.

Ac subinde Alexandrinà nauis detorsa appulit] Antonius Augustinus emendabat, Detorsam, quod oppidum est in Hispania.

AD

AD CAP. XIII.

Venit iosimus à villa ] Ant. Augustinus legendum putabat, venit Onesimus à villa, &c.

AD CAP. XIV.

Hic erat T. Iunius legatus eius in Hispania] Ex v c. & antiqua itē inscriptione legēdum est: T. Vinius, &c.

AD OTHONIS CAP. I.

Maiores Othonis sunt orti oppido Ferentino ] In v. c. est, Ferento. & ita habet Strabo lib. v. Plinius tamen Ferentinum edit, lib. III. cap. v.

AD CAP. II.

Vt damnatum de repetundis consularem virū ] Ita legendum ex v. c. Nam in vulgatis deest, de, particula.

AD CAP. V.

Sed postquam Pisone prælato] v. c. habet, relato. & paulo pòst: Ac primò quinq. speculatoribus commissa est res, &c. non spiculatoribus, vt habent vulgati. Sed illud, speculatoribus, mihi non satisfacit.

AD CAP. VI.

Tulerat animus ] Magis placeret, Fuerat animus, &c.

AD CAP. VII.

Τί γὰρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; ] v. c. habet, ἀσύλοις, pro, αὐλοῖς. & fortasse eo verbo, quinque illos speculatores designat, & perditos alios, qui eū ad imperiū euexerant.

AD CAP. IX.

Nec illi pugnæ affuit ] v. c. habet: Nec ille pugnę affuit. & paulo pòst: Integrisq. etiā tunc, &c. nō, vt vulgò, nunc.

AD CAP. X.

XIII. legionis tribunis Augusti clauius ] In v. c. est, angusti clauius.

AD CAP. XI.

Foribus adapertis arctissimo somno quieuit ] In v. c. est: Foribus adopertis, &c. & paulo pòst videtur legēdum: celeriter ac paruo cultu, (nam ita præceperat) funerat°, &c. pro illis, quę sunt in vulgatis: celeriter apud Yeliternum (ita præceperat) funeratus, &c.

AD

AD VITELLII CAP. II.

Sectionibus & consuturis] v. c habet, cognituris. Sed fortasse, futuris legi posset, vt dicat, vtroque quæstu ditatum, dum & Sutor est & Sector. Alioqui supervacanea, & ieiuna locutio fuisset, sectionibus, & futuris, quasi non omnes sutores secent coria.

AD CAP. IV.

Ideoque egressum theatro reuocauerat, quasi, &c.] v.c. habet: Ideoque egressum theatro reuocauerit, & quasi, &c.

AD CAP. VII.

Per communem factionis suę fauorem] Legendum, vt in v.c. Per communem factionis Venetæ fauorem.

AD CAP. XIII.

Nec cuiquam minus singuli apparatus quadrigenis millibus nummûm constiterunt, &c.] Videtur legendum, minoris, &c. non, minus. Dio de hac re ita habet: ὥστε ὀλίγων ἡμερῶν διελθουσῶν, ἑκατὸν εἰς τὸ ἔλαττον μυριάδας ἀνηλῶται, &c. Corruptus locus, sed ex quo quadringenis millibus nummûm legendum videatur.

AD CAP. XIV.

Et Chaldæos dicere] v.c. habet, edicere.

AD VESPASIANI CAP. III.

Ferentini genito] v.c. habet: Ferenti genito, &c. Diximus autem suprà in Othone ad cap. 1. Ferentum dici à Strabone, quod Plinius Ferentinum. & ibi etiam in v.c. scriptum esse, Ferenti.

AD CAP. IV.

Vno quoque & altero prœlio] Placet magis, vt est in v.c. vnoque & altero, &c.

AD CAP. V.

Non perannauit] Videndum an legi debeat, Non perennauit. & paulo pòst in v.c. est: Recenter eidem exemptum, &c. pro eo quod vulgò legitur: Recenter quidem, &c. Et deinde pro comitia secundi consulatus ineunte Galba, &c. in v.c. habetur: in comitio secundum

eundum consulatum ineunte Galba, &c.

AD CAP. VI.

Reuocatis ad officium muneris parumper] v. c. habet, numeris pro, muneris; quod verbum videtur positum pro, ordinibus. Siquidem distribuere in numeros est, distribuere in ordines. Paulo pòst pro. optantis, v. c. habet, hortantis. De Ti. autem Alexandro Ægypti præfecto, videndus Tacitus lib. 11. ab excessu Neronis

AD CAP. XIV.

Abire Morboniam iusserat] v. c. habet: Abire in Orboniam iusserat, &c.

AD CAP. XIX.

Alexandrini Cybiotatem tum vocare] v. c. habet Cibiotem. Sed veritas huius lectionis ex historia petenda est.

AD CAP. XXIII.

Εἰρήσῃ Κύρυλ⊙-] v. c. habet: ἔσῃ Κύρυλ⊙-.

AD CAP. XXIIII.

Annum gerens ætatis] In v. c. est: Annum agens ætatis, &c.

AD TITI CAP. IV.

Marciam Fuluiam] v. c. habet: Marciam Fuluillam. & paulo pòst, Taricheas, non, Taricheam, vt libri vulgati.

AD CAP. VII.

Quod constabat in concionibus patris nundinari, præmiarique solitum] v. c. habet: Quod constabat in negotiationibus patris nundinati, prædarique solitum, &c. quod non displicet.

AD CAP. IX.

Venturum quandoque & ab alio] v. c. habet: Venturum quoque. Sed ab alio, &c. & post: meditantemque fugam, &c.

AD DOMITIANI CAP. II.

Relictum se principem imperij] v. c. habet: Relictum se participem imperij, &c.

AD

AD CAP. III.

Ex qua in ſecũdo ſuo conſulatu filiũ tulerat] Hunc infantulum mortuum, in Diuos relatum, & immortalitate donatum fuiſſe ex argenteo Domitiæ denario intelligimus, in cuius altera parte puerulus nudus quaſi ſupra cælum collocatus videtur.

AD CAP. IV.

Et quid ſibi viſum eſſet ordinatione proxima, &c.] v.c. habet: Et quod ſibi viſum eſſet, &c. & paulo pòſt: Maximos imbres perſpectauit, &c. non, proſpectauit: Item: Et aliquantò plurium, quàm nunc eſt, coronarum, &c. non, vt eſt in vulgatis, coronatorum.

AD CAP. X.

Munerario imparem dixerat] In v.c. eſt, Retiario, pro, Munerario, &c. & poſt: Acilium Glabrionem in exilio, &c. nam in vulgatis deeſt, in, præpoſitio. Item pro, Poſt abductam vxorem laudãti vocem ſuam, &c. Ant. Auguſtinus legebat: Laudanti vicem ſuam, &c. Deinde in v.c. eſt: Diuortium ſuum cum vxore taxaſſet, &c. non, vt in vulgatis, tractaſſet. De Flauio autem Sabino, quem hîc Suetonius nominat, extat inſcriptio vetus ex lapide Tiburtino his verbis concepta:

EX AVCTORITATE
IMP. CAESARIS
TITI. VESPASIANI. AVG.
IN. LOCO. QVI.
DESIGNATVS. ERAT. PER.
FLAVIVM. SABINVM
OPERVM. PVBLICORVM
CVRATOREM, TEMPLVM
EXTRVXERVNT
NEGOTIATORES. FRVMENTARI

AD CAP. XI.

Auctorem ſummarum] Legendum ex v.c. Actorem ſummarum, &c. vt accipiamus, partium. Et deinde ex antiqua inſcriptione, Arricinum Clemẽtem, &c.

non,

non, Arretinum vt in vulgatis libris hîc, & apud Tacitum. Nam vidimus inscriptionem ad hunc ipsum Arricinum pertinentem, in qua ARRICINVS CLEMENS inciſum est. Præterea extat alia inscriptio, quæ habet, M. ARRICINI. HELI. Vt dubitari non possit de huius nominis scriptura.

AD CAP. XII.

Præter cæteros Iudaicus Fiscus acerbissimè actus est] De hac re in numismate Neruæ sic habetur, IVDAICI. FISCI, CALVMNIA. SVBLATA.

AD CAP. XIII.

Acclamari etiam in amphitheatro epulari die libenter audit.] Legendum audijt, ex v.c.

AD CAP. XVII.

Οὐκ ἐρᾷς, ὡς κἀγὼ καλὸς τὰ μέγας τε. Eadem tamen manent me cum capillo fata] Ita legitur hic locus in v. c. & rectius, quàm in vulgatis libris.

AD CAP. XIX.

Præbentisque pro scopulo] v.c. habet, scopo. & sic legendum, non scopulo.

FINIS.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD SPARTIANI
### HADRIANVM.

LYCIA denique ac Palæstina rebelles animos efferebāt] Illud efferebant; factū opinor ex corrupto verbo, quod in veteri editione erat, afferebant. Sed magis placeret, efferebant; quo verbo Sueton. etiā in simili re vsus est.

Ad deprimendum tumultum Mauretaniæ] Magis placet, ad reprimendum tumultum, &c.

Statim cursum fiscalem instituit] Videndum an potius sit legendum, inhibuit. Quod autem Spartianus dicit de syngraphis in Foro Diui Traiani, quò magis securitas omnibus roboraretur, incensis, &c. Id verum esse ex Hadriani quoque aureo numismate intelligimus, in quo Imperator ipse signatus est, accensa face syngraphas inflammans, circumscriptis litteris: RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. Quæ summa est nostratis monetæ, ducenties vicies quinquies centena millia aureorum, id est, vt nunc loquimur, XXII. milliones, & dimidium vnius millionis scutorum.

Omnes causarijs liberalitatibus sublenauit] Videtur legendum: Omnes causarios liberalitatibus, &c.

Et Græci quidem volente Hadriano eum consecrauerunt] Extat huius consecrationis monumentum in Græcis etiam Antinoi numismatibus, in quibus inscriptum est ex vna parte ·ANTINOOC HPΩC. ex altera, ΠΟΛΕΜΩΝ. ΑΝΕΘΗΚΕ. CMYPNAIOIC. Item: OCTIAIOC. MAPKEΛΛOC. O. IEPEYC. ANTINOOY. ΑΝΕΘΗΚΕ. TOIC. AXAIOIC.

De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando] Videtur legendum: De indicibus omnibus, &c. sic enim poscit sententia, vt legatur.

Rece-

Receptura visum, si id fecisset] Legendum: Receptaram visum, &c.

AD ÆLIVM VERVM.

Maximianus, atque Constantius] Legendum: Maximinus, atque Constantius.

Et vt quidam dicunt, tamen iureiurando] Scribendum: Et vt quidam dicunt, tantum iureiurando, &c.

Qui in adoptionem venirent] Videtur omnino legendum: Quique in adoptionem venerint, &c.

# NOTÆ
# AD IVLII CAPITOLINI

## ANTONIVM PIVM.

OMNES suos religiosè colens, atq. adeò & consobrinorum, &c.] Sententia postulat, vt legatur, atque ideo, &c.

Abagarum regem ex Orientis partibus] Scribendum, Abgarum regem, &c. Nam in æreo Gordiani Pij numismate est, ABΓAPOC. BACIΛEYC. Et paulo pòst legendum, Rhœmetalcem in regnum Bosphoranum, &c. Nam in æreo item Augusti numismate habetur: POIMHTAAKOY BACIΛEΩC.

Ipse dixerit permittite, inquit, illi, &c.] Magis placeret: Ipse dixit, &c.

AD M. ANTONINVM.

Pater Annius Verus] Extat numisma æreum, in cuius vna parte inscriptum est: ANNIVS. VERVS. M. ANTONINI IMP. P. in altera, SALVS. AVG. S. C.

Ab Hadriano Annius Verissimus vocatus est] Videtur legendum, Annius Verus, &c. & suprà rectè repositum est: Habuit & sororem natu minorē Anniam Cornificiam, &c. pro eo, quod in veteri editione erat: Habuit & vxorem natu, &c. Nam infra dixit: Patrimonium paternum sorori tantum concessit.

Amauitque ex condiscipulis præcipuos Senatorij

ordinis] Cùm in v.c. sit præcipuo, libentiùs legerem, præcipuè.

Et quasi pater L. Commodi esset, Verum eum appellauit] Ita videtur legendum, deleta copula, &, ante cognomen, Verum.

Atque ita in publicum proditet] Ex eo quod præcedit, videtur legendum, proderet. Et paulo pòst: ex lege Lætoria.

Tamen post mortem Lucium tantum, Parthicum se Germanicum] Videtur legendū: Tamen post mortem Lucij tantùm, &c.

Cunabulis, post puerorum lapsum culcitras subijci iussit] Ant. Augustinus pro mendoso verbo, cunabulis, emendabat, Funambulis, &c. & rete, item paulo pòst pro, recte, reponebat.

Retardataque belli profectione sit] Videtur legendum: retardataq; belli profectio sit. Nam id, quod alij reposuerunt (retardatusque à belli profectione sit) aliquantum longiùs abest à veteris codicis scriptura.

Et vano cuidā, qui diripiendę vrbis occasionē, &c.] v.c. habet: Et plano cuidam, &c. Item infrà constanter vbique, Agacletus, pro, Agaclytus.

Quòd ab dijs commodatus, ad deos redijsset] Ita iampridem emendauit Ant. Augustinus, pro eo quod in vulgatis erat: Quòd ab alijs accommodatus, &c.

Sanguine illius sese Faustina subleuaret] Placet magis, sublineret, quàm illud, sublauaret, quod ab alijs repositum est.

Post fratrem primùm corpus eius Romam deuectum est] Locus est mendosus, & fortasse aliquot verbis mutilatus.

Et iuuenum nobilium sacra Serapidis à vulgaritate Pelusiæ summouit] Videtur legendum: à vulgaritate Pelusia, &c.

Ded runt etiam crimini, quod liberti multum potuere. sub eo verò, maximè Geminas, & Agacletus] Videtur

detur legendum: Quod liberti multum potuêre sub eo hero, maximè, &c. vel deleta voce, hero, scribendum: Quod liberti multum potuere sub eō, maximè, &c. Posset etiam legi: Quod liberti multum potuere: Sub eos verò maximè, &c. Hæc autem verba, cū sint in veteri editione, miror omissa esse in recētioni.

AD ÆLIVM VERVM.

Hac prosapia genitus, patre ab Hadriano adoptato, in familiam aliam deuenit] Putamus legendum esse, in familiam Æliam deuenit, &c.

Quæ data est Marco iccirco, quia hic ad hoc impar videbatur ætate] Videtur legendum: Quia hic adhuc impar, &c.

Lucius quidem Marco vicem reddens, si susciperet, obsecutus, &c.] Fortasse legendum: Lucius quidem Marco vicem reddens, sic susciperet, est obsecutus, vt legatus Proconsule, vel præses Imperatori, &c.

Multas à Venetianis est passus iniurias, quòd turpissimè contra eos faueret] Illud, turpissimè, videtur mendosum, & pro eo fortasse reponendū, Prasinis, &c. nam sequitur statim: Nam & volucri equo Prasino aureum simulacrum fecerat, &c.

Et hæc vitæ diuersitas, &c.] Videndum an legi debeat: Et hanc vitæ diuersitatem, &c.

# NOTÆ
## AD VVLCATII GALLICANI
### AVIDIVM CASSIVM

NAM de Pertinace & Galba paria sentiebat] Videtur legendum: Nam de Galba, & Pertinace, &c. Fuit enim Galba ante Pertinacem.

Nam & Alexandriæ filiæ Cassij, & genero Druensiano] Capitolinus in Marco habet: Vt Alexandria filia Cassij, & Druncianus gener, &c. Alter igitur ex altero emendandus.

# NOTÆ
## AD ÆLII LAMPRIDII
### COMMODVM.

APpellatus est autē Cęsar puer cum fratre suo Seuero] Videtur legēdum: Cū fratre suo Vero, &c.

Obijciebatur, quòd scribere voluissent Commodum hæredem] Sententia postulat, vt legatur: Quòd scribere noluissent, &c.

Cùm sumptus eius iniurijs Romani imperij sustinere non possent] Locus est mendosus, & fortasse ita corrigendus: Cùm sumptus eius, vires Romani imperij sustinere non possent, &c.

Appellatus est etiam Romanus Hercules] Extant numismata ærea Commodi, in quibus inscriptum est: HERCVLI. ROMANO. AVG. S. C. Item: HER. ROM. CONDITORI. P. M. T. R. P. XVII. COS. VII. PP.

Qui se vermes sectari crederet] Videtur legendum sine dubio: Qui vermes sectari crederetur, &c.

Quibus aut singulos tulissent oculos, aut singulos pedes fregissent] Ita fortasse legendus hic locus.

Quos libentiùs suis oculis applicabat] Verba, quæ præcedunt, postulant, vt legamus, suis oculis applicabat, &c.

In Vectilianas ædes] Scribendum Vettilianas tum hîc, tum supra ex P. Victore. Ex quo item Minucia, paulo pòst scribendum.

Et sententiam Senatus consulti] Videtur totus locus ita legendus: Ipsas acclamationes de Marcio Maximo indidi ex sententia Senatus consulti.

Perroga, præsentiam tuam rogamus] Scribendum videtur, pręroga, ex locis superiorib'. Illud autē, te viro imperante, fortasse mutandū in, te vno imperāte, &c.

Paricida sepultus seruatur, trahatur] Scribendū fortasse: Paricida sepultus eruatur, trahatur, &c. Supra enim habetur: Paricida sepultos eruit.

NOTÆ

# NOTÆ
## AD IVLII CAPITOLINI
### PERTINACEM.

PEdibus ab Antiochia ad legationem ſuam] ſine dubio legendum, ad legionem ſuam, &c. non legationem, &c. vt in vulgata editione.

Nam pater eius tabernam coactiliariam in Liguria exercuerat] Hinc LANARIVS COACTILIARIVS. in antiqua inſcriptione. Vnde coactiliariam hîc, malè faciunt, qui mutant in, coctilitiam, ſiue, coactilitiam, &c.

Et quum tantum pecuniam ærarij haberet] Videtur legendum: Et quum tantam penuriam ærarij, &c.

Denique ex verſu Luciliano Grauius Mergus] v. c. habet: Grauius Mergus.

Ingreſſique porticus Palatij vſque ad locum, qui appellatur Sicilia, & Iouis cenatio] Illud, Sicilia, mendoſum eſt, & mutandum fortaſſe in, ſub Velia. Nam P. Victor mendosè & ipſe habet, Suelia, ſiue, Sicelia, vt Pomponius Lætus in ſuo autographo, pro eo, quod in vetuſtiſſimo manuſcripto eſt, S. Velia. Vt illud verbum ita interpunctum, ſignificare poſſit Subuelia, vel Summa Velia. P. Victoris verba ſunt hæc in Reg. x. Palatij: S. Velia, Iouis cenatio, &c. Cùm enim Velia eſſet pars Palatij, Summa Velia dicebatur quæ pars eius editior erat, vt Subuelia, quæ depreſſior, quaſi ima Velia. Hinc Liuius ſcribit lib. II. L. Valeriũ Poplicolã, quòd in ſumma Velia domũ ędificaſſet eminenti loco, tanquã affectatæ tyrannidis à populo accuſatũ, in ima Velia. hoc eſt Subuelia, poſtea ædificaſſe, &c. Porticu verò Palatij puto indicari porticum templi Apollinis Palatini, de qua porticu videndus Propertius lib. II. Elegia, quæ incipit: Queris, &c. Deinde legendum: Falrone & Claro Coss. &c. pro eo, quod vulgò habetur, Falcone, &c. Falto autem & Clarus Coss. fuerunt A. V. C. DCCCC.

# NOTÆ
## AD ÆLII SPARTIANI
### DIDIVM IVLIANVM.

SED dum hæc egit Iulianus] Magis placeret: Sed dum hęc agit, &c. & paulo pòst fortasse legendum: Sed pacem simulatam esse mandatamque cædem Seueri Tullio Crispino, &c. Nam verbum, tentatamque, quod repositum est pro tantamque, vt mendosè erat in vetere editione, non satisfacit.

### AD PERTINACEM.

Itaque frustra, & hominem tantum valetudine] Locus est, vt videtur, mendosus. Paulo pòst in v. c. sic legitur: Eaque quæ Getæ nomine inscripta erat, corruit; & tota comminuta est, &c.

### AD PESCENNIVM NIGRVM.

Quibus Commodus adeò deditus fuit, vt & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes partes expleret] Ant. Augustinus legebat: & omnes pausas expleret, &c. ex loco simili in Antonino Coracalla, vt ibi dicetur.

### AD ANTONINVM CARACALLAM.

Quorum vnum exercitus, alterum pater Augustum dixit] Ita opinor supplendum hunc locum. Nam in vulgatis editionibus deest verbum, Augustum, quod nos ex inferiore loco reposuimus, in quo est: Eo sanè tempore, quo ab exercitu appellatus est Augustus viuo patre, &c.

Vt causa eius melior fieret, qui occideret] Placet magis, qui occiderat. Deinde Ant. Augustinus legebat: Vt & Anubim portaret, & pausas ederet, &c. pro eo quod est in vulgatis, & Pausa sederet. Sic suprà in Pescennio emendatum est: Vt & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes pausas expleret, &c. nam ibi in vulgatis est: & omnes partes, vel, vt in alijs, parcas expleret. Et paulo pòst fortasse scribendum: Non ab re

est

est etiam diasyrticum quoddam in eum addere dictum, &c. Iuliæ autem, de qua paulo suprà, extat numisma, in quo inscriptum est: IVLIA. PIA. FELIX. AVGVSTA. MATER. SEN. MATER. PATR. hoc est, Mater Senatus, Mater patriæ.

AD OPELLIVM MACRINVM.

Opilius Macrinus præfectus prætorio. ] Scribendum, Opellius, nam in numismatibus ita inscribitur: M. OPELLIVS. SEVERVS. MACRINVS. & ita in antiquis etiam lapidum monumentis.

Statimque ad bellum Parthicum profectus, & vindicandi se militibus, &c. ] Ita videtur legendum pro eo, quod est in vulgatis: & vindicandi de se militibus, &c.

Diadumenum filium meũ vobis notum &c ] Scribendum est, Diadumenianum &c. Nam sic habent veteres nummi argentei, & item ærei, vt infrà latiùs dicetur. & paulo post vbiq. scribẽdũ, Elagabalus, nõ Heliogabalus, auctoribus item veteribus numismatibus.

Reddidit etiam Mezentij supplicium, quòd ille viuos mortuis alligabat &c. ] Sic placeret magis, quàm illigabat.

AD DIADVMENIANVM.

Antonini Diadumeni pueri, &c. ] Diximus suprà, Diadumeniani, scribendum esse, tum hîc, tum in Macrino. Nam ita est in veterib. nummis. In Latinis quidem, M. OPEL. ANTONINVS. DIADVMENIANVS. CAES. PRINC. IVVENTVTIS. In Græcis verò Apolloniatum: M. ΟΠΕΛ. ANT. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙ. & sic emendandus est Politianus in Herodiani Latina tralatione, & alij etiam scriptores.

Congiarium etiam prędictum Antoninianum promisit. ] Videtur scribendum: Cõgiarium etiam dictum Antoninianum, &c. Et paulo pòst pro eo quod habent vulgati libri, quos sapientia, bonitas, pietas, consecrata sit: Scribendum, quorum sapiẽtia, bonitas, pietas, &c.

# NOTÆ
## AD ÆLII LAMPRIDII
### ELAGABALVM.

VItam Elagabali Antonini] Ita scribendum esse, non, Heliogabili, diximus suprà.

Elagabalum in Palatino monte iuxta ædes Imperatoris consecrauit] Itaque ipse Antoninus in eius numismatibus SACERDOS. DEI. SOLIS. ELAGABALI. inscribitur.

Qui ei benè nasatos perquirerent] v. c. habet: Qui ei benè vasatos, &c. Versus etiam ille sic legitur in manuscriptis:

*Grandia Dulichij vasa tulisse viri, &c.*

non, vissa. Sic paulo pòst legendum: Vt ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret. Item benè vasatos, & maioris peculij opponi. Et alibi, vasatos, vbique.

Corpore toto expolitus] Placeret magis, expilatus, ita postulante sententia. & paulo pòst: Vt tympanum arriperet, & alia sacra, &c. pro eo, quod habent vulgati: Vt typum eriperet, &c. Nam præcessit: Et adeò debacchatus est, &c. ex quo nemo non videt, vt tympanum arriperet, legendum esse.

Cædit & humanas hostias] Placet magis: dedit & humanas hostias, &c. Deinde legendum: Coegit deniq; scriptores nonnullos, nefanda, immo potius impia dictu de luxuria eius disputare, &c. non impia dicta, vt in vulgatis.

Eo tempore, quo Macrinus perijt cõsobrinus huius Antonini, &c.] Ita supplendum ex v. c. cùm in vulgatis desit verbum, perijt.

Ad vigesimam Hereditatium] Sic legendum. Curatores autem vigesimæ Hereditatium in antiquis inscriptionibus sæpe nominantur.

Præter ædem Elagabali dei, quem Solem alij, alij Iouem

Iouem dicunt] In eius numiſmatibus, vt ſuprà diximus, inſcriptum eſt: SVMMVS. SACERD. DEI. SOLIS. ELAGAB. legendum autem: Et amphitheatri inſtaurationem, &c. nam præceſſit: præter ædem, &c.

Piſum cum aureis, lentem cũ ceraunijs, fabam cum electris] Scribendum, electrinis. Et paulo pòſt: Cùm & vrſos decem, & decem glires, &c. non, griles, vel vt alij emendarunt, gryllos.

Paraſitis in ſecunda menſa ſæpe ceream cenam, ſæpe ligneam, ſæpe eburneam, &c.] Videtur legendum, ceream cenationem, &c. niſi fortè cenam poſuit pro cenatione. Seneca lib. XIV. epiſt. Vtrum tãdem ſapientiorem putas, aut qui verſatilia cenationum laquearia ita coagmentat, vt ſubinde alia facies, atque alia ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur. Suetonius Nerone, cap. XXXI. Præcipua cenationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumagerentur, &c. Hinc ſuprà, ipſe Lampridius dixit, triclinia verſatilia.

Pupilla electa exoletos] Videtur deeſſe, ad, particula, vt legatur: Pupilla electa ad exoletos, &c.

Barbam pſilotro accurans eo die, &c. quo mulieres accurabantur: Et eadem hora raſit] Pro, eo die, ſcribendum, eodem, & delendum, hora.

Deinde illud, quod clementia tua ſolet dicere, credidiſſe, &c.] Locus eſt mendoſus, & fortaſſe, credidi, ſcribendum.

## AD ALEXANDRVM SEVERVM.

Aurelius Alexander] In æreo Græco numiſmate Nicæenſium, ita inſcriptum eſt: M. AVP. ΣΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. CEB.

Singula quæq. quæ publicè priuatimq. agebat, &c.] ſcribendum videtur: Singulaque quæ publicè, &c.

Rogatusque eſſet Aurelius Alexander Cæſar Auguſtus, vt concineret] Videtur legendum, vt conueniret, &c.

Antoninus idem Pius] Placeret magis: Antoninus item Pius, &c.

Sin minùs benefactum esset aliquid, etiam ipse conuinceret, idque infectum, & sine amaritudine animi, confessum omnibus semper offerret &c.] Ita legitur hic locus, & interpungitur in V. C.

In thesauris vestem nunquam nisi aurum esse passus est] Ita V. C. pro quo alij, annum, ex, aurum, fecerunt. Posset legi, auream.

Isim, & Serapium decenter ornauit] Scribendum puto: Isium & Serapium, &c. Est enim, Isium, Isidis templum.

Non secundam mensam Alexandrum habere, sed secundam] Ant. Augustinus legebat: sed fecundam.

Vt Martialis Coci Epigramma significat] Scribendum videtur: vt Martialis quoque &c.

Argẽtum & ministros autem quãdo poscebat, &c] Ita videtur legendum pro vulgatis illis, argentum & ministros antè quando poscebat, &c. & paulo pòst: Qui sine his esse nó posset, &c. pro quòd sine his, &c.

Vel non multum, vnde suos sumptus augerent] Ita recens editio. Sed placeret etiam, vel non tantum, vnde, &c. in V. C. est, vel nonnullum, &c. Sed mendosè. Sed post iussu Imperatoris occisus est] V. C. habet: Sed postea iussu Imperatoris, &c.

## NOTÆ
## AD IVLII CAPITOLINI
### MAXIMINOS.

ET in prima quidem pueritia fuit pastor nonnunquam porcorum] Ita emendabat Ant. Augustinus, cum in vulgatis medosè sit, pastor nonnunquam procer, &c.

Sed occiso Alexandro, Maximinus, primum è corpore militari, &c.] Videtur legendum: primus è corpore militari.

Audie-

Audiebat enim alios in crucem sublatos ] Scribendum: Audiebant enim, &c. Et paulo post: Quid minus Scurra, &c.

Deinde sine delicto consulares viros, & duces multos interimeret. ] Ant. Augustinus legebat, sine delectu, &c.

Deũ Bellenum per Aruspices spopondisse ] In veteribus inscriptionibus est, BELENVS, vnico L. & fortasse is est qui ab Herodiano dicitur Βέλις Ἀπόλλων, libro VIII. nam in vetere lapide sic est incisum:

APOLLINI
BELENO. AVG.
IN. HONOREM
C. PETTI. C. F. PAL.
PHILTATI. EQ. P.
PRAEF. ET. PATRON.
COLLEGIORVM
FABR. ET. CENT.
DIOCLES. LIB.
DONVM. DEDIT.
L. D. D. D.

Manserunt autem apud eam aræ regiæ ] Scribendum videtur, atræ regiæ &c. Eas enim arras statim nominat, & appellat insignia sponsaliorum regia.

## AD LIBRVM DE REBVS GESTIS GORDIANORVM.

ET primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus. Mox in Senatu Antonini nomẽ est editum ] Puto legendũ esse: Mox in Senatu Antoni nomen, &c. Nam M. Antonius Gordianus inscribitur in veteribus titulis, & nummis item æreis. Et de Gordiano Seniore supra ita scripsit. In plurimis autem libris inuenio, & hunc Gordianum, & filium eius pariter Imperatores appellatos, & Antoninos cognominatos. Alij verò Anto-

Antonios, &c. Veteris inscriptionibus exemplum subiecí:

IMP. CAESARI
M. ANTONIO. GORDIANO
FELICI. INVICTO
AVGVSTO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. II.
COS. PROCOS. PP.
&c.

AD GORDIANVM. IVN. NEPOTEM.

Gordiano iam iterum,& Papiniano Coss.] Scribendum putamus, Pompeiano, ex cod.lib.II.tit.XXXVIII. non, Papiniano.

Et ipse pro pietate aliquid saperet] Scio Gordianũ hunc in æreis eius nummis PIVM inscribi. Sed quid pietati hoc loco cum sapientia? Itaque magis placeret si legeremus: Et ipse pro ætate aliquid saperet.

Quod nos Maurus venderet] Scribendum videtur: Quom nos Maurus venderet,&c.

Misitheo autem quadriga equorum] Cùm in v. c. sit,quadraginta ex equorum,&c.puto legẽdum: Quadriga sex equorum,&c.

L.Carystiæ,Claudianæ L. Syennitedes L. &c.] Ita est in v. c. & paulo pòst: Quorum ipse XII.miserat, Alexander XX.

Trium Gordianorum hæc fuit vita,qui omnes Augusti appellati sunt,duobus in Africa interemptis,tertio in Persidis finib⁹. Tertio Gordiano sepulchrũ,&c.] Ita hic locus legitur,& interpungitur in v. c.

AD MAXIMVM ET BALBINVM.

Nisi fistulas aquarias populus incidisset] Hę ipsę fistulę ex plumbo superioribus annis repertę sunt effossis ruderibus in ea vrbis parte, quæ olim dicebatur, Viuarium, quod erat castris Prætorijs contiguum, vt iudicat Suetonius in Nerone,cap.XLVIII. Atque in ipsis tabulis plumbeis litteræ incisæ erant,quæ docebant ex du-

ex ductu aquæ Marciæ in castra Prætoria eam aquam deriuatam esse. Earum exemplum subiecí:

Q. AQVILLIO. SABINO
SEX. AVR. ANVLINO Cos. CASTR. PRAET. L. VRVAS. OFF. PED. CCCCL XXXIII
AQVA. MARC.

Item:

L. IVNIO. CLARO. ET. AVR. SEVERO. COS. CASTRVM. PRAETORIVM. P. LXXL.

# NOTÆ
## AD IVLII CAPITOLINI
### MAXIMVM ET BALBINVM

GRatulatus Italiæ, quam cùm maxima ab hostibus vastatione defendistis] Placet magis: Quam tum maxima ab hostibus, &c.

# NOTÆ
## AD TREBELLII POLLIONIS
### VALERIANVM PATREM ET FILIVM.

ATque eum, qui erat princeps? tum Senatus, sententiam rogasset, absente Valeriano] Ita videtur legendum, interrogationis nota ad verbum, princeps? apposita. & paulo pòst pro, addiderunt omnes, vt est in vulgatis, scribendum videtur, addixerũt omnes, &c.

Cui vita impar est confidenda] Videtur legendum, confitenda, &c. & paulo pòst delendum nomen, Belsolis, siue, vt est in alijs, Belsolus.

### AD GALLIENVM.

Et Galienus comperta patris captiuitate] Gallienus geminata littera L. scribendum ex aureis, argenteis, & æreis nummis, in quibus est, IMP. C. P. LICINIVS. GALLIENVS. P. F. AVG. & ex hac Græca inscriptione:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΠΟΠΛΙΟΝ ΛΙΚΙΝΙΟΝ
ΓΝΑΤΙΟΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΝ. ΕΥΣΕΒΗ. ΕΥΤΥΧΗ.
ΣΕΒΑΣΤΟΝ.

Ex qua sanè inscriptione intelligimus Gallienum, nominatum præterea fuisse Ignatium.

Ita

Ita vt miranda quædam, & ſtupenda monſtraret] Videtur legendum, monſtrarent. nam præceſſit verbum, luxerunt, &c.

AD SALONINVM.

Fuit denique hactenus ſtatua in pede montis Romuli, hoc eſt, ante ſacram viam, intra templum Fauſtinę aduecta ad arcum Fabianum, &c. Ex his verbis apparet ſacram viam ante Fauſtinę templū fuiſſe ad Fornicem Fabianum, in cuius ruinis anteipſum Antonini & Fauſtinæ templum effoſſæ ſunt ſuperioribus annis veteres inſcriptiones hoc exemplo:

Q. FABIVS. Q F. MAXSVMVS. AED. CVR. RESTITVIT.

Item:

| | | |
|---|---|---|
| Q FABIVS Q F MAXSVMVS AED. CVR. | L. AEMILIVS. L. F. PAVLLVS. COS. II CENS. AVGVR TRIVMPHAVIT. II. | P. CORNELIVS. PAVLLI. F. SCIPIO COS. II. CENS. AVGVR TRIVMPHAVIT. TER |

A matre ſua Salonina appellatum eſſe dicant, quam is perditè dilexit, Piparam nomine, &c. ] Eutropius nominat Pipam. De SALONINO autem & SALONINA extat hæc inſcriptio:

IMP. C. IVLIO. FILIO GALLIENI AVG. ET. SALONINAE AVG.

IVL. NOBILISSIMAE PVELLAE. AVG. ET. SALONINAE. AVG.

ORDO. ET. POPVLVS. SVESSANVS. PARENTIBVS EORVM. PVBLICAE. PRIVATIMQ. DEVOTI.

&c.

# NOTÆ AD TREBELLII POLLIONIS XXX. TYRANNOS

CYRIADES. I. ] In æreo numiſmate dicitur .IMP. CAESAR. M. CYRIADES. P. F. AVG. in cuius monetæ altera parte inſcriptum eſt: IMPERATORVM. AVGG. ADVENT.

POSTHVMVS II. ] In numiſmate nominatur: IMP. CAESAR. CASSIVS. LABIENVS. POSTVMVS. in cu-

in cuius numismatis altera parte inscriptum est: RESTITVTORI GALLIAE.

POSTHVMVS IVNIOR III.] In numismatibus est: IMP. C. POSTVMVS. P. F. AVG. & in altera parte nummi est Æsculapius cũ inscriptione, SALVS. EXERCITVS.

LOLLIANVS IV.] In Lolliani numismatis ærei altera parte est Statua equestris, & miles labarum ferens, cum militibus signiferis & inscriptione, FIDES. MILITVM EXERCITVS GALL.

VICTORINVS V.] De hoc extat ęreũ numisma ita inscriptum: IMP. C. VICTORINVS P. F. AVG. à tergo. FIDES. MILITVM. Ad ea verò quæ paulo post leguntur (Victorino filio Cæsare à matre Victorina, siue Victoria, quæ Mater castrorũ dicta est, appellato &c. pertinet aureum Victorini numisma, in cuius altera parte signata est ara ardens, & mulier dextra orbem Imperatori porrigens, ac sinistra volumen tenens; à tergo sunt signa, aquilæ & labarum, Imperatorque loricatus & paludatus, sceptrum gerens leua, dextra orbem, cui tribunus militum adest cum inscriptione: VICTORIA. MATER. CASTRORVM. F. M. P. A.

MARIVS. VII ] In antiquis numismatib. dicitur. IMP. C. MAMVRIVS, (Sed fugientibus litteris) P. F. AVG.

INGENVVS. IX.] Huius extat nummus æreus inscriptus IMP. C. INGENVS. P. F. AVG. in cuius nummi altera parte est: VIRTVS. AVGVST. SIRM. P.

REGILLIANVS IX.] In ęreo numismate, vnico L. scribitur: IMP. C. REGILIANVS P. F. AVG. in altera numismatis parte tẽplum impressum est, in cuius medio est Ostiũ, è quo emicat ignis supra tectum, cũ titulo CONSECRATIO. Ante verba verò, quę sequũtur, Alius continuò &c. fortasse desunt talia quædam: Et vnus à re flexum, inquit, opinor: Alius &c.

AVREOLVS ] X.] Sic in æreo nummo. IMP C. AVREOLVS. P. F. AVG. Epigramma verò, quod Latinè tantum ponit Trebellius, sic extat Græcè.

ΚΛΑΥΔΙΟC. ΑΥΡΕΟΛΟΝ. ΜΕΤΑ. ΔΗΙΟΝ. ΑΡΕΑ ΚΑΙCΑΡ
ΤΑΚΤΕΡΕΑ ΘΝΗΤΩΝ ΩC ΘΕΜΙC ΕΝΔΙΔΩCΙ.
ΤΩΙΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΘΕΛΗCΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑCΙΝ ΕΠΙΡΡΗΤΟΙC ΤΟΥ CΤΡΑΤΟΝ ΑΝΤΙΒΙΟΝ
ΚΕΙΝΟ ΔΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ CΩΜΑΤΟC ΕCΧΑΤΟ ΠΙΖΩΝ
ΑΥΡΕΟΛΟΥ ΓΕΦΥΡΑΝ CΤΗCΑΤΟ ΤΗΝΤΕ ΤΑΦΗΝ.

Sed hoc epigramma cum manuſcriptis libris conferendum.

MACRIANVS XI.] Extat Macriani nummus cum hac inſcriptione: IMP. MACRIANVS. OPTIMVS. PRINCEPS. in huius monetæ altera parte ſunt tres imagines, Macriani ſcilicet patris, & Macriani & Quieti filiorum eius, in ſellis curulibus ſupra ſuggeſtum, quibus à tergo aſſiſtit Pallas cum litteris P. M. TR. P. LIBERALITAS AVGG. nam ibi donantur compluſculi.

MACRIANVS IVNIOR XII.] In numiſmate eſt: IMP. C. MACRIANVS. P. F. AVG.

QVIETVS XIII.] Nummus argenteus QVIET habet: IMP. C. QVIETVS. P. F. AVG. & à tergo, SPES PVBLICA.

ODENATVS XIV.] Odenati nummus æreus habet, vſitatum titulum: IMP. C. ODENATVS. P. F. AVG.

HERODES XV.] Huius numiſma habet ex vna parte IMP. C. HERODES. P. F. AVG. Ex altera aram quadratam cum igne & litteris, PRINCEPS IVVENTVTIS.

MAEONIVS XVI.] Mæonius vſitato titulo in nummis inſcribitur: IMP. C. MAEONIVS. P. F. AVG.

BALISTA XVII.] Huius nummus æreus habet ex vna parte, IMP. C. BALISTA. P. F. AVG. ex altera ſimulacrum mulieris cum hac inſcriptione, ANNONA. AVG. Verba verò quæ paulo pòſt leguntur (diſpoſitionem me Baliſtæ, &c) corrupta ſunt in v. c. legendumque (Diſpoſitionem mei Baliſtæ, &c.) Deinde ſine copula, &, ſcribendum: Nullum aſcriptitium.

tium, id est, vacantem haberet Tribunum, &c.

VALENS XVIII.] Videndum an ad hunc, vel ad eum (qui dicitur Valēs superior. XIX.) pertineat nummus argenteus ita inscriptus: QVINTVS. NO. C. VALENS. HOSTIL. AVG. in cuius nummi altera parte inscriptum est: MARTI PROPVGNATORI. Ad eundem certè pertinet inscriptio, quæ extat Valentiæ hoc exemplo:

C. VALENTI. HOSTILIANO. MESSIO. QVINTO. NOBILISSIMO. CAES. PRINCIPI. IVVENT. VALENTINI. VETERANI. ET. VETERES

Huius coniugem putamus fuisse Sallustiam Barbiam Orbianam, vel hac adducti ratione, quod eodem in loco apud Valentiam, ipsa quoque in alia inscriptione nominatur.

PISO XX.] Extat Pisonis nummus æreus cum hoc titulo: IMP. C. PISO. FRVGI. P. F. AVG. In altera verò nummi parte habetur Victoriæ signum Palmiferum, quod dextra manu coronam Imperatori imponit cum hoc titulo, THESSAL. AVGVST.

AEMILIANVS XXI.] In æreis nummis est, C. IVLIVS. AEMILIANVS. in argenteo vno, IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. & sic in altero æreo, qui habet in altera parte nudam mulierem humi procumbētem, sinistro brachio innixam canistro floribus pleno, & leua cornu Amaltheæ habentem cum ciconia. Habet præterea & equestrem statuam, quæ dextra orbem apprehendit, & à tergo adest miles cum labaro, & hoc titulo, ADVENTVS. AVG. AEGYP. In veteri etiam inscriptione, quæ Romæ extat, habetur: D. N. C. AEMILIANO. FORTISSIMO. PRINCIPI, &c.

SATVRNINVS XXII.] Saturnini numisma ex æro habet vsitatum titulum, IMP. C. SATVRNINVS P. F. AVG.

TETRICVS SENIOR XXIII.] Vidimus Tetrici nummos æreos duos cum inscriptione, IMP. C. TETRICVS. P. F. AVG. In vnius aduersa parte titulus erat, PIETAS.

AVG. in alterius LAETITIA. Atque hic nummus imaginem Tetrici habebat radiatam.

TETRICVS. IVNIOR. XXIV. ET. TREBELLIANVS. XXV. ] Horum extant numismata cum vsitatis titulis. In Trebelliano autem per initia legendum ex v.c. Siquidem inerat in eo luxuria, &c.

HERENNIANVS. XXVI. & TIMOLAVS. XXVII ] Horum numisma ex vna parte habet: HERENNIANVS ET TIMOLAVS AVGG. ex altera, PRINC. IVVEN. In Timolao postrema verba ita vidētur scribenda: Vt breui consecutus, quæ insinuauerat Grammaticus, esse dicatur; petiuisse quin etiam, summum Latinorum rhetorem faceret.

CELSVS. XXVIII.] Celsi extat nummus cum vsitata epigraphe IMP. C. CELSVS. P. F. AVG.

ZENOBIA. XXVIIII] Vidimus Zenobiæ nummum æreum cū hac inscriptione, ZENOBIA. AVG. TOTIVS. ORIENTIS. R. à tergo nummi, VIRTVS AVGVST. &, VIDES. EXERCIT.

VICTORIA. XXX. ] De Victoria, quæ castrorum mater in nummo æreo inscribitur, diximus suprà in Victorino V.

TITVS] Huius extat nummus argenteus, qui ex vna parte habet DIVO TITO, ex altera templum, & titulum CONSECRATIO. Sed fortè ad Titum Vespasiani filium pertinere potest is nummus, qui tamen posteriotibus temporibus cusus videtur.

## AD DIVVM CLAVDIVM.

Ad principem Claudium ] D. CLAVDIVS inscribitur in argenteo nummo Græco. In æreo autem permagno AMACCEΩN est: ATT. K. M. ATP. KΛAYΔION. CEB. Et in vetusto item lapide: M. AVRELIVS CLAVDIVS. Huius verò frater Quintillus, de quo paulo pòst fit mentio, in æreo numismate dicitur: M. AVRELIVS. QVINTILLVS. P. F. AVG. à tergo: PAX. AVGVST.

Vel vt Grammatici loquuntur, Clypeum aureum ]

Videtur

Videtur scribendum, Clupeum aureum, &c. vt dicat Grammaticos Clupeum neutro genere dicere, non, Clupeus; & rursus, Clupeum, non, Clypeum, vt Sulla dicebat, pro, Sylla.

Quæ tantùm barbarici timoris excerpit] Scribendum; excepit, vel vt alij habent, accepit. Et deinde parentheſi inciudenda verba illa (Hanc autem ipſe dictaſſe perhibetur.)

Dicit Ennius de Scipione, quantam ſtatuam faciet P.R.] Ant. Auguſtinus legebat: O quantam, &c.

Sin minus lauaretur in publico] Scribendum videtur: Si minus lauaretur in publico, &c. & paulo pòſt: Nec exercitus ducum loco accipit, &c. & deinde: Decius Meſſalæ Præſidi ſalutem, &c.

## AD FLAVII VOPISCI DIVVM AVRELIANVM.

Cumque ad templum Solis veniſſemus, ab Aureliano, &c.] In nummis æreis Aureliani quàm plurimis extat Solis ſignum, ad eam templi dedicationem indicandam. In æreo autem numiſmate Græco ita Aurelianus deſcriptus eſt: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΔΥΑΛ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ, &c. In Latini autem Aureliani numiſmatis altera parte eſt, VABALATHVS REX.

His accedit, quod ex palliolo purpureo quod Soli ſui temporis Imperator obtulerat, &c.] Cùm in veteri editione ſit: Quod Soli ſui tempus, &c. Legendum puto: Quod Solis ſui templo Imperator obtulerat, &c. Nam diximus in plurimis Aureliani nummis Solis imaginem impreſſam eſſe.

Tecum de eius virtute, ac ſedulitate conferrem] Videtur ſcribendum: Te, cum eius virtute, &c.

Subſtitutæ fecunditatis prolis ornaret] Scribendum videtur: ſubſtitutæ fecunditate prolis, &c.

Tranſactis igitur quæ ad Sectiones, atque vrbis ſtatum, & ciuilia pertinebant] Placeret magis: Tranſactis igitur quæ ad ſeditiones, &c.

Ea forma, quavidetur] Placeret magis, videretur, &c. Apollonij autem Tyanei imaginem in æreis antiquis numiſmatibus expreſſam olim vidimus, & in libro illuſtrium imaginum repræſentauimus.

Quod apud Palmyram aquilifer legionis tertiæ] Ex v. c. legendum, Aquilifeti, &c. Nam in legione plures erant aquilæ.

Balbati filij nomine] Scribendum, Vabalathi, ex æreo numiſmate, in cuius vna parte Aureliani effigies impreſſa eſt, in altera Valabathi huius imago.

Sublato exercitu & prouincialibus reliquit] Delenda copula, &, quę ſententiam perturbat, legendumque: Sublato exercitu, prouincialibus, &c.

Quid hoc eſſe dicam, &c.] Videtur legendum cum interrogationis nota: Quid hoc eſſe dicam?

AD TACITVM.

Et ſpeciatim in monimentis publicis inſerenda ea in poſteros, &c. Poſſet ex v. c. etiam legi: Inſerenda ad poſteros, &c. Tacitus autem in æreo numiſmate ſic inſcribitur: IMP. C. M. CLAVDIVS. TACITVS. P. F. AVG.

AD FLORIANVM.

Huic ſucceſſit Florianus frater] Florianus in numiſmatibus, quæ vidimus, ſic inſcribitur: IMP. C. M. ANNIVS. FLORIANVS. P. F. AVG.

AD PROBVM.

Probus oriundus è Pannonia, ciuitate Sirmienſi] Probi numiſma habet: IMP. C. AVR. VALERIVS. PROBVS. & ex altera parte currum triumphalem cum titulo, TRIVMPHVS AETHIOPVM. DE BLEMIIS. In aliquot etiam Probi nummis æreis adiectum eſt, SIRM, ad eius patriam, vt videtur, indicandam.

Sed ego S. C. ipſum inueni] Immò videtur legendum: Sed ego S. C. ipſum non inueni, &c.

Quod adhuc extat, tumulo vſque ad ducentos pedes lato] Scribendum videtur, elato, &c.

Accepto

Accepto igitur hoc S.C. secundùm orationem permisit Patribus,&c.] Videtur legendum: Accepto igitur hoc S.C. per secundam orationem,&c.

Et cetera herbatica animalia ] Scribendum putamus: Et cetera erratica animalia,&c.

His addit dictum eius graue ] Totus hic locus ita fortasse legendus est: His additur dictum eius graue, si vnquam eueniat, salua re, Reip. breui milites, &c.

Apparet studijs incumbere] Ita v. c. pro quo placeret, appeteret studijs incumbere, &c. sed recentior lectio magis placet, si ex v.c. est: pacis studijs incumberet, erudiretur artibus, nauigaret,&c.

AD FIRMVM.

Alijsque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur] Ita recens editio habet pro eo, quod in veteri erat mendosè, domum introduxisse,&c. Sed posset commodiùs legi, domum instruxisse,&c.

Integer veniet, si vobis, &c.] Placeret magis: Integer veniet, sit vobis cum Senatu concordia, &c. licet recens lectio non displiceat, Integer veniret, si vobis, &c.

AD FL. VOPISCI BONOSVM.

Bonosus homo,&c.] Hic in æreis eius numismatibus, BONOSIVS, dicitur.

AD CARVM.

Veniamus ad Carum ] Carus in æreis eius numismatibus dicitur M. AVRELIVS CARVS. & in veteri item Græca inscriptione, cuius exemplum subiecimus;

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ. Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΑΡΟΝ. ΕΥΣΕΒΗ. ΕΥΤΥΧΗ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ
Η. ΙΕΡΑ. ΔΕΛΦΩΝ. ΠΟΛΙΣ. ΕΔΩΚΕΝ

AD NVMERIANVM.

Et Aurelium Apollinarem amborum scriptorem] Manifestum mendum. Scribendum est: iamborum Scriptorem,&c.

Atque quo meo. Quibus hoc dictum à Druide ipse retulerat] Ita videtur legendus hic locus, & interpungendus. nam illud, cuius, quod est in vulgatis, non satisfacit.

## AD CARINVM.

Carinus homo, &c.] In veteri inscriptione Tarraconensi de Carino, incisum sic est: VICTORIOSISS. PRINCIPI. IVVENTVTIS. M. AVR. CARINO. NOBILISS. CAES. COS. PROCOS. M. AVRELIVS. VALENTINIANVS. V. C. PRAESES. PROVINC. HISPCIT. LEG. AVGG. PROPR. D. N. M. Q. EIVS.

Vt Regem denique illum Illurici, plerique vocarent Præfectum. Nunquam, &c.] Ita putamus interpungendum, & emendandum hunc locum. nam illud Præfectus, non placet.

FINIS.

## APPROBATIO.

HÆC *Fragmenta Hiſtoricorum* doctè & laboriosè dudum collecta ab Antonio Auguſtino viro peritiſſimo ; nunc verò à Fuluio Vrſino diligenter & fideliter emendata, nihil continent quod S. Rom. Eccleſiæ, Cathol. religioni, vel Regię Maieſt. contrarium eſt: & propter variorum locorum corruptorum reſtaurationem, & explicationem, ad ſtudioſorum vtilitatem, digna ſunt & vtilia, vt imprimantur & legantur. Dat. Antverp. An. M. D. XCV. die XV. Cal. Martij.

*Henricus Zibertus Dungæus, S.T. Doct. Canonic. Cathed. Eccleſ. B. Mariæ Virg. Librorum Cenſor.*

16. B57